Ex libris Palthenianis m. Octbr. 1805.
G. G. Voigt. Dr.

40./

V
F
1
56

Digitized by Google

— 37

5186
5185

ADPARATVS LITTERARIVS

VBI

LIBRI PARTIM ANTIQVI PARTIM RARI RECENSENTVR

COLLECTVS Breithaupt

A

FRIDER. GOTTHILF FREYTAG

I. C.

TOMVS I.



LIPSIAE
EX OFFICINA WEIDMANNIANA
1752.

Digitized by Google

UNIVERSITA' DEGLI STUDI
ISTITUTO DI FILOLOGIA CLASSICA
ROMA

Google

PERILLVSTRI. ATQVE. EXCELLENTISSIMO

DOMINO

HIERONYMO. FRIDERICO a. STAMMER

POTENTISSIMI. POLONIARVM. REGIS

ET. SERENISSIMI. SAXONIAE

PRINCIPIS. ELECTORIS

IN. SVPREMA. QVAE. IN. SAXONIA. EST

AVLAE. AC. IVSTITIAE. CVRIA

CANCELLARIO VICARIO

HVNC. LIBRVM

L. M. Q.

DEDICAT

Digitized by Google

ET

NVNCVPATIS. PRO. SALVTE

OPTIMI. PATRONI

VOTIS

EA. QVA. DECET. ANIMI. PIETATE.
SE. COMMENDAT

FRIDERICVS. GOTTHILF. FREYTAG

LECTORI

S.

Exhibeo tibi, L. B. librum eadem, ſi ordinem alphabeticum exceperis, ratione conſcriptum, & diſpoſitum, quam, in *Analectis litterariis*, duobus abhinc annis, a me, editis, inuenies. In ea ſane fueram ſententia, fore, vt iſte, quem vides, liber, ſecundam *Analectorum* partem conſtitueret: ſed quia, eum titulum bibliopolae, qui imprimendo libro ſumtus ſuppeditauit, minus placere, intellexe-

ram, mutato conſilio, *Analectorum* loco, *adparatum litterarium* oculis tuis expono. Inexpectato autem fauore, quo *Analecta litteraria*, a viris doctis, accepta fuerunt, excitatus, me adductum fuiſſe, profiteor, vt manum denuo admouerem telae, quam texere coeperam, &, ſiquid otii, a grauioribus ſtudiis, mihi relictum fuerat, id, euoluendis recenſendisque antiquioribus ac rarioribus libris, impenderem. Ita vero accidit, vt ſub manu, quod aiunt, naſceretur liber, cuius primam partem, hoc tempore, in lucem emitto. Id autem omni adſeueratione tibi, L. B. confirmare poſſum, nullum, inter eos, quos recenſui, libros, duobus duntaxat, qui p. 12. & 160. occurrunt, exceptis, reperiri librum, quem non tractauerim ipſe manibus, & quoad eius fieri potuit, ſtudioſe & diligenter euoluerim. Vſibus meis, ad id, praeſertim inſeruiit, praeter librariam patris mei, rectoris Portenſis, ſupellectilem, bibliotheca Portenſis publica, & bibliotheca, quae in templo vrbis Numburgenſis praecipuo, adſerua-

ſeruatur, quam vir ſumme reuerendus, CHRISTOPHORVS LVDOVICVS STIGLIZIVS, S. Theologiae Doctor, & ſacrorum, apud Numburgenſes, antiſtes primarius, ea, qua eſt humanitate, mihi beneuole aperuit. Alios viros, meritis in rem litterariam celebres, KAESTNEROS, WALCHIOS, & FRANCKIOS, honoris etiam cauſſa, nomino, qui conſilio & opera, nullo non tempore, mihi praeſto fuerunt, & libros, ſcopo meo adcommodatos, vltro libenterque, mecum communicarunt. Sed fortaſſis erunt, qui vitio mihi vertant, quod libros ego deſcripſerim antiquos, e quibus, parum vtilitatis, ad rem litterariam, hac noſtra aetate, redundare videtur. Sed ii hoc ideo, a me, potiſſimum factum exiſtiment, vt, hac ratione, multorum veterum librorum, & illorum, qui eos conſcripſerunt, memoriae conſulerem, & ſimul artis typographicae primordia, aliqua ex parte, illuſtrarem. Quid? viri, in omni litterarum genere, ſummi, SIGISMVNDI IACOBI BAVMGARTENII, Doctoris Theologi

gi celeberrimi auctoritatem, exemplum, conſilium, ea in re, ſequutus ſum, qui non ipſe modo, in deſcribendis eiusmodi libris, huc vsque poſuit operam, ſed etiam iis, qui recenſendis libris manum admouent, ſuaſor fuit, vt veterum librorum rationem inprimis haberent. Haec vt ſcires, L. B. mea intereſſe putaui. Jamque vale, & vt coepiſti, conatibus meis faue. Scribeb. in ipſis Lipſienſium nundinis auctumnalibus, MDCCLII.

I.

Reuerendiſſimi in Chriſto Patris, PATRICII ADAMSONI, *Sancti Andreae in Scotia Archiepiſcopi digniſſimi ac doctiſſimi*, Poemata ſacra, cum aliis opuſculis. Studio ac induſtria Tho. Voluſeni J. C. expolita et recognita. *Londini, apud Joannem Billium*, Anno M. DC. XIX. (1619) in 4.

Raram eſſe collectionem, teſtatur Vir Cl. Dauid Clement. in *Bibliotheque curieuſe hiſtorique & critique, ou catalogue raiſonné des Livres difficiles à trouver* Tom. I. *à Gœtting*, 1750. in 4. p. 45. Editor illius Thomas Wilſon, ADAMSONI gener, qui, ſub Thom. Voluſeni nomine latet, illam inſcripſit nomine auguſtiſſimi & inuictiſſimi Monarchae Jacobi, Magnae Britanniae, Franciae, & Hiberniae regis, Fideique Propugnatoris ſtrenui, eam potiſſimum ob cauſſam, quod ADAMSONVS, non ſolum omnes ſuas, tum ſtricta, tum ſoluta oratione vigilias, & opera, viuus illi deſtinauerit, ſed omnia inſuper ſua ſtudia, induſtriam, labores, conatus, fortunas, vitam denique ipſam eidem conſecrauerit, & non ſine ſummo diſcrimine, ſaepius expoſuerit. Epiſtolam dedicatoriam excipit Thom. Voluſeni, ad eundem Sereniſſ. Regem, car-

— 37

RHSC 5186
RHSE 5185

ADPARATVS LITTERARIVS

VBI

LIBRI PARTIM ANTIQVI PARTIM RARI RECEN-SENTVR

COLLECTVS Breithaupt

A

FRIDER. GOTTHILF FREYTAG

I. C.

TOMVS I.



LIPSIAE

EX OFFICINA WEIDMANNIANA

1752.

UNIVERSITA' DEGLI STUDI - ROMA
ISTITUTO DI FILOLOGIA CLASSICA

PERILLVSTRI. ATQVE. EXCELLENTISSIMO

DOMINO

HIERONYMO. FRIDERICO a. STAMMER

POTENTISSIMI. POLONIARVM. REGIS
ET. SERENISSIMI. SAXONIAE
PRINCIPIS. ELECTORIS

IN. SVPREMA. QVAE. IN. SAXONIA. EST
AVLAE. AC. IVSTITIAE. CVRIA
CANCELLARIO VICARIO
HVNC. LIBRVM

L. M. Q.

DEDICAT

ET

NVNCVPATIS. PRO. SALVTE

OPTIMI. PATRONI

VOTIS

EA. QVA. DECET. ANIMI. PIETATE.
SE. COMMENDAT

FRIDERICVS. GOTTHILF. FREYTAG

LECTORI

S.

Exhibeo tibi, L. B. librum eadem, ſi ordinem alphabeticum exceperis, ratione conſcriptum, & diſpoſitum, quam, in *Analectis litterariis*, duobus abhinc annis, a me; editis, inuenies. In ea ſane fueram ſententia, fore, vt iſte, quem vides, liber, ſecundam *Analectorum* partem conſtitueret: ſed quia, eum titulum bibliopolae, qui imprimendo libro ſumtus ſuppeditauit, minus placere, intellexe-

ram, mutato conſilio, *Analectorum* loco, *adparatum litterarium* oculis tuis expono. Inexpectato autem fauore, quo *Analecta litteraria*, a viris doctis, accepta fuerunt, excitatus, me adductum fuiſſe, profiteor, vt manum denuo admouerem telae, quam texere coeperam, &, ſiquid otii, a grauioribus ſtudiis, mihi relictum fuerat, id, euoluendis recenſendisque antiquioribus ac rarioribus libris, impenderem. Ita vero accidit, vt ſub manu, quod aiunt, naſceretur liber, cuius primam partem, hoc tempore, in lucem emitto. Id autem omni adſeueratione tibi, L. B. confirmare poſſum, nullum, inter eos, quos recenſui, libros, duobus duntaxat, qui p. 12. & 160. occurrunt, exceptis, reperiri librum, quem non tractauerim ipſe manibus, & quoad eius fieri potuit, ſtudioſe & diligenter euoluerim. Vſibus meis, ad id, praeſertim inſeruiit, praeter librariam patris mei, rectoris Portenſis, ſupellectilem, bibliotheca Portenſis publica, & bibliotheca, quae in templo vrbis Numburgenſis praecipuo, adſerua-

ſeruatur, quam vir ſumme reuerendus, CHRISTOPHORVS LVDOVICVS STIGLIZIVS, S. Theologiae Doctor, & ſacrorum, apud Numburgenſes, antiſtes primarius, ea, qua eſt humanitate, mihi beneuole aperuit. Alios viros, meritis in rem litterariam celebres, KAESTNEROS, WALCHIOS, & FRANCKIOS, honoris etiam cauſſa, nomino, qui conſilio & opera, nullo non tempore, mihi praeſto fuerunt, & libros, ſcopo meo adcommodatos, vltro libenterque, mecum communicarunt. Sed fortaſſis erunt, qui vitio mihi vertant, quod libros ego deſcripſerim antiquos, e quibus, parum vtilitatis, ad rem litterariam, hac noſtra aetate, redundare videtur. Sed ii hoc ideo, a me, potiſſimum factum exiſtiment, vt, hac ratione, multorum veterum librorum, & illorum, qui eos conſcripſerunt, memoriae conſulerem, & ſimul artis typographicae primordia, aliqua ex parte, illuſtrarem. Quid? viri, in omni litterarum genere, ſummi, SIGISMVNDI JACOBI BAVMGARTENII, Doctoris Theolo-

gi

gi celeberrimi auctoritatem, exemplum, conſilium, ea in re, ſequutus ſum, qui non ipſe modo, in deſcribendis eiusmodi libris, huc vsque poſuit operam, ſed etiam iis, qui recenſendis libris manum admouent, ſuaſor fuit, vt veterum librorum rationem inprimis haberent. Haec vt ſcires, L. B. mea intereſſe putaui. Jamque vale, & vt coepiſti, conatibus meis faue. Scribeb. in ipſis Lipſienſium nundinis auctumnalibus, MDCCLII.

I.

Reuerendiſſimi in Chriſto Patris, PATRICII ADAMSONI, *Sancti Andreae in Scotia Archiepiſcopi digniſſimi ac doctiſſimi*, Poemata ſacra, cum aliis opuſculis. Studio ac induſtria Tho. Voluſeni J. C. expolita et recognita. *Londini, apud Joannem Billium*, Anno M. DC. XIX. (1619) in 4.

Raram eſſe collectionem, teſtatur Vir Cl. Dauid Clement. in *Bibliotheque curieuſe hiſtorique & critique, ou catalogue raiſonné des Livres difficiles à trouver*, Tom. I. *à Gœtting*, 1750. in 4. p. 45. Editor illius Thomas Wilſon, ADAMSONI gener, qui, ſub Thom. Voluſeni nomine latet, illam inſcripſit nomine auguſtiſſimi & inuictiſſimi Monarchae Jacobi, Magnae Britanniae, Franciae, & Hiberniae regis, Fideique Propugnatoris ſtrenui, eam potiſſimum ob cauſſam, quod ADAMSONVS, non ſolum omnes ſuas, tum ſtricta, tum ſoluta oratione vigilias, & opera, viuus illi deſtinauerit, ſed omnia inſuper ſua ſtudia, induſtriam, labores, conatus, fortunas, vitam denique ipſam eidem conſecrauerit, & non ſine ſummo diſcrimine, ſaepius expoſuerit. Epiſtolam dedicatoriam excipit Thom. Voluſeni, ad eundem Sereniſſ. Regem, car-

men. Sequitur illud Epigramma, quo, Jacobus Rex, ADAMSONI Jobum ornauit, quod hic, cum verſione latina, adſcribimus.

The Kingis moſt excellent Maieſtie, in commendation of the Author.

In vandring vealth through burbling brooks and bewis,
Of tripping troups and flocks on fertil ground,
In cattell great of ſyndrie ſhaips and hewis,
Vith hoiſes all haill, or in à parted round,
In heapes of gold and riches in all vaies;
As Job *exceld all vthers micht befound*
Of Monarchs great or Princes in his daies:
So this translatour merites no les praiſe.
For giftes of ſpreit, nor he for giftes of geir,
And God in grace hath giuen ſuch counterpaiſe,
As his translation to the vork is peir;
He did in him his giftes ſo viſelie mell,
Whoſe heauenlie vealth Jobs *earthlie vealth doeth tell.*

Latine.

Omnigenis gregibus, fuluo niueoque metallo
Regnorum dominis maior Jobus *erat:*
Sic cui nunc ſacram pandunt Helicona ſorores,
Omnibus ingenii dotibus auctus erat:
Inclytus omnigenis animi virtutibus: ille
Ditior armentis, mente nec iſte minor.
O quam Joua bonus lance haec librauerit aequa,
Vt compar Jobo *verſio docta foret.*
In quem prudenter confert ſua dona creator,
Jobi *vt terrenas carmine cantet opes.*

Præmittuntur & alia anglica & latina epigrammata, quibus auctoris laus decantatur, a Thom. Voluſeno, Thom. Morauio, Jul. Caeſ. Scaligero, & Georg. Barclaio, compoſita. Primum inter PATRICII ADAMSONI opuſcula occupat locum, *Jobus, ſiue de Conſtantia liber*, verſibus hexametris conſcriptus. Praemitti-

mittitur illi a) *Prologus*, in quo, eſſe quaedam ſcripta biblica poetica, auctor oſtendit. b) Thom. Voluſeni *ad lectorem pium & beneuolum, praefatio*, qua libelli hiſtoriam exponit. Conſcripſit PATRICIVS ADAMSONVS, Jobi librum, metro adſtrictum, Biturigibus Gallorum, vbi iuri ciuili tunc operam dabat anno 1572. in ipſo belli ciuilis furore & incendio, in coenaculo, vt ipſe ADAMSONVS amicis retulit, apud hoſpitem biturigenſem, quotidiano vitae periculo, ſeptem menſes deliteſcens, dum lanienae pariſienſis rabies conflagraret, miſitque Lugdunum, ad Rouillium, vt eum typis exſcriberet, cum tragoedia, quam auctor de Herode Aſcalonita conſcripſerat. Miſit etiam Jobi exemplum ad Dionyſium Lambinum, Pariſiis praelectorem regium. Cum vero perſequutio in ſic dictos Hugonotas, magis ac magis, omnem conturbaret Galliam, ADAMSONVS, relictis omnibus ſuis chartis, & vaſis minime conclamatis, vrgente neceſſitate, non ſine ſummo vitae periculo, Galliam deſeruit, & itinere accelerato, in patriam ſe recepit. Poſteaquam interea vterque Rouillius & Lambinus diſceſſerant, eorumque ſchedae paſſim communi calamitate diſiicerentur, ADAMSONI Jobus ſine omni dubio periiſſet, niſi multis, poſt Lambini mortem, annis, ab Henrico Blacuodaeo, medico ſcoto, inuentus, & ad auctorem in Scotia transmiſſus fuiſſet. Illud igitur exemplar, a ſocero acceptum, Thomas Wilſon, prima vice, cum reliquis eius opuſculis, in lucem emiſit. Scripſit Th. Wilſon praefationem, in qua, haec, quae narrauimus, retulit, *in Regia regni ſcotici Edinoduno Prid. Kal. Aug.* 1617. Excipiunt illam, *breuis libri ſumma; de patientia ſacrae ſcripturae teſtimonia; Teſtimonia a Chriſto & Apoſtolis de* Jobo *citata*, nonnullaque excerpta, ad Jobi librum ſpectantia, e variis patrum eccleſiaſticorum monumentis. Qualis ADAMSONVS fuerit poeta, hoc ſpecimen e capite Jobi XXXVIIII. deſumtum lectores docere poterit.

Sed quorſum aetherii curas ſpeculamur Olympi,
Fare mihi ſolum, quo docta leaena magiſtro
Inſidias ſtruit, vt catulos ſoletur hiantes?
Vnde cibus manat coruis, cum flebile pulli
Ingeminant, poſcuntque ſuo clamore tonantem?
Noſtin' rupicaprae & ceruae quo tempore primum
Concipiant, quotus abſumat faſtidia menſis?
Illae vi multa partum nituntur in auras
Edere, qui pinguis detondens pabula campi
Luxuriat, miſſaque colit deſerta parente
Vincula quis ſoluit? qui ſunt qui libera colla
Reſtituere onagro? ſolus campeſtria iuſſi
Tecta colat, ſterileſque agros deſertaque ſalſa;
Delicias vrbis ridet vocemque tyranni
Non metuit, montana illi ſunt paſcua, gramen
Sectatur viride, incultis per inhoſpita terris
Rhinoceros*ne vlli domitus ſub pondere aratri*
Ingemet, aut raſtro glebas perfringet inertes
Sulcabitue viam Cereri, aut ſpem colliget anni
Plauſtra ferens dorſo, non hos robuſtus in vſus.
Ornaſti pauonem alis, quibus ille ſuperbit?
Aut tibi depictis decorata ciconia pennis?
Aut ſtruthius panſis nequaquam inglorius alis
Haec fatua eſt volucris mediis ſua negligit aruis
Oua, nec incertus metuit, ne forte viator
Conterat, aut vacuos depaſcens vngula campos:
Oua mihi curae: calidoque fouentur ab aeſtu:
Dura illa eſt genitrix; ſed rerum prouidus auctor
Noluit eſſe piam; voluit cum ſurgeret alis
Temnere equum curſu, & volucres ſeſſoris habenas.
Sed quis equo robur tribuit, qui hinnitibus auras
Territat? accendunt rabidae ſpiramina nares,
Inſurgitque iubis, vaſtum quatit vngula campum,
Voce ciens Martem? non illum ſpicula terrent
Gnoſia, nec rutilis ardens mucronibus enſis,
Exardetque animis, & martia concipit arma
Terribilis clangore tubae; num fecit Jobus,
Accipiter calidos vt curſu inuaderet auſtros,

Et

Et rabidos aquilae auderent contemnere ſoles?
Ille ſuper celſas deſerta cacumina rupes
Ardua tecta colit, notasque cadaueris auras
Haurit, & intentis praedam ſpeculatur ocellis
Jam dudum crudos aſſueſcens ſanguine natos. &c.

Cum in recenſendo Jobo, paullo prolixiores fuerimus, reliquorum opuſculorum, quae, in Thom. Voluſeni collectione reperiuntur, tantummodo adſcribemus titulos. Secundum ſibi vindicat locum *Threnorum ſiue lamentationum* Jeremiae *Prophetae* F. Elciae *Libellus, latino carmine redditus*, an. 1590. Tertiam conſtituit partem *Apocalypſis* S. Joannis *Theologi Latino carmine reddita*, Regique Jacobo dicata d. I. Maii 1590. Quarto loco inuenitur *Ser. & nobiliſſimi Scotiae, Angliae, Franciae & Hiberniae Principis*, Henrici Stuardi *illuſtriſſimi herois, ac* Mariae *Reginae ampliſſimae, filii, genethliacon, a* PATRICIO ADAMSONO Pariſiis *conſcriptum, & ibidem typis audacius d.* XXV. *Jun. ſexto a partu die*, 1566. *commiſſum.* Carmine illo auctor multam ſibi contraxit moleſtiam. Ob titulos enim inſolitos, quos Henrico Stuardo tribuerat, carmen, carnificis manu, Pariſiis publice combuſtum; & ipſe ADAMSONVS carceri arctiori per menſes ſex incluſus, nec niſi magnorum principum, & inprimis Reginae, Mariae Stuardae, precibus & interceſſione, ab imminentibus grauiſſimis periculis liberatus fuit. Recuſum fuiſſe hoc carmen, *Amſtelod.* 1637. in 8. teſtatur quidem Niceron Tom. XLI. des *Memoires pour ſervir à l'hiſtoire des hommes illuſtres, dans la Republique des lettres* p. 205. & Auctor S.R. derer *Nachrichten von einer halliſchen Bibliothek* Tom. V. p. 397. ſed eiusmodi editio propterea nobis ſuſpecta videtur, quod carmen illud 176. verſibus hexametris compoſitum, vix quatuor folia in 8. impreſſa, impleret, ac praeterea eodem anno 1637, prima pars *Delitiarum poetarum Scotorum hujus aeui illuſtrium, Amſterd. apud Jo. Blaeu* in 12. in lucem

 exiit,

exiit, cui Arturus Jonſtonus, ADAMSONI *Genethliacon* p. 13-17. inſeruit. Quinto loco repoſitus fuit *Catechiſmus latino carmine redditus, & in libros quatuor digeſtus*, P. ADAMSONI *Scoti, poetae elegantiſſimi opera, atque induſtria: Ac nunc denuo per* Th. Voluſenum *recognitus & expolitus*. Sexto: *De Papiſtarum ſuperſtitioſis ineptiis, carmen* ad Papiſtas Abirdonenſes, ſcriptum d. XXVIIII. Aug. 1564. Septimo: *Confeſſio Fidei, & Doctrinae per eccleſiam Reformatam Regni Scotiae receptae; Exhibitae Ordinibus Regni eiusdem in publicis Parliamenti (vt vocant) comitiis, & eorum communi conſenſu approbatae, vti certiſſimis fundamentis verbi Dei innixae, & conſentaneae, per* P. A. *deſcripta, Anno ſalutis noſtrae* 1571. Haec Confeſſio fidei, ſermone ſoluto conſcripta eſt. Vltimum in collectione occupant locum *Selectiora quaedam ex aliis permultis Auctoris epigrammata*, quibus alia Thomae & Florentii Voluſeni carmina, nec non poſterioris *Concluſio* proſaica de Animi tranquillitate adiicitur. Deſumta eſt haec concluſio, ex Flor. Voluſeni *dialogo*, quem *de animi tranquillitate* conſcripſit. Recuſus fuit haud ita pridem *Edimburgi* 1751. in 8. Quilibet libellus, in collectione deſcripta obvius, nouo & ſingulari ornatur titulo, qui annum prae ſe fert 1618. quamuis titulus, vt vocatur, generalis, annum 1619. in fronte gerat. Vitam PATRICII ADAMSONI, variis, & maxima ex parte, aduerſis fatis agitati, data, quod aiunt, deſcripſit opera Thomas Wilſon, & praemiſit P. ADAMSONI *de ſacro paſtoris munere tractatui breui, & adcurato*, quem adſcito etiam Thom. Voluſeni nomine, in lucem emiſit *Londin.* 1619. in 8. Contulit illa, Niceronus, cum iis, quae, ab auctore anonymo, de vita Adamſoni, non quidem in eius fauorem, narrata fuerunt, eaque retulit Tom. XLI. des *Memoires pour ſervir à l'hiſtoire des hom. illuſtr. dans la republ. des lettres*, p. 201 ſeqq. Cum in Scotia inter presbyterianos & epiſcopales, grauiſſima exorirentur diſſidia, & de Epiſcoporum dignitate

gnitate ac munere, magna animorum contentione, agitaretur quaeſtio, ADAMSONVS, qui poſteriorum tuebatur partes, & iuſſu Jacobi VI. in academia andreana, praeſente Guilielmo Saluſtio Bartaſio, contra Andream Meluinum, presbyterianorum tunc temporis anteſignanum, de legitima & orthodoxa Epiſcoporum auctoritate, quam defendebat, ſtrenue diſputauerat, omnium in ſe concitauit odium, & dignitate, fortunisque omnibus euerſus, vitam, miſerandum in modum, tolerare coactus eſt. Tandem vxore, liberis, & familia, in ſumma egeſtate atque inopia relictis, Jacobi regis opem auxiliumque implorans, morbo & animi moerore correptus, diem obiit ſupremum anno 1591. Reliqua eius ſcripta recenſet Niceronus l. cit.

II.

AEGESIPPI *Hiſtoriographi Fideliſſimi ac Diſertiſſimi Et inter Chriſtianos antiquiſſimi* Hiſtoria de bello Judaico. Sceptri Sublatione Judaeorum diſperſione & Hieroſolymitano Excidio. A Diuo Ambroſio Mediolanen. Antiſtite e Graeca Latina facta. Cum eiusdem Anacephaleoſi & Tabellis Congruentiarum Cum Joſephi Libris etiam de Geſtis Machabeorum. in fol. folior. 83.

Editionem rariſſimam, nomine reuerendi in Chriſto patris, Guilielmi Briconneti, Lodouenſium Epiſcopi, inſcripſit Jodocus Aſcenſius typographus pariſinus. In epiſtola, quam *ex officina ſua litteraria ad Nonas Julias* 1510. ad Briconnetum ſcripſit, inter alia, haec initio leguntur: *Hiſtoriam* AEGESIPPI *eiusque Anacephaleoſim: quas* Jacobus Faber *compater mihi ſuo merito cumprimis obſeruandus: diligentia*

 ſua

ſua perquiſiuit: & ad varia exemplaria collatas: ac quoad eius fieri potuit integritati reſtitutas: ſuperioribus diebus ad nos dedit praelis noſtris committendas: dignas duxi praeſul digniſſime, quae fauſtiſſimo tuo nomini nuncuparentur: vt aedes iſtas vnde emiſſae & vbi attenta cura recognitae ſunt repetant: & te agnoſcant tanquam patrem qui beneficentiſſimus es eius patronus: cuius laboribus ex diutino ſitu vetuſtarum bibliothecarum noua luce donatae ſunt. &c.

AEGESIPPVM poſtea ex Irenaei, Clementis alexandrini, & Hieronymi teſtimoniis *apoſtolicum* fuiſſe *virum*; & *apoſtolorum temporibus vicinum*, & ſcriptorem de rebus iudaicis eſſe fideliſſimum, confirmare ſtudet. *Ita enim, nulla hiſtoria*, ait, *diligentius oſtendit, regnum Judaeorum defeciſſe ad alienigenas: & de Juda ſceptrum ſublatum: quum iam adueniſſet, qui mittendus erat Chriſtus dominus: vt tempus Meſſiae iuxta prophetarum oracula deſignatum adueniſſe cognoſceretur: quum Judaei ipſum Dominum operantem ſalutem, in medio eorum non agnouerunt: imo negauerunt & Caeſarem ſibi regem aſciſcentes, crucifixerunt: De* Simone *praeterea* Mago: *de* Petro *apoſtolorum principe: de* Jacobo *hieroſolymitano: de* Joanne *baptiſta: deque vera hieroſolymitanae euerſionis occaſione: hic vnus omnium fideliſſimum inter hiſtoriographos quidem affert teſtimonium: ob quod cum ab omnibus verae pietatis cultoribus auidiſſime legi meruit: habet tamen quamplurima quibus curioſiſſimum quemque lectorem abunde oblectauerit.* Prologus libri I. his inchoatur verbis: *Incipit Prologus* EGESIPPI: *inter ſcriptores nobiliſſimi, in Hiſtoriam de euerſione Judaeorum, Quae in Vltionem Dominici Sanguinis a* Tito *&* Veſpaſiano *facta eſt.* In fine libri V. *de excidio hieroſolymitano*, hæc leguntur verba: *Finis in aedibus Aſcenſianis ad Calendas Junias.* M. D. X. (1510).

Jo. Ba. Aſcenſius Beato Rhenano *Suo S.*

Affuit Jacobo Fabro *Compatri meo mortalium vni (vt noſti) ſtudioſiſſimo:* Michael *tuus* Hamelburgius *homo*

in

in litterarum ſtudio vigilantiſſimus: in recognitione AEGESIPPEAE *hiſtoriae: quam in capita diſtinxit & ad* Joſephum *conciliauit: vt teſtimonio mox erunt eius tabellae poſt Anacephaleoſim dictae hiſtoriae ſubdendae. Quam rem ſcio tibi fore pergratam: quippe qui tantopere flagitaſti opus ex officina noſtra emitti. Non eſt tamen (vt opinari videris) apoſtolicorum virorum geſta continens de quo opere ſacer loquitur* Hieronymus: *& nonnulla interdum citat teſtimonia: ſed quod Hieroſolymarum proſequitur euerſionem: Judaeorum diſperſionem & lamentabile (niſi ſic meritorum) fatum: iuxta* hieremiae *apertiſſima ſuper ea re vaticinia. Siquid igitur aliud* AEGESIPPI *in Germania noris, aut ad nos iſtic excuſum: aut a nobis excudendum iſtueque remittendum mittito. Vale.*

Anacephaphalaeoſis EGESIPPI de excidio hieroſolymitano, haec initio ob oculos ponit verba: *Anacephaleoſis deſolationis Hieroſolymitanae ſecundum* AEGESIPPVM *chriſtianiſſimum apoſtolorum temporibus vicinum ad honorem reſurrectionis dominicae.* Iſtam *Anacephalaeoſin* excipiunt quinque *concordantiarum tabulae*, quarum in Aſcenſii epiſtola ad Beat. Rhenanum mentio facta fuit. In fine totius codicis haec leguntur verba:

Aſcenſius *ad Lectores.*

Habes itaque lector ſtudioſe hiſtoriam luculentam in quinque libros diſtinctam cum Anacephaleoſi: & Tabellis dexterrimo Lodouen. Antiſtitis auſpicio & vigili Stapulen. *ac* Hamelburgii *ſtudio noſtraque quantula eſt opella ad dei optimi gloriam: legentiumque vtilitatem conſummatam in aedibus noſtris: quae ſunt* Parrhiſiis *in via regia ad diuum Jacobum ſupra aedem diui Benedicti: e regione Craticulae: ſub tribus Lupis ſeu Luciis aquatilibus. Anno ſalutis humanae decimo ſupra M. D.* (1510) *ad nonas Junias.* Quod ad EGESIPPVM, ſiue vt rectius ſcribitur, HEGESIPPVM adtinet, quis ille fuerit, adhuc ſub iudice lis eſt.

 Floruit

Floruit ſeculo a Chriſto nato II. ſub Adriani, ſiue vt alii volunt, ſub Marci Antonini, Imperatoris, imperio quidam HEGESIPPVS, cuius Euſebius, Hieronymus, & Chronicon alexandrinum fecerunt mentionem. Illum ex Judaeo, Chriſtianum factum fuiſſe, teſtatur Euſebius L. IIII. *Hiſtor. eccleſiaſt.* Cap. XXII. p. 115. & eodem libr. Cap. IIX. p. 98. edit. Henric. Valeſii *Paris.* 1678. in fol. illum quinque libris τὴν ἀπλανῆ παράδοσιν τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος, expoſuiſſe ſcribit. Idem fere teſtatur Hieronymus Cap. XXII. *de viris illuſtribus*, in Jo. Alb. Fabricii *Bibliotheca eccleſiaſtica*, *Hamburg.* 1718. in fol. p. 89. vbi de illo refert: *omnes a paſſione domini vsque ad ſuam aetatem eccleſiaſticorum Actuum texens hiſtorias, multaque ad vtilitatem legentium pertinentia hinc inde congregans, quinque libros compoſuit ſermone ſimplici, vt quorum vitam ſectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem.* Sed nihil de iſtis libris V. ad noſtram peruenit aetatem, praeter *fragmenta* quaedam, quae ex Euſebio & Photio collegit Joannes Erneſtus Grabius in *Spicilegio SS. Patrum vt & Haereticorum Seculi poſt Chriſtum natum* I. II. & III. & quidem Secul. II. Tom. I. *Axon.* 1699. in 8. mai. p. 205 ſqq. Petrus Halloix in *vitis & documentis Scriptorum Eccleſiae orientalis primi & ſecundi poſt Chriſtum ſeculi*, Tom. II. *Duac.* 1636. in fol. p. 697 ſqq. Conf. de iſto HEGESIPPO, praeter ſcriptores iam citatos Gerard. Jo. Voſſii *de Hiſtoricis graecis* L. II. Cap. XIIII. pag. 186. edit. *Lugd. Batau.* 1624. in 4. Guil. Caue *Scriptor. eccleſiaſticor. Hiſtoria litteraria*, *Londini* 1688. in fol. p. 45. Louis Ellies Dupin *Bibliotheque des Auteurs eccleſiaſtiques* Tom. I. p. 55. Jo. Alb. Fabricii *Bibliotheca graeca* L. V. C. I. p. 188 ſqq. Henric. Valeſii *Adnotat. ad* Euſebii ll. citt. p. 56. & 69. Sine dubio ad hunc HEGESIPPVM reſpexit Aſcenſius, cum in epiſtola noſtro codici praemiſſa, vti iam memorauimus, HEGESIPPVM, qui, *de excidio hieroſolymitano* ſcripſit, *apoſtolicum virum, & apoſtolo-*

rum

rum temporibus vicinum adpellat. Illum vero, ſi quoque HEGESIPPUM quemdam, iſtos libros compilaſſe largiri velimus, a vetere HEGESIPPO, plane eſſe diuerſum, iam demonſtrarunt Grabius, Dupin ll. citt. & Guil. Caue l. cit. p. 216. Sed veriſimilis admodum eſt eorum ſententia, qui illud HEGESIPPI nomen, e corrupto Joſephi ſeu Joſippi nomine originem ſuam duxiſſe autumant. Extra omnem enim iam dubitationem poſitum eſt, iſtos *de excidio hieroſolymitano* libros, liberiorem tantummodo Joſephi verſionem, vel ſi mauis paraphraſin eſſe, quam temporibus recentioribus quidam contexuit, cum in illis pauca reperiantur, quae in Joſephi libris *de Antiquitatibus hebraicis* & *de bello iudaico* non adlata fuerint. Quemlibet id docere poterunt *tabulae* ſic dictae *concordantiarum* noſtro codici adiectae. Huic praeterea ſententiae nouum accedit pondus, vbi Paullus Colomeſius, in nonnullis codicibus MSS. Joſippi & Joſeppi nomen, inueniri ait. Vid. eius *Paralipomena de Scriptoribus eccleſiaſticis*, in *Operibus theologici critici & hiſtorici argumenti*, quae edidit Jo. Alb. Fabricius *Hamburg.* 1709. in 4. p. 695. Sed alia adhuc de hoc libro, inter viros doctos agitatur controverſia, quis nempe iſtam verſionem ſeu paraphraſin concinnauerit. Alii a S. Ambroſio epiſcopo mediolanenſi, eam profectam adfirmant, alii ab auctore, qui Ambroſii tempore vixerit, eandem referunt. Vid. Scriptores iam memoratos, quibuscum conferri merentur, quae in D. Joannis Mabillon *Muſeo italico*, *Lutet. Pariſior.* 1724. in 4. Tom. I. P. I. p. 13. & 14. in Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. latin.* L. IIII. Cap. III. p. 440. in *Biblioth. med. & infim. latinitat.* L. IIX. pag. 502 ſeqq. hac de re adnotata leguntur. Sed in aliam plane abire conſpicimus ſententiam Gerardum Jo. Voſſium, qui, Lib. II. *de Hiſtoricis graecis* Cap. XIIII. pag. 186 ſeqq. & L. III. *de Hiſtoricis latinis* p. 632 ſeqq. *Lugd. Bat.* 1627. in 4. librum neque e graeco, neque ab Ambroſio, neque ab eius aequali, in lati-

latinum ſermonem conuerſum, ſed ab infimae antiquitatis ſcriptore, qui ſexcentis & fortaſſe amplius annis, Ambroſio ſit iunior, latine ſcriptum eſſe ſtatuit. Conſentire cum illo videtur Caſimir. Oudinus, qui, in *Commentar. de Scriptoribus eccleſiaſticis* Tom. II. col. 1027 ſeqq. argumentis non ſane ſpernendis, probavit, auctorem huius operis, quod ſermone latino conſcripſerit, Seculo, a Chriſto nato XII. inclaruiſſe. Conf. ea, quae ex Joſephi Scaligeri *Elencho Tribaereſium*, & Caſpar. Barthii *aduerſariis*, ea de re adtulit Burcard. Gotth. Struuius in *diſſertat. hiſtorico-litteraria de doctis Impoſtoribus* §. IIII. & V. pag. 10 ſeqq. *edit. quartae* in 8. *Anacephalaeoſin hiſtoriae de excidio hieroſolymitano*, non eiusdem auctoris, ſed putidi cuiusdam ac inſulſi conſarcinatoris opus eſſe, ait Guil. Caue l. cit. p. 217. Quod vero ad eam quam recenſuimus editionem adtinet, illa, quod nos quidem ſciamus, a nemine, ſi Michael. Maittaire exceperis, qui, illius Tom. II. *Annal. typographicor. Hag. Comit.* 1722. in 4. fecit mentionem, hucusque memorata fuit, niſi forte editio *pariſina ex aedibus aſcenſianis*, anno 1511. in lucem emiſſa, quam Caue, Fabricius, Struuius ll. citt. & Thom. Hyde in *Catalogo Bibliothecae bodleianae* Tom. I. p. 224. memorant, haec noſtra, & vna eademque fuerit editio. De recentioribus editionibus vid. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & inf. Lat.* l. cit.

III.

Libri Pſalmorum Paraphraſis latina, quae oratione ſoluta breuiter exponit ſententias ſingulorum, ex optimorum interpretum veterum & recentiorum rationibus. Addita ſunt argumenta ſingulorum Pſalmorum, & redduntur rationes paraphra-

raphraſeos, aſperſis alicubi certorum locorum explicatiunculis. Excepta omnia e ſcholis ESROMI RÜDINGERI, in ludo litterario fratrum Boëmicorum Euanzizii in Morauis, & nunc primum edita. Operis Pars I. 1580. in 4. pp. 384.

Liber II. pp. 292.

Liber III. pp. 173.

Liber IIII. pp. 147.

Liber V. pp. 3347.

De libro rariore, & eius auctore, nonnulla iam a nobis prolata fuerunt, in *Analectis litterariis de libris rarioribus* p. 794 ſqq. Cum vero poſtea hic integer libri titulus, nobiſcum communicatus fuit, illum hic adſcribere, & nonnulla ſupplementi loco, adnotare neutiquam dubitamus. In fine Partis I. liber *Gorlicii* excuſus legitur, *in officina typographica Ambroſii Fritſchii* 1581. Parti V. adiicitur *de ordine & collocatione Pſalmorum ad reuerendum virum* Jeſaiam Coepollam, ESROMI RÜDINGERI *epiſtola*, vna cum *accuſatione & defenſione* Dauidis, *quod cum cohorte ſua exſulans apud regem* Achim *gathicum*, *in caſtra philiſtaea, cum hoc profectus fuit pugnaturus aduerſus populum iſraeliticum.* Inter primos referri ſolet RVDINGERVS Pſalmorum interpretes, qui omni cura in Pſalmorum inquiſiuerunt hiſtoriam, & Pſalmos, ex ipſis Pſalmis interpretati ſunt. Oſtendere ſane ſuſtinet, varios errores, in quos illi incidere, qui eumdem ſuſceperunt laborem. Refert autem ad illos errores, quod Pſalmorum inſcriptiones, & titulos eiusdem auctoritatis & aetatis, ac ipſorum Pſalmorum exiſtiment; omnes Pſalmos, qui vno & generali titulo dauidici adpellantur, a Dauide compoſitos eſſe, ſibi perſuadeant, & quae ſunt reliqua, quibus interpretes ſuo abundare ſenſu, & hallucinari patitur. Librum iam anno 1572. *Vitebergae* prodiiſſe adfirmant

Jo.

Jo. Bartholom. Lenzius in *Serie profeſſorum natione Francorum, qui Wittenbergam illuſtrarunt. Viteb.* 1702. in 4. §. XII. & Godofred. Ludouici, in *Hiſtoria Rectorum, Gymnaſiorum ſcholarumque celebriorum* P. III. *Lipſ.* 1711. in 8. p. 165. Sed ſibimet ipſi contradicere videntur, cum RÜDINGERVM *paraphraſin Pſalmorum* in gymnaſio Euanzizenſium, morauo, in quod anno demum 1574. commigrauit, adornaſſe adfirmant. Omnia alia teſtatur titulus, quem adſcripſimus, vbi omnia *primum edita* dicuntur. Inter παρεργάματα Jacobi le Long Tom. II. *Bibliothecae ſacrae. Paris* 1723. in fol. pag. 935. etiam referenda ſunt, quod *Paraphraſin Pſalmorum* in 8. excuſam eſſe, & RÜDINGERVM *doctorem theologiae* nominauerit; nihil enim tale, ſcriptores, quos euoluimus, memorant. Vtrumque igitur in *Analectis* noſtris *litterariis* p. 795. expungendum erit. Natus fuit ESROMVS RÜDINGERVS, vir doctiſſimus, Papebergae, loco, quo etiam ſocer eius Joachim. Camerarius lucem adſpexit, anno 1523. die XVIIII. Maii. Studiis in patria, & academia lipſienſi peractis, artium magiſter in eadem academia creatus fuit, & anno 1547. Conrectoris munus, in illuſtri Schola prouinciali portenſi, obtinuit. Illi vero per breue admodum temporis ſpatium praefuit, cum eodem anno, in ſerie Conrectorum portenſium, ſucceſſor eius Joachim. Lochmannus compareat, vid. Juſtini Bertuchii *Chronicon portenſe* L. II. p. 97. edit. Joan. Martin. Schamelii, *Lipſ.* 1739. in 4. Cauſſa abitus repentini ex litteris eius ad Wolfg. Meurerum, cui, tunc temporis, Viſitatoris, ſiue Inſpectoris, Scholae prouincialis portenſis, ab Electore Saxoniae demandatum fuit munus, cognoſci poterit. Illas ex autographo bibliothecae portenſis hic adſcribimus.

Virtute & doctrina praeſtantiſſ. Viro D. Vuolfgango Meurero *dno. & Praeceptori S. colendiſs.* Leipzigk.

S. D. *De quo nunc ad Te ſcribendum putaui eſt hoc. Nouit*

Nouit T. Praeſt. eſſe me quem Graeci appellarunt μελλόπτεσιν. *Ita ſit vt neceſſitas mihi adferatur, diſcedendi ex prouincia, in qua alias non inuitus fuiſſem perſtiturus. Id cogito facere ad mercaturam Lipſenſem prox. Quod tibi ſignificare volui propterea vt cuius beneficio prouinciam accepiſſem, apud eum deponerem, ſimul vt* ἐπίσκοπος *illius tempori curare poſſis qui mihi ſuccedat, nequid Res ſcol. detrimenti capiat. Hoc ſcit etiam Collega tuus* Joach. Cam. *D.* Pottae *prid. Cl. IXbris* (1547).

T. ESR. RÜDINGERVS.

Nulli enim praeceptori, praeter Rectorem, in ſchola, habere vxorem, olim permiſſum fuerat. Diſceſſit autem RÜDINGERVS munere ſuo, anno 1548. ad finem vergente. Sunt quidem inter viros doctos, & inter illos praecipue Jo. Burchard. Menckenius in *diſſertat. de graecar. & latinar. literarum in* Miſnia *inſtauratoribus*, quae legitur inter eius *diſſertationes academicas Lipſ.* 1734. in 8. p. 277. & qui illum ſequitur, Godofred. Ludouici l. cit. p. 163. qui illum e ſchola cygnea, ad Conrectoris portenſis munus euocatum fuiſſe contendunt. Sed id falſum eſſe ex eo patet, quod anno demum 1556. Cygneam, ad ſcholam regendam, a Philippo Melanchthone potiſſimum commendatus adceſſerit, quod Chriſtian. Daumius, in *Epiſtola ad* Boſium teſtatur. Conf. Tobiae Schmidii *Chronica cygnea. Zwick.* 1656. in 4. Sect. II. Cap. II. pag. 418. Scholam cygneam reliquit anno 1557. & Vitebergam ſe contulit, vbi Profeſſor graecae linguae & phyſices publicus, omnes philoſophiae partes, ſummo cum adplauſu docuit, & cum Philippo Melanchthone, collega & amico, admodum familiariter vixit. Cum vero anno 1574. menſe Maio, articuli nonnulli, aduerſus ſacramentarios, iuſſu Auguſti Saxoniae Electoris, a Theologis Torgam conuocatis, conſcripti, iis,

iis, ex academia lipſienſi & vitembergenſi, viris, qui, ſuſpectae erant fidei, proponerentur, & ſinguli, ſuam, de ea doctrinae parte, ſubſcriptione ſua, teſtari iuberentur conſenſum, ESROMVS RÜDINGERVS, cum Caſpar. Crucigero, Henrico Mollero, Chriſtophor. Pezelio, & Friderico Videbramio, multisque aliis, ſubſcribere articulis propoſitis noluit, & ideo iuſſu Electoris, Torgae captiuus detentus fuit. Cauſſae, quas praetexuerunt Theologi vitebergenſes, cur articulis torgenſibus ſubſcribere non poſſent, legi poterunt in Rodolph. Hoſpiniani *Concordia diſcorde de origine & progreſſu formulae concordiae bergenſis* Cap. VII. fol. 36 ſeqq. vbi omnis hiſtoria motuum, ob articulos torgenſes excitatorum, multis verbis exponitur. Cum res Theologorum vitebergenſium in peius ire animaduerteret RÜDINGERVS, fuga ſibi conſuluit, quod Elias Hutterus in *Concordia concorde de origine & progreſſu libri Concordiae*, *Viteb.* 1614 in fol. fol. 60. b. his teſtatur verbis: M. ESROMVS RÜDINGERVS *Pabebergenſis*, *gener* D. Joachimi Camerarii, *qui primum arreſto principis, aliquamdiu detentus*, *ſed poſtea denuo ſubſcribere articulis torgenſibus recuſans, die Michaelis-ſtatione ſua deſerta, clam aufugit.* Illum, ad Cryptocaluiniſmum, animo maxime fuiſſe propenſum, teſtatur praeter alios Jo. Andr. Quenſtedt in *dialogo de patriis illuſtrium doctrina & ſcriptis virorum*, *Viteb.* 1691. in 4. p. 173. & Antonius Muſa in *ſingularibus de viris eruditione florentibus*, *ex ſcriptis tam latinis*, *quam externis*, *collectis*, *Viteb.* 1728. in 8. qui pag. 109. ſcribit: ERASMVS (Eſromus) RÜDINGERVS *Profeſſ. graec. linguae in Academia Vitembergenſi*, *ſtetit a partibus* Peuceri, & *valde perſecutus eſt theologos innocentes*, *ſigillatim* Selneccerum, *qui*, *eum ad Dei tribunal citauit. Vid.* Selnecceri *Hypomnemata &* RÜD. *Diſp. Grammat. aduerſ. explicat. dicti Petrini Act.* III. 21. *Tandem* RÜDINGERVS, *in exilium miſſus vitam minus glorioſe egit.* Exul vixit per aliquot annos in Morauia

apud

apud Confeſſionis bohemicae fratres, & in eorum gymnaſio euanczizio docuit. Paralyſi ibidem correptus, omnem pene pedum manuumque vſum amiſerat, *vno pollice*, vt Ludouicus teſtatur Camerarius, in *praefatione* Huberti Langueti *epiſtolis ad* Joach. Camerarium *patrem & filium*, praemiſſa fol. 22. a. edit. *Lipſ.* 1685. in 12. *in dextra integro, per quem adtracto ad ſe calamo, & concauitati inſerto, aegre lineas duxit, & complura, indeſeſſo labore, eo modo ſcripſit.* Conſueuerat ex eo tempore, vbi nomen ſuum in charta ſubiiceret, haec duo verba adiungere *ἄχους καὶ ἄπους*. Ipſe RÜDINGERVS, morbi, qui, a Camerario, inter Morauos frequentiſſimus dicitur, exhibuit hiſtoriam, in *epiſtola* ad Jacob. Monauium, quae adiecta eſt *Paraphraſi Pſalmorum*, cuius exhibuimus titulum. Vitae apud Morauos pertaeſus, admodum ſenex in Franconiam rediit, & Altorfii, in complexu adfinium ſuorum, vitam cum morte commutauit anno 1591. aetatis anno LXIIX. Praeter Scriptores, in *Analectis litterariis* l. cit. & hic memoratos, conf. merentur Jo. Fabricii *Hiſtoria bibliothecae fabricianae* P. IIII. *Wolfenbüt.* 1721. in 4. paſſim, & inprimis p. 277 ſqq. vbi nonnulla ex eius ſcriptis adducuntur, Jacob. Frideric. Reimmanni *Einleitung in die Hiſtoriam litterariam der Teutſchen* Continuat. L. II. *Hal.* 1734. in 8. Sect. III. p. 555 ſqq. Conrad. Samuel. Schurzfleiſch *diſſert. de meritis Germanorum in graecas litteras Viteb.* 1697. in 4. §. V. fol 4. Jo. Adam. Calonis *diſſert. hiſtoric. de Cryptocaluinianis vitembergenſibus, qui poſt obitum* B. Lutheri *Vitembergam orthodoxiae ſedem turbarunt Viteb.* 1714. in 4. §. XVI. p. 29 ſqq. Gottfr. Arnolds *Kirchen- und Ketzerhiſtorie* im II. Th. *Francof.* 1700. XVI. B. XXXII. Cap. pag. 383. Jo. Andr. Gleichii *Reformations- und Hofprediger-Hiſtorie* P. I. *Dreſd.* 1730. in 4. p. 116 ſeqq. Gregor. Bersmanni *poemata* paſſim, P. inprimis II. p. 240 ſeqq. edit. *Lipſ.* 1592. II. Tom. in 8.

legitur in RÜDINGERI obitum elegia, e qua, ſequentes verſus adſcribimus:

- - - patria quae carmina lingua
Ieſſidae retulit Muſa, canente Deo,
Donauit Latii interpres doctiſſimus vſu
Ieſſiden faciens Auſonis ore loqui.
Defuit his fortuna bonis, quae, blanda ſereno
Ingenii dotes, lumine, rara videt.
Namque freti, rabies Harmoſtica, ſaeuior aeſtu,
Quae ſubito albiacam diſpulit imbre ſcholam
Expertem fruſtra belli, Muſisque vacantem
Non tulit innocuum, coeca furore virum.
Cedentem furiis, quas vincula dira minantes
Eluſit cauti prouidus arte doli.
Ex illo profugum, per quot diſcrimina rerum
Sors tulerit, paucis eſt memorare labor.
Dum feſſum exilii curis, & tabe ſenectae
Denas poſt meſſes ſexta fatigat hyems.
Orbatum conſorte tori, caſusque fugaeque
Finitimi Turcis in regione ſoli. &c.

Adſeruantur in Bibliotheca regia dresdenſi, duo magna volumina epiſtolarum, a viris doctiſſimis fidei caluinianae addictis, ad Joachim. Bergium, & alios ſcriptarum, inter quas Vol. I. nonnullae etiam ab ESROMO RÜDINGERO ſcriptae memorantur in Jo. Chriſtian Goetzens *Merkwürdigkeiten der Königlichen Biblioth. zu Dresden* Tom. I. Dresd. 1743. in 4. pag. 265.

IIII.

Oratio metrica PRIAMI CAPOTIY *lilybite.* In alma lipſenſi vniuerſitate habita. in 4. folior. 8.

Rariſſimum eſſe hoc ſcriptum, e ſcriptorum, quos euoluimus, coniicimus ſilentio. Vni Jo. Henrico

Leichio, illud innotuiſſe videtur, qui eius mentionem fecit in *Annalibus typographiae lipſienſis, Lipſ.* 1740. in 4. p. 63. Carmine complexus eſt CAPOCIVS elogium Friderici I. bellicoſi, Friderici II. placidi, eiusque filiorum Alberti & Erneſti, quorum facta ſe canturum promittit

- - veniet cum grandior aetas
Et ſua (*mea*) *caſtalio frondeſcent tempora lauro.*

Induxit per proſopopoeiam poeta virtutem & voluptatem, quae blandis verbis, illecebrisque iuuenum principum, Georgii, Henrici, & Friderici, quos ex Zedena Coniuge, Albertus progenuerat, animos, in ſuas trahere partes ſtudent: ſed ſuperior tandem voluptate eſt virtus, & vt poeta canit

Virtutem iuuenes geminis cinxere lacertis
Implicuere Deae matris ſua bracchia collo
His innexa manet, virtus nexaque manebit.

Carminis, quod verſibus hexametris 218. abſoluitur, initium tale eſt:

Quam vereor generoſa cohors, generoſa iuuentus
Ne tenues raucis prorumpam verſibus auras
Aut mea ſtridenti ſuſpiret fiſtula neruo:
Si tamen horriſono labuntur carmine verſa
Sit voluiſſe ſatis, caeli conſurgere ad axes
Phoebe veni, & comites doctiſſima turba ſorores
Ferte pedem: viridique comas innectite lauro &c.

Editio, quae nobiſcum communicata fuit, ſine loci, anni, & typographi indicio, litteris gothicis, & ſi coniecturae locus eſt, Lipſiae exſcripta fuit. Conradus Geſnerus in *Bibliotheca* p. 706. eiusque abbreuiator Joſias Simlerus in *Biblioth.* p. 586. & ex illis Mich. Maittaire in *Annal. typograph.* Tom. I. *Amſtelod.* 1733. p. 503. Burchard. Gotthelf. Struuius in *Bibliotheca ſaxonica Hal.* 1736. in 8. P. II. Sect. III. §. X. pag. 459. Georg. Chriſtophor. Kreyſig in der *hiſtoriſchen Bibliothek von Oberſachſen Dresd. & Lipſ.* 1732.

in 8. Sect. II. Cap. IIX. p. 76. Chriſtian Schoettgen in Continuat. *Biblioth.* Fabricii *med. & inf. Latinit. Hamb.* 1746. in 8. L. XVI. p. 28. carminis faciunt mentionem, quod idem PRIAMVS CAPOCIVS *Fridericeidos* titulo contexuerit. Encomium eſſe contendunt heroicum in laudem Friderici I. admorſi, Marchionis miſnenſis, ob victum Adolphum Imperatorem & ſueuicum exercitum e ditione ſua profligatum, quod *Lipſiae ex officina Mauricii Brant* 1488. in 4. in lucem emiſſum fuerit. Illud non vidimus, ſed diuerſum ſine dubio a noſtro, & forte illud eſt, de quo Petrus Albinus, in der *meysniſchen Landchronica Dresd.* 1589. in fol. Tit. XXIII. p. 304. haec pronunciauit: *Sonſten hat eben von dieſem Fürſten* (Friderico dem frewdigen) PRIAMVS CAPOCIVS Lilibethanus Siculus *etwas an Churfürſten* Friedericlien *den* III. *zu Sachſen geſchrieben, welches im Jar* 1488. *zu* Leipzig *durch* Mauricium Brants *gedruckt*, *In welchen aber nichts ſonders von Hiſtorien, nur das aus derſelben erſcheinet, in was anſehen und reputation vnſere Landesfürſten zu* CAPOCII *Zeiten, da er für einen vnter den gelerteſten Leuten gehalten worden, vnd da man die ſtudia auch höher als ietzo geachtet, geweſen ſeyen.* PRIAMVS CAPOCIVS *lilybaetanus*, ſiculus, ſine dubio, ſtudiorum cauſſa, per aliquod tempus, in academia lipſienſi commoratus fuit. Poſtea iuris vtriusque doctor, & fiſci regii patronus, in patria conſtitutus, & anno 1517. a plebe, exorto tumultu, interfectus fuit. Retulit haec Antonius Mongitore in *Bibliotheca ſicula* Tom. II. *Panormi* 1714. in fol. p. 192. qui illum vocat *iuris vtriusque doctorem egregium, virum politioribus litteris excultiſſimum, poetam lepidum & elegantiſſimum.* De Theſeo Capocio, PRIAMI filio, vid. Mongitore l. cit. p. 252. Schoettgen. l. cit. L. XVIIII. p. 657.

V. Epiſto-

V.

Epiſtola Cuiusdam PVELLE *Romane.*
Quendalinus Mellarius Reyſerus ſub nomine libri ad lectorem.

Cum taceam nomen, queris tu nomina lector
Autoris, pudor hec dicere poſſe negat
Me ſcripſit tenero viuens in amore puella
Cui dicenda fuit, parsque tacenda bona
Progredior lector claras nunc limen in auras
Mireris doctum tam muliebre genus.
Inuigiles muſis, doctam ſuperare puellam
Quam ingenio Pallas, fouit Apollo lyra.
in 4. folior. 5.

Quisquis opuſculi auctor fuerit, dignus ſane eſt, qui inter praeſtantiſſimos poetas locum obtineat, & cum ipſo Ouidio aut Propertio comparari poſſit. Guendalinus, ſiue vt in titulo nomen expreſſum conſpicitur Quendalinus Mellarius, vulgo Honecker Reyſerus ſe editorem profitetur, & in epiſtolio ad Antonium Reyſerum *Kalend. Septembr. an.* 1511. ſcripto, hanc *epiſtolam*, inter libros ſuos, ſe inueniſſe & in plerisque locis, vbi ſcribarum cura neglectum fuerat, pro ingenii caſtigatam capacitate, impreſſori tradidiſſe teſtatur. Initium carminis tale eſt:

Parce precor iuuenes placidas ſi forte per aures
Non caſtis veniet litiera ſcripta notis
Cogor nam tacitos furioſi pectoris eſtus
Detegere, impatiens vulneris vsque mei.
Ah premor infelix: noſtro ſatis eſſe pudori
Credo datum. flammas noſce Catulle *meas*
Tu potis es ſolus pereunti ferre ſalutem.
Mens dolet & magnum ſaucia vulnus habet
Quod mihi feciſti vulnus medicare dolenti
Si pereo mortis maxima cauſa meę es.

Forte mihi dices, non hec tibi tuta voluptas
Deſine nullius cauſa doloris ero
Non is ſum, noſtro cur tu capiaris amore
Vana ſibi demens ſomnia fingit amans
Somnia ſint vtinam ſola venientia nocte
Dummodo curarum ſit mihi pura dies. &c.

Elegos excipit *phaleucicum trochaicum ad* Phoebum, *vt ſolem reducere moretur.* Quo vero tempore opuſculum rariſſimum, litteris gothicis exſcriptum, & qua in vrbe prodierit, quisue ille Guendalinus Mellarius vulgo Honecker Reyſerus, & Antonius Reyſerus fuerit, nulla prorſus ratione inuenire potuimus. Forte illo ipſo anno, quo epiſtola dedicatoria ſcripta dicitur, anno nimirum 1511. opuſculum impreſſum fuit.

VI.

Opuſculum de mirabilibus nouae & veteris Vrbis Romae editum a FRANCISCO DE ALBERTINIS *Clerico Florentino* dedicatumque Julio Secundo Pon. Max.

Andreas Fuluius Praeneſtinus
Brutis ac Deciis & quantum Romana Camillo
Marcello, & Fabiis debuit ante ſuis
Albertine tibi: tantum Romana vetuſtas
Debet, vt ad ſuperos ſemiſepulta redit
Munere namque tuo, monumenta ac ſigna priſcorum
Resque reuiuiſcunt: & loca ducta ſitu.
Singulaque Cous ſi depinxiſſet apelles
Non eſſent titulis tam manifeſta ſuis.

Cum priuilegio in 4. folior. 103.

Praeq-

Praemiſit primae & rariſſimae huic editioni Cornelius Cymbalus epiſtolam ad FRANCISCVM ALBERTINVM, in qua illum hortatur, vt *libros* etiam, quos conſcripſerit, *de vrbis ſtationibus; de confeſſione; de modo recte viuendi; de ſacramento; de expoſitione ſuper orationem dominicam, & ſalutationem angelicam,* in lucem prodire iubeat. Indici rerum, quae in libro pertractantur, hoc praefixum eſt

Cornelii *Diſtichon*

Si priſcam quis ſiue nouam vult cernere Romam
Is duce FRANCISCO, *moenia cuncta videt.*

Antiquiorem quidem noſtra, editionem *Rom.* 1508. in 4. *Bibliothecae menckenianae* p. 196. auctoritate adduxit Vir cl. Dauid Clement Tom. I. de la *Bibliotheque curieuſe hiſtorique & critique* p. 120. ſed eiusmodi extare editionem, nulla prorſus ratione, nobis perſuadere poſſumus, cum ipſe FRANCISCVS ALBERTINVS die III. Menſ. Jun. 1509. vltimam operi admouiſſe ſe manum teſtatur. Haec enim in fine noſtrae editionis leguntur verba: *Ex vrbe die III. Men. Jun. M. D IX. in die ſanctiſſ. & indiuiduae Trinitatis in aedibus Reuer. Cardi. tit. ſanctae* Sabinae. His verbis adiicitur

FRANCISCI ALBERTINI *Diſticon*

Si nunc errarem fateor me errare libenter
Nam ſine cenſore nullus in orbe fuit.

cui Vincentius Rauennas & typographus haec ſubſcripſerunt:

Vincentius Rauennas *ad libellum.*

Mirantur cuncti, ac omnis mirabitur aetas:
Quod rerum ſummam parue libelle tenes.
Sic te non capiet doctorum turba virorum
Et dicent omnes tu mihi gratus eris.

Impreſſum Romae *per* Jacobum Mazochium *Romanae Academiae Bibliopolam qui infra paucos dies* epythaphior. opuſculum *in lucem ponet. Anno Salutis*

 M.D.X.

M. D. X. (1510.) *die IIII. Febr.* Emendatione igitur quadam indigent, quae in recentiſſima *lexici eruditorum* editione Tom. I. col. 198. leguntur: *er ſchrieb an den Pabſt* Julium II. *einen Brief den* 3. *Jun.* 1509. *unter dem Titel:* deſcriptio veteris Romae & de laudibus ciuitatum Florentiae & Saonenſis, *den man* 1510 *zu* Rom *in* 4. *gedruckt, worauf ihn der Buchdrucker* Jacob Mazochius, *nebſt* Antonino, Vibio Sequeſtri *und andern gleicher Materie* 1523. *zu* Rom *in* 4. *wieder auflegen laſſen; vorher aber hatte gedachter* Mazochius *dieſen Tractat* 1515. *unter der Aufſchrift* Opuſculum de mirabilibus nouae & veteris Romae *zu* Rom *in* 4. *beſonders herausgegeben.* Nam 1) Opuſculum *de mirabilibus veteris & nouae vrbis Romae,* diuerſum plane eſt ab illo, quod FRANCISCVS ALBERTINVS anno 1509. *de laudibus ciuitatum Florentiae & ſaonenſis ad Julium II.* perſcripſit. 2) poſterius, in editione an. 1510. quam habemus praeſentem, non inuenitur, ſed demum editioni *Rom.* an. 1515. adiectum fuit. 3) editio libelli *de mirabilibus veteris & nouae vrbis Romae*, anni 1515. non prima eſt, quae apud Jacobum Mazochium in lucem edita fuit, ſed vt ex iam dictis patet, editio anni 1510. a Jacob. Mazochio iam impreſſa fuit. Conf. Dauid Clement *Bibliotheque curieuſe hiſtorique & critique* l. cit. vbi & aliae vtriusque libelli, memorantur editiones, quae, omnes raritate ſe commendant. De FRANCISCO ALBERTINO ſiue DE ALBERTINIS florentino, qui, e Capellanis Cardinalis titulo S. Sabinae fuit, & initio ſeculi XVI. inclaruit, vid. Joſ. Simleri *Bibliotheca* p. 199. Anton. Poſſeuini *Apparatus ſacer* Tom. I. pag. 490. edit. *Venet.* 1606. Gerard. Jo. Voſſii *de Hiſtoricis latinis* L. III. Cap. XII. pag. 601. Chriſtoph. Hendreich *Pandectae brandeburgicae Berolin.* 1680. p. 181. Giulio Negri *Storia degli Scrittori fiorentini, Ferrara* 1721. in fol. p. 181. Jo. Alb. Fabricii *Bibliotheca med. & infim. Latinit.* L. VI. p. 581.

VII. Ra-

VII.

Rationarium Euangeliſtarum omnium in ſe euangelia. proſa. verſu. ymaginibusque quam mirifice complectens. in 4. folior. 18.

Liber rarus quidem ſed oppido abſurdus, opuſculis adnumerari debet, qui adiuuandae memoriae cauſſa euulgata fuerunt. Tales ſane figurae ſunt ligno inciſae, quales reperiuntur in Jo. Bunonis *Neuer lateiniſchen Grammatic in Fabeln und Bildern Dantzig* 1651. in 4. in Juſti Winckelmanni *Caeſareologia*, eiusdemque *Logica memoratiua peripatetica*, plus vice ſimplici edita. Quis figuras monſtroſas, quae, in *rationario Euangeliſtarum*, oculis obiiciuntur, xcogitauerit, non conſtat. In praefatione quidem ad lectorem, exemplari, quod ante oculos verſatur, praemiſſa Georgius Relmiſius anipimius, vel qui ſub hoc anagrammate latet Georgius Simlerus wimpinas, earum ſe difertis verbis prodidit auctorem, cum ſcribit: *Igitur per imagines, variis inſignitas rebus: & quidem placitura ſimulacra (quemadmodum ſperamus) tibi congeſſimus, quo memoriam huiusmodi formis euibrares: quas cernis venuſte prorſus effigiatas vtl meliores fieri poſſe cenſere nequeas.* Sed dubitatio quaedam hic ſuboritur, cum Jo. Georg. Schelhornius editionem libri deſcripſerit antiquiſſimam, ſine auctoris nomine, haud ita longe poſt inuentam typographiam, in lucem emiſſam. Vid. *Amoenitates litterariae Francof. & Lipſ.* 1725. Tom. I. p. 1 ſeqq. Dauid Clement *Bibliotheque curieuſe hiſtorique & critique* Tom. II. p. 141. Noſtra editione antiquiorem, anni nimirum 1502. etiam deſcriptam inuenimus in Chriſt. Goetzii *Merkwürdigkeiten der Kœniglichen Biblioth. zu Dresden* Tom. III. *Dresd.* 1746. p. 22 ſeqq. Editionem anni 1504. habuiſſe dicitur Bünemannus, dans la *Bibliotheque* de Mr. Clement l. cit. Epigrammata Sebaſtiani Brant, Jodoci Galli rubea-

quenſis & Georg. Relmiſii, quae hiſce editionibus, praemiſſa dicuntur, etiam in noſtra editione repe- riuntur. Cuilibet imagini, praeter argumenta capi- tum Euangeliſtarum proſaica adpoſiti ſunt Petri de Roſenheym *numeri alphabetica ſerie per capita cohae- rentes, dimiſſa neglectaque littera K conſulto: cuius ſpacium J conſona ſuplet. neglectis quoque tribus no- viſſimis x. y. z. quae ad rem pertinebant.* Coronidis loco, haec libro adpoſita eſt peroratio. *Habes inge- nue lector. quibus viis atque argumentis, quae ſunt tex- tus euangeliorum diſtincte queas appoſiteque reminiſci. Iſta tibi* Thomas Badenſis, (in editione anni 1502. le- gitur *phorcenſis*) *cognomento* Anshelmi *tradidit vir magiſterio preditus inſolente. ſtudii vero quod reliquum erat exercitacionisue donare non potuit. Adipiſceris autem ſi rationes preceptionis diligentia imitaberis vſus frequentioris. Vale* 1505. De editione anni 1510. vid. Cl. Dauid Clement *Bibliotheque* l. cit. A figu- rarum deſcriptione nos plane abſtinemus, cum a Schel- hornio vna alteraue, ſatis adcurate l. cit. deſcripta fuerit. Quae tamen in prima figura Schelhornius *tria tintinnabula citharae adpenſa* exiſtimauit, in figura, quae ante oculos verſatur, *ſacculorum* formam omnino referunt, quibus numularii, e templo hiero- ſolymitano, a Chriſto eiecti, deſignantur. Cum vero editioni, quam recenſuit Schelhornius, Petri de Ro- ſenheym verſus non fuerint adpoſiti, illos quae ad figuras a Schelhornio deſcriptas pertinent, hic ad- ſcribimus.

Alta docens aquila. verbum caro ſit veniuntque
Vox teſtis. alii tres quoque Nathanael.
Bis tria vaſa replent noua vina fugat quoque fune
Vendentes. templum ſoluite ſignat eis
Coelica dogmata dat Nicodemo. *tingit vterque*
Praefert Baptiſta *predicat atque Hieſum*
Dum laſſus fonte reſidet. ſe Samaritanae
Pandit. curatur Regule *filius hic*

Extra

Extra piſcinam iuſſit tibi languide ſurge
Nil ſine patre facit. credite vel Moiſi
Foena iacent vbi millia quinque cibat. fieri vult.
Rex. mare calcat. amen eſt caro vita cibus.

* * * * * * * * *

Grandis murmur erat ſcaeohpheque. bonus: eſt. non.
Doctrinans clamat. ſciſma fit exit ab biis.
Hic moecham ſaluat. lux. teſtis principiumque
Daemonio nati quem lapidare volunt
Illinit ſputo Hieſus *tangens. maledicunt*
Caeco Judei. ſe manifeſtat ei.
Judeis loquitur. ego ſum paſtor bonus. vnum
Cum patre. blaſphemum ceu lapidare volunt.
Lazarus *hic ſurgit meritisque fideque ſororum.*
Conſilio Cayphas *vaticinando praeeſt.*
Martha *miniſtrat. coenat* Lazarus *& ſoror vngit.*
Hinc aſinus. granum. luxque ſequuntur ibi.

Recuſa eſſe Petri de Roſenheym *Diſticha in ſingula ſacrorum bibliorum & librorum eorundem capita, Stettini* 1570. in 8. teſtatur Jo. Chriſtophor. Wolfius P. II. *Bibliothecae Hebraeae Hamburg.* 1721. in 4. p. 255. Petrus de Roſenheim ſiue Roſenhaym, cognomen adſciuit ex Bauariae ſuperioris oppidulo Roſenheim dicto. Prior monaſterii mellicenſis ordinis S. Benedicti in Auſtria, ſingulari potiſſimum prudentia & vitae integritate inclaruit, medio ſeculi XV. tempore. Multa ſcripta compoſuit, quae tamen maxima ex parte inedita ſunt. Conf. de illo Jo. Trithemius *de Scriptoribus eccleſiaſticis* Cap. DCCXXXVIII. in Jo. Alb. Fabricii *Bibliotheca eccleſiaſtica* pag. 171. Joſ. Simleri *Bibliotheca* p. 566. Antonii Poſſeuini *Apparatus ſacer* Tom. III. pag. 67. Caſimir. Oudini *Commentar. de Scriptoribus & ſcriptis eccleſiaſticis* Tom. III. col. 2305. Jacobi le Long *Bibliotheca ſacra* Tom. II. p. 933. Jo. Albert. Fabricii *Biblioth. med. & infim. latinit.* L. XV. p. 820. *die Merkwürdigkei-*

digkeiten der Koenigl. Biblioth. zu Dresden l. cit. De Georgio Simlero wimpinenſi, qui neſcimus ob quam cauſſam, in *lexico eruditorum* locum non inuenit, vid. Joſ. Simleri *Bibliotheca* p. 232 ſqq.

IIX.

Aurea opuſcula *Celeberrimi Juris vtriusque Doctoris & Equitis aurati dni* PETRI *Rauennatis Itali, in vniuerſitate Griſualden. vtrumque Jus ordinarie legentis*. cum additionibus in fine poſitis quae non ſunt in prima impreſſione. Et cum artificioſa memoria. in 4. folior. 60.

Omnibus qui de PETRO *rauennate* litteris aliquod conſignarunt, haec editio incognita fuit. Litteris exſcripta eſt gothicis, & in duas diſpeſcitur partes. In prima, inuenitur 1) *Sermo domini* PETRI de Rauenna *Juris vtriusque doctoris equitisque aurati, quem habiturus erat, de mandato religioſiſſimi patris & domini. dni* Martini *digniſſimi* Epiſcopi Caminen. *Decretorum doctoris conſummatiſſimi. In ſinodo per ipſum celebrata. Sed iuſta cauſa impediente. quae tamen ſibi eſt incognita illum recitare non potuit.* Excerptum quod ex illo dedit Chriſt Schoettgenius in *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & infim. Latinitat.* L. XVII. p. 165 ſqq. reperitur in noſtra editione fol. 5. vbi verbis : *malui potius in matrimonio viuere cum paucis redditibus, quam ampliſſimos beneficiorum redditus poſſidere*, additum eſt, *& incontinenter viuere.* Miramur etiam, quod Schoettgenius hunc locum non dederit integrum. Poſt verba enim: *libenter erraui*, haec in exemplari, quo vtimur, addita leguntur: *ſciebam enim eſſe ſcriptum, quod grande patrimonium, grandis tentatio eſt. Et quanto quisque in ſuperiori*

eſt

eſt conſtitutus loco, tanto in maiori verſatur periculo. Cui enim plus committitur, plus ab eo exigitur, etiam cum vſura penarum. Hoc eleganter ſcriptum reliquit Iſidorus *in III. de ſummo bono. Et non minus gaudeo meis canonibus & legibus cum paucis redditibus quam abundantes diuitiis, & me cum tali ſorte natum fuiſſe gratulor & exulto.* In fine ſermonis ſatis prolixi, haec oculis obiiciuntur verba: *hunc ſermonem recitaſſet praefatus doctor in duabus horis nullis omiſſis allegationibus volanti lingua.* 2) *Solutiones cum ſuis canonibus & legibus, ad argumenta & allegationes quae ſiunt in diſputationibus & conſiſtoriis iudicum.* Hunc libellum PETRVS *rauennas, libellum florum* adpellari voluit, quod haec eius in fine verba teſtantur: *Nunc iſta ſufficiant chariſſimi mei auditores multa tamen alia non minus pulchra reſtant que cum tempus dabitur vobis communicare polliceor ſi vos videro vigilantes in doctrina mea & ne libellus iſte, ſit ſine ſpeciali nomine, illum* libellum florum *appellabitis, quia tale nomen ſibi conuenire videtur. & ſi illum non contemnitis in theorica & practica eſt vobis & honorem & vtilitatem allaturus. Explicit* libellus Florum. *Sequitur de artificiali memoria.* Secundae parti hic nouus praefigitur titulus: *Artificioſa memoria clariſſimi Juris vtriusque doctoris & militis dni* PETRI Ravennatis: *per quam facillime multa memoriter teneri & dici poſſunt.*

C. Lycinii *decatoſtichon ad Candidum lectorem*

Si memorem tentas fieri te candide laector
Atque inter celebres nomen habere viros
Perlege quod priſce ſpecimen pregrande Rauenne
Edidit. & celo laudibus vsque loca
Et potes. & debes merito cenſere magiſtrum
Artificis genii iudiciique ſimul.
Eia igitur cuncti numen veneremur in euum
Et meritas laudes quisque poeta canat.

Grecia

Grecia *non ſimilem vidit nec* Romula *tellus*
Nec non poſteritas eſt habitura. vale.

Complectitur ſecunda pars 1) Lancelloti Decii *iuris vtriusque Doctoris Epigramma*

Quid modo pyramides, *quid iam* babilona *canamus*
Quid iouis *&* triuie *templa ſuperba* dee
Non magis immenſum mirabimur amphitheatrum
Nam ſumme facerent hoc quoque ſemper opes
Scipio *non vltra iactet quod fecerat vſus*
Agmina qui proprio nomine tota vocat
PETRVM *fama canat quam nobilis ille* Rauenne *eſt*
Gloria. qui plus quam docta Minerua *poteſt*
Quid magni fecere dei mirabile dictu
Nam retinet quicquid legerit ille ſemel
Effatur triplici quecunque orator in hora
Protinus hic iterum nil minus ore refert.
Si reor hunc genuit doctarum quinta ſororum
Cui pia muſa nihil non meminiſſe dedit.

2) *ad Clariſſimum & excellentiſſimum ceſarei pontificiique iuris doctorem mirabili memoria preditum equitemque ſplendidiſſimum* PETR. *Rauennatem* Marci Picardi *epigr.* 3) PETRI Rauennatis *memoria artificioſa.* Inchoatur his verbis: *Et cum vna ſit* Fenix *& vnus ſit iſte libellus. libello ſi placet* Fenicis *nomen imponatis. Quoniam etate noſtra paucos excellenti memoria preditos fuiſſe cognouimus ſtatui pulcherrimum opus* Italie *& toti orbi tradere. cuius precepta ſiquis ſeruare voluerit huius artis altiſſimum culmen paruo tempore mirabiliter attinget. nec fallor o lector cariſſime. dum enim precepta mea per totam* Italiam *experier cuncti diuinum potius quam humanum opus ſe vidiſſe affirmabant. aliqui etiam ſe cruce ſignabant. nec in artificioſa memoria praeceptorem habui, ſed deo mihi auxilium prebente regulas pulcherrimas maximis tamen laboribus inueni. hunc ego libellum doctiſſimis auditoribus legi. meque legente precepta huius artis ab ore meo pendentes ſcripſere & qui doctrina mea vſi ſunt*

ſunt & honorem & laudem ſunt conſecuti. hoc meum inuentum excellentiſſimi viri laudauerunt. quorum nomina in fine huius operis inſcribere placuit. ne ſolus videar quod eſt meum laudauiſſe quod profecto pulchrius iudicabitur ſi excellentiores habuerit laudatores &c. E regulis ad comparandam eiusmodi memoriam artificialem propoſitis, quas PETRVS *rauennas concluſiones* nominat, *tertiam*, quae *aurea* ab illo vocatur, hic adponimus: *Quia pro litteris alphabeti homines habeo, & ſic imagines viuas. pro littera enim* a. Anthonium *habeo, pro littera* b. benedictum *& ſic perſonas, in quorum nominibus prima littera eſt in illa quam collocare volo. & ego communiter pro litteris* formoſiſſimas puellas *pono. ille enim multum memoriam meam excitant. & frequentiſſime in locis* iuniperam Piſtorienſem *mihi chariſſimam dum eſſem iuuenis collocaui. & mihi crede ſi pro imaginibus* pulcherrimas puellas *poſuero facilius & pulchrius recito quod locis mandaui ſecretum. ergo habe vtiliſſimum in artificioſa memoria, quod diu tacui ex pudore. ſi cito meminiſſe cupis* virgines pulcherrimas *colloca. memoria enim collocatione* puellarum *mirabiliter commouetur. & qui vidit teſtimonium perhibuit. hoc autem vtile preceptum prodeſſe non poterit illis qui mulieres odiunt & contemnunt. ſed iſti artis huius fructum difficilius conſequentur veniam tamen mihi dabunt viri religioſiſſimi & caſtiſſimi preceptum enim quod in hac arte mihi honorem & laudem attulit tacere non debui cum ſucceſſores excellentiſſimos relinquere totis viribus nitar.* Quae de ſua memoria in fine *duodecimae concluſionis* narrat, omnem propemodum ſuperare fidem humanam videntur. Pleraque excerpſit Jo. Georg. Schelhornius in *Amoenitat. litterar.* Tom. XI. p. 16. not. (m). Ne vero ipſe credulis imponere videretur PETRVS *rauennas*, in omnibus, quae de ſtupenda memoria ſua memorat, ad teſtes, viros in dignitate conſtitutos, maxima ex parte, cum talia ſcriberet, adhuc viuos, & integrarum vrbium & academiarum teſtimonia prouocat. Conf. Jo. Henric. a See-

a Seelen *Selecta litteraria* pag. 678 ſeqq. De variis *memoriae artificioſae* editionibus vid. Franciſci Ariſii *Cremona litterata* Tom. I. *Parmae* 1702. in fol. pag. 356. Michael Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. pag. 535. *Bibliotheca telleriana*, *Paris.* 1693. in fol. pag. 385. Chriſt. Schoettgenii *Continuat. biblioth.* Fabric. *med. & infim. Lat.* l. cit. Editioni, quae ante oculos verſatur, adiiciuntur a) *Copia multarum allegationum* Rauennatis *in materia extentionis ad* Theodoricum Vreſſen *filium ſuum chariſſimum*, b) *ad beatiſſimam virginem carmen*, c) *ad inuictiſſimum Principem* Bugslaum & Pameraniae (Pomeraniae) *ducem illuſtriſſimum*, d) *ad Senatum* hamburgenſem, e) *ad matronas* Lubicenſes, f) *ad* Henricum Bockholt *Prepoſitum* Lubicen. & *Juris Doctorem clariſſ.* g) *ad* Jo. de Kitzſcher *Prepoſitum* Collebergen. *Juris vtriusque Doctorem celeberrimum & Oratorem ſplendidiſſ.* h) *ad* Georgium Kleſt *Sereniſſimi principis* Bugslai *Cancellarium*, i) *ad* Henning Stenwarder Caminen. *Canonicum & excelſi Principis Secretar. & nunc etiam Cancellarium*, k) *ad Auditores ſtudioſiſſimos*, l) *ad ſanctiſſimum* Rochum *carmen deuotum prefati Doctoris* PETRI *vt nos liberet a crudeli peſtilentia*, m) *ad* Theodoricum Vreſſen *nobilem adoleſcentem & canonic. eccleſ.* Bremens. Haec carmina omnia litteris romanis impreſſa, PETRVM *rauennatem* non vltimae caueae fuiſſe poetam demonſtrant. In fine libri haec typographus adpoſuit verba: *Finis aureor. opuſculor. vna cum artificial. memoria* PETRI Rauen. *vtriusq. iuris doc. militisque aurati In officina felicis memorie* Quentel. An. 1560. (1506). Michael Maittaire editionem in *Annalibus typographicis* non memorauit. PETRVS, ſiue PETRVS FRANCISCVS, aut PETRVS THOMASIVS vtroque enim modo a Guido Panzirolo ſcribitur, a patria Rauenna *rauennatis* obtinuit cognomen. Vtrumque ius non ſine omnium admiratione, Pataiii, Bononiae, Ferrariae, Ticini, & Piſtorii, quae Florentinorum vrbs eſt, docuit. Cum

Cum Bogislaus X. Pomeraniae Dux, etruſcas peragraret regiones & PETRVM *rauennatem* Venetiis inueniret, illum cum filio Vincentio an. 1498. ſecum abduxit, & academiae gryphiswaldenſi conſtituit Profeſſorem. A Friderico III. Electore Saxoniae euocatus, in academiam vitebergenſem recens conditam, commigrauit, & ibidem per aliquot annos iura profeſſus eſt. Inde vero quam ob cauſſam neſcimus, Coloniam ſe contulit, e qua vero vrbe, paullo poſt a Dominicanis eiectus fuit. Teſtem illius rei habemus Henricum Cornelium Agrippam a Nettesheym, qui, L. II. *Epiſtol.* 60. Tom. II. *Oper.* edit. *Lugduni per* Beringos *fratres* an. 1600. p. 105 ſeqq. ad Amicum ſcribit: *Intellexi hoc mane colendiſſime* Caeſar, *quam nequiter a colonienſibus magiſtris noſtris traductus fueris, - - quid potuit tibi contingere illuſtrius, quam ab illis vituperari, a quibus nonniſi optimi & doctiſſimi quique ſemper odio habiti ſunt? quorum calculo te adnumerari profecto non mediocris gloria. Quis enim ignorat, hos eſſe illos magiſtros, qui* Joannem Campanum, *inſigni doctrina & virtute virum ſcholis ſecluſerunt? qui* PETRVM rauennatem *celeberrimum iuris doctorem vrbe exegerunt?* &c. & Libr. VII. in *epiſtola apologetica ad vrbis* Agrippinae Romanorumque Coloniae *Senatores & Conſules* l. cit. pag. 363. *Neque vero*, ait, *vos penitus ignoraturos puto, Viri ſapientiſſimi, neque ciuium veſtrorum excidiſſe memoria arbitror, qui illa in hunc diem adhuc apud ſe deplorant, quae noſtra recenti aetate apud veſtram vrbem perfidus Dominicanorum furor molitus fuerat, - - qua infelicitate* Eraſmum roterodamum, *orbis chriſtiani lumen, ſorditie eorum commaculari aggreſſi ſunt, & qua nequitia* Hermannum Comitem Nuenarium, *illuſtrem & doctiſſimum virum, perſecuti ſunt, & qua vniuerſitatis veſtrae iactura* PETRVM rauennatem, *celeberrimum vtriusque iuris doctorem atque lectorem ſplendidiſſimum pepulerunt, vos non puto oblitos.* Illum poſtea incertis ſedibus eſſe vagatum, conſtat ex Or-

tuini Gratii *Criticomaſtige peregrinationum* PETRI *rauennatis*, *Lugduni* 1511. Quo tempore, & qua in regione diem obierit ſupremum, non conſtat. Credibile eſt illum in patriam rediiſſe & ibidem eſſe mortuum. Illum enim ſemper in votis habuiſſe, patrias reuiſere terras, patet ex eius carmine, *ad beatiſſimam virginem*, cuius ſupra fecimus mentionem, vbi inter alia haec poeta precatur:

Sit mihi chara quidem felix Lucretia *coniunx*
Atque preces audi Virgo beata ſuas
Des quoque quod viuo mihi non ſic viua negetur.
Que iacuit lecto frigida ſola diu
Corpora noſtra ſimul rapiat mors condita eodem
Et mea ſint tumulo coniugis oſſa mee
Non tamen hec iaceant peregrino tecta ſepulchro
Sed precor in patria molliter oſſa cubent.

Conf. de illo & eius ſcriptis editis Joſias Simlerus in *Bibliotheca* p. 564. Anton. Poſſeuini *Apparat. ſacer* Tom. III. p. 64. Jo. Micraelii *pommeriſche Chronik und Geſchichte*, *Alt-Stettin* 1640. in 4. L. III. p. 480. Daniel. Crameri *pommeriſche Kirchen-Chronica*, *Stettin* 1628. in fol. II. 49. pag. 136. Valentini ab Eickſtedt *Epitome Annalium Pomeraniae*, *Gryphisw.* 1728. in 4. pag. 114. Guid. Panziroli *de claris legum interpretib.* L. II. Cap. CXVII. p. 215. edit. Chriſtian. Godofred. Hofmanni *Lipſ.* 1721. in 4. Cap. CXXXIIX. p. 250. vbi illum ob ſtupendam memoriam, *Petrum a Memoria*, fuiſſe cognominatum memorat. Marci Mantuae Benauidii *Epitome virorum illuſtrium* pag. 468. edit. Hofmanni, Jo. Henr. a Seelen, Jo. Georg. Schelhornii, Chriſt. Schoettgenii ll. citt.

VIIII.

VIIII.

Artificioſa memoria in omni ſcibilium genere perficere volenti vtiliſſima per JACOBVM PHILIPPVM DE YSABELLIS *Tridentinum artium magiſtrum* congeſta Abonhora.

Lucius Habelius Thuronenſis

Siquibus ingenium iuueues (iuuenes) natura negauit
Quo nequeant lectos mente tenere ſonos
Nec ſua Cecropie committere verba Miuerue
Poſſunt, nec ſolito ſenſa referre modo;
Scripta noui verſent ſedulo precepta magiſtri
Bellica quem ſumma miſit ab arce parens
Miſit vt optatam cunctis mortalibus artem
Conferret: paruus quam tenet iſte liber
Hac zophie Studium & preclaras contulit artes
Numinis hac verbum turba ſacrata docet.
Palladis hec vires confert, lectorque labanti
Conſulet ingenio, ſuppeciasque feret

Ioannes Reuchius Langianus memorandi artem loquentem introducit.

Sunt quibus Orbilii plagoſam ducere vitam
Contigit: & trepide cura ſacrata ſcholae
Hos penes explodor: ſunt nam demortua Phebi
Plectra & ſcutifera munera ceca deae
Ad quos Cillenio prognatos ſidere conſtat
Omni me nimium ſedulitate fouent
Me duce, nubifero iaculantur fulmina caelo:
Atque tenent propria corda tremenda manu

C 2 Sed

Sed quid opus verbis? Phoebo ceu cuncta re-
nident
Sidera: ſic noſtro munere cuncta nitant
(micant)
Illa ego: quam gremio cunctas circundare dotes
Quas tulit e patrio vertice Pallas: auent
Aſt: ego laudatas videar ne vendere merces
Cuncta Tridentinus lector amice dabit.

Dii bene vortant.

in 4. folior. 4.

Scriptores omnes, qui, de memoria artificiali ſcripſerunt, fruſtra euoluimus, nemo eorum, iſtius auctoris & opuſculi fecit mentionem. Si pergamenis, quibus libellus inuolutus erat, fidem habere voluerimus, auctoris nomen fuit proprium D. Philip. Roſenecker. Illud enim nomen, manus coaeua iſtis pergamenis inſcripſerat. In epiſtolio praemiſſo, quo libellum Joan. Langio lembergio, artium magiſtro, humanioris cultiorisque litteraturae Profeſſori lipſienſi dicauit, *lypſico in gymnaſio XV. Calen. Januar.* 1516. ſcripto, ſe *artificioſam memoriam profiteri* ſcribit. Opuſculum *Valentinus Schumannius Lypſick impreſſit* 1516. Neque a Michaele Maittaire, neque a Jo. Henric. Leichio adnotatum fuit. Praeter epigrammata in titulo conſpicua, Andreas Franck & Melchior Rynchius Heſſus, *in laudem artis memoriae & libelli*, epigrammata addiderunt, quorum alterum in fine epiſtolae dedicatoriae, alterum paullo prolixius in vltima libelli pagina legitur. Digna ſunt Henrici Cornelii Agrippae a Netteſheym, quae hic legantur verba. Is ſane de eiusmodi libellis qui, artis memoratiuae continent praecepta, haec pronunciauit Cap. X. *de vanitate ſcientiarum* Tom. II. Oper. p. 31. *Scripſerunt de ea* (arte memoratiua) Cicero *lib. Rhetoricorum nouorum*, & Quintilianus, *in inſtitutionibus*,

bus, & Seneca: *& ex recentioribus* Franciſc. Petrarcha, Marcol. veronenſis, Petrus rauennas, *&* Hermannus Buſchius, *& alii, ſed indigni catalogo, obſcuri homines permulti, & multi hanc quotidie profitentur, ſed non reperitur, qui in ea multum proficiat, & magiſtri eius pro lucro infamiam ſaepe reportant. Solent enim in gymnaſiis, plerunque huius artis profeſſione nebulones quidam ſcolaribus imponere, ac rei nouitate pecuniolam ab incautis emungere: denique puerilis gloria eſt, oſtentare memoriam: turpe & impudentis eſt, multarum rerum lectionem inſtar mercimoniorum ante fores explicare, cum interim vacua domus ſit.* De aliis artificialis memoriae ſcriptoribus vid. Georg. Paſchii *Tract. de Nouis inuentis, quorum accuratiori cultui facem praetulit antiquitas. Lipſ.* 1700. in.4. Cap. II. p. 134 ſeqq.

X.

HENRICI CORNELII AGRIPPAE, AB NETTESHEYM *Armatae Militiae Equitis Aurati, & J. V. ac medicinae Doctoris.* Opera, Quaecumque hactenus vel in lucem prodierunt, vel inueniri potuerunt Omnia, in duos tomos concinne digeſta, & diligenti ſtudio recognita: quae pagina poſt praefationem proxima pleniſſime enumerantur. *Lugduni per Beringos fratres.* in 8. form. maior. pp. 779. ſi praemiſſa 15. folior. exceperis.

H. C. AGRIPPAE, *armatae Militiae Equitis Aurati, Vtriusque Juris Doctoris, & ſacrae Caeſareae Maieſtatis a Conſiliis & archiuis iudiciarii,* Operum pars poſterior: Quorum Catalogum exhibebunt tibi paginae ſequentes Vna cum Rerum

 & Ver-

& Verborum hoc tomo memorabilium Indice locuplete & certo. *Lugduni, per Beringos fratres* pp. 1139. ſi praemiſſa pp. 24. & indicem adiectum pp. 44. non numeraueris.

Huius editionis, quae, litteris, vt vocant, *curſiuis* ſiue italicis, impreſſa eſt, mentionem iam factam eſſe conſpicimus, in denen *Nachrichten von einer halliſchen Bibliothek* Tom. II. pag. 318 ſqq. not. *) quorum verba hic transſcribimus: *dieſe Ausgabe iſt unter denen* (ſcilicet quae apud fratres Beringos in lucem prodierant) *die wir vor uns haben, die älteſte, wie ſolches die Züge der Buchſtaben deutlich anzeigen, doch aber nach* 1562 *herausgekommen. Es felen in dieſer Ausgabe verſchiedne Stücke, als nach obiger Ausgabe das* 12. *Stück im erſten Theil, nebſt den kabbaliſtiſchen Tabellen bey dem erſten Stück. Im* 2. *Theil felen das* 2. 4, 5, 15 *und* 16. *Stück, wie aus dem bey dem erſten Theile befindlichen Verzeichnis erhellet. Wir haben dieſe Ausgabe* 2 *mal zur Hand, und in beiden Exemplaren fängt der* 2te *Band mit S.* 593. *des Bogens Pp an, da die Briefe ihren Anfang nemen. Wir mutmaſsen daher, und vielleicht nicht ohne Grund, dasz dieſe Ausgabe, was den* 2. *Theil betrift, bis auf die Briefe des* AGRIPPA *unterdruckt worden.* Igitur exemplar, quod ad manus habemus, id ſingulare habet, quod integer neque mancus ſit Tomus poſterior. Opuſcula autem, quae, in exemplaribus memoratis, in denen *Nachrichten von einer halliſchen Biblioth.* deſiderantur, hoc ordine reperiuntur. Titulum excipit, 1) *Operum hoc altero tomo contentorum elenchus.* 2) H. C. AGRIPPAE *epiſtola ad ſpectabilem virum* D. Auguſtinum Furnarium, *ciuem genuenſem.* 3) H. C. AGRIPPAE *praefatio ad Lectorem.* 4) *Declamationis de incertitudine & vanitate ſcientiarum atque artium, loci communes, ſeu capitum argumenta.* 5) *Declamatio de incertitudine & vanitate ſcientiarum atque*

artium

artium p. 1-314. Epigramma in denen *Nachrichten von einer bal. Biblioth.* l. cit. p. 328. not. *) memoratum, in hac editione non reperitur. 6) H. C. A. &c. *in artem breuem* Raymundi Lullii *commentaria* p. 315-451. 7) H. C. A. *Liber de triplici ratione cognoſcendi Deum* pag. 452-481. 8) H. C. A. *Dehortatio gentilis Theologiae, ad amicos aliquos quondam perorata* p. 482-491. 9) H. C. A. *Expoſtulatio ſuper expoſitione ſua in librum* de verbo mirifico *cum* Joanne Catilineti *fratrum Franciſcanorum per* Burgundiam *prouinciali miniſtro, ſacrae Theologiae Doctore* pag. 492-498. 10) H. C. A. *Declamatio de nobilitate & praecellentia foeminei ſexus* p. 499-535. 11) H. C. A. *de ſacramento Matrimonii declamatio* p. 536-549. 12) H. C. A. *de originali peccato, diſputabilis opinionis declamatio* p. 550-565. 16) H. C. A. *Sermo de vita monaſtica, per venerabilem Abbatem in* Browiler *habitus* p. 565-575. 14) HENR. CORN. AGRIP. *Sermo de inuentione reliquiarum Beati* Antonii Heremitae, *pro quodam venerabili eius ordinis religioſo* p. 575-580. 15) H. C. A. *Contra peſtem antidota ſecuriſſima ad* D. Theodoricum Cyrenenſem, *Colonienſis Archipraeſulatus a ſuffragiis, in ſacris adminiſtratorem,* pag. 581-592. Haec ſunt, quae, in Exemplaribus, auctoribus derer *Nachricht. von einer b. B.* obuiis, deſiderantur, in noſtro vero codice inueniuntur. Opuſcula autem, quae, praeterea ab AGRIPPA compoſita, exſtant, e recenſione derer *Nachrichten von einer b. B.* l. cit. p. 333 ſeqq. facile cognoſci poterunt. *Index*, qui, in aliis editionibus *epiſtolis* praepoſitus eſt, in hoc exemplari non exſtat, quamuis in fine paginae 592. cuſtos, vt a typothetis vocatur, *Index* adpoſitus fuerit. Aetatem iſtius editionis, adcurate definire non poſſumus, illam vero ante annum 1586. & forte ipſo illo anno, in lucem exiiſſe, ex eo coniicimus, quod poſſeſſor, cuius nomen libro noſtro adſcriptum eſt, iſto anno, ſibi eum comparaſſe ſcripſit.

XI.

HENRICI CORNELII AGRIPPAE AB NETTESHEYM, *Armatae Militiae Equitis Aurati, & Juris Vtriusque ac Medicinae Doctoris*, Opera Omnia, in duos tomos concinne digeſta, & nunc denuo ſublatis omnibus mendis, in φιλομούσων gratiam accuratiſſime recuſa. Quibus poſt omnium editiones de nouo acceſſit Ars notoria, vt ſatis indicat Catalogus poſt praefationem poſitus: *Lugduni per Beringos fratres, Anno* 1600. in 8. pp. 668. ſi praemiſſa folior. 12. excepta fuerint.

H. C. AGRIPPAE, AB NETTESHEYM, *Armatae militiae Equitis aurati, & Juris vtriusque ac Medicinae Doctoris*, Operum Pars poſterior Quorum Catalogum exhibebunt Tibi paginae ſequentes. Vna cum Rerum & Verborum hoc tomo memorabilium indice & locuplete & certo. *Lugduni per Beringos fratres Anno* 1600. pp. 440. & 480. ſi praemiſſa folior. 8. & indicem folior. 8. omiſeris.

A nemine, quod nos quidem ſciamus, huc vsque memorata fuit *Operum* AGRIPPAE editio, quae annum 1600. in fronte gereret, ſi Thomam Crenium exceperis, qui noſtram conſpexiſſe videtur editionem, cum in *Animaduerſ. hiſtor. philolog.* Tom. II. pag. 15. *pontificis ad* AGRIPPAM, inueniri ait, *epiſtolam* Tom. II. *Operum* AGRIPPAE p. 33. *editionis lugdunenſ. an.* 1600, tametſi in illa l. cit. typothetarum vitio, paginae numerus 43. adpoſitus fuit.

Is enim typothetarum error in noſtra editione ſe prodit. Adduxit praeterea V. Cl. David Clement Tom. I. de la *Bibliotheque curieuſe hiſtorique & critique* p. 94. editionem, cuius paginarum numerus, ad-

cura-

curatiſſime illi, quae ante oculos verſatur, reſpondet; ſed illam ideo ab hac diuerſam eſſe ſuſpicamur, quod in titulo P. I. verborum loco: *quibus poſt omnium editiones, de nouo acceſſit Ars notoria vt ſatis indicat catalogus poſt praefationem poſitus*, apud Dauid. Clement l. cit. legatur: *quibus praeter omnes tabulas nouiter acceſſit ars notoria, quam ſuo loco interpoſitam reperies.* Editionis praeterea annus, in Parte I. a Dauide Clement, omiſſus fuit.

Extare etiam editionem, cui in calce Partis poſterioris, haec verba adiecta leguntur: *Lugduni per Beringos fratres Anno* 1600, quae tamen verba, in noſtra editione non inueniuntur, memoriae iam prodidit Jacobus Fridericus Reimmannus in *Catalogo Bibliothecae theologicae Syſtematico-critico, Hildeſiae* 1731. in 8. p. 1108. Cl. Joannes Vogtius in *Catalogo Hiſtorico-critico Librorum rarior. Hamburg.* 1747. in 8. p. 14. Michael. Lilienthal in der *theologiſchen Bibliothek, Kœnigsberg.* 1741. in 8. Tom. I. pag. 1043. In noſtrae editionis P. I. titulo, comparet ſimulacrum feminae, veſte ſuper genua, recincta, indutae, quae, altera manu calamum ſcriptorium, hedera circumdatum, altera ſchedulam tenet, cui haec inſcripta leguntur verba: *Defendit ab annis.* Pedibus adpoſitus eſt liber clauſus, hieroglyphico aeternitatis ſigno, ſerpente nimirum, qui caudam mordet, & hedera cinctus. In titulo II. P. ſe offert caput Mineruae galeatae. AGRIPPAE opuſcula, eodem ordine poſita ſunt P. I. quo illa recenſuerunt Auctores derer *Nachrichten von einer halliſchen Bibliothek* Tom. II. p. 321-327. In P. vero II. deſideratur 1) *Epigramma* in denen *Nachrichten* pag. 328 adductum. 2) *Nobilis viri* H. C. AGRIPPAE *Apologia aduerſus calumnias, propter declamationem de vanitate ſcientiarum & excellentia verbi Dei, ſibi per aliquot louanienſes Theologiſtas intentatas.* 3) H. C. AGRIPPAE &c. *Querela ſuper calumnia ob editam declamationem, de vanitate ſcientiarum, atque excellentia verbi Dei, ſibi per aliquos ſceleratisſimos*

ſycophantas, apud caeſaream maieſtat. nefarie ac proditorie intentata, ad ornatisſimum virum Euſtachium Scapuſium *Caeſar. Maieſt. apud* Angliae *Regem, Oratorem.* 4) H. C. AGRIPPAE *tabula abbreuiata in artem breuem* Raymundi Lullii. 5) H. C. A. *de beatisſimae* Annae *monogamia ac vnico puerperio, propoſitiones abbreuiatae & articulatae, iuxta diſceptationem* Jacobi Fabri *ſtapulenſis, in libro* de tribus & vna. 6) H. C. A. *defenſio propoſitionum praenarratarum, contra quendam dominicaſtrum, illarum impugnatorem, qui ſanctiſſimam Deiparae virginis matrem* Annam *conatur offendere polygamam.* Caeterum haec editio, multis typothetarum erroribus deprauata eſt. Speciminis loco hic adſcribimus Clauſulam exorciſmi ſpirituum aëreorum, quam e Petri de Abano *Heptamero* ſeu *Elementis magicis* excerpſerunt die *Nachrichten von einer halliſchen Bibliothek* l. cit. p. 323. Legitur iſta, in editione, quam deſcripſimus, P. I. pag. 448. *Venite ergo in nomine Adonay Zebaoth, Adonay Amioram: venite venite quid tradatis* (tardatis)? *feſtinate imperat vobis Adonay Saday Rex regum, El, Aty, Titeip, Azia, Hyn, Jen, Minoſel* (Minoſel) *Achadan, Vay, Vaa, Ey, Haa, Eye,* (Ege) *Exe, a El, El, El, a, Hy, Hau, Hau, Hau* (Haeu) *Va, Va, Va, Va.* Eadem ratione haec particula expreſſa conſpicitur, ſi vocem *tradatis* exceperis, in editione ſupra memorata. *Index,* qui, in poſteriore editione, Tomum II. per duas digerit partes, multo breuior & contractior eſt illo, qui in ſuperioris editionis calce inuenitur. Qui plura, de aliis & variis *Operum* AGRIPPAE editionibus, & de AGRIPPA ipſo noſcere cupit, adeat ſcriptores iam a nobis hic, & in *Analectis litterariis de libris rarior.* p. 10 ſqq. memoratos, inprimis die *Nachrichten von einer halliſchen Bibliothek* & David Clement *Bibliotheque hiſtorique & critique* ll. citt. vbi plures producuntur ſcriptores, qui de HENRICO CORNELIO AGRIPPA, & eius *Operibus* commentati ſunt.

XII.

XII.

HIERONYMI CARDANI, *Medici Mediolanenſis*, Metopoſcopia, Libris tredecim, & octingentis faciei humanae Eiconibus complexa: Cui acceſſit MELAMPODIS de Naeuis Corporis tractatus, Graece & Latine nunc primum editus: Interprete Claudio Martino Laurenderio, Doctore medico, Pariſienſi. *Lutetiae Pariſiorum apud Thomam Jolly Librarium Juratum, via Jacobaea, ſub ſigno Scuti Hollandici. M. DC. LVIII.* (1658.) *Cum privilegio regis Chriſtianiſſimi.* in folio pp. 125.

Libri, a nobis quidem in *Analectis litterar. de libris rarioribus* pag. 212. & 1130 ſqq. memorati, ſed tunc temporis nondum viſi, titulus hic integer eſt. Ad Chriſtophori Vicecomitis imitationem, qui, primus, de arte illa, quam Metopoſcopiam vocant, quaedam notauerat, eamque poſt longum temporis ſpatium, in hominum reuocauerat vſum, HIERONYM. CARDANVS opus conſcripſit. Quam magni ipſe CARDANVS id aeſtimauerit, ex eo patet, quod inter nouendecim illud retulerit libros, praeter quos, librum nullum alium, ſupereſſe ex ſuis ſcriptis optauerat. Vid. eius liber *de vita propria* Cap. XLV. pag. 249. 255. edit. *Pariſ.* 1643. in 8. Diu illud delituit, & a multis inter opera deperdita CARDANI relatum fuit, donec a Thoma Jolly Bibliopola pariſienſi, in itinere italico repertum, & in lucem editum fuit. Editor Thomas Jolly, inſcripſit nomine Nicolai Fucquetii, regii, in ſuprema curia, procuratoris, & gallici aerarii praefecti. Praefationem ad Lectores praemiſit Claudius Martinus Laurenderius, cuius nomen in noviſſima *lexici eruditorum* editione fruſtra quaeſieris. Quam hypotheſin Cardanus amplexus fuerit, iam enarrauimus in *Analectis litterariis* p. 1130. Tredecim libro-

librorum argumenta haec ſunt: I. *de regulis generalibus neceſſariis ad Metopoſcopiam facilius animo complectendam.* II. *de lineis, diuerſis modis in fronte virorum & mulierum figuratis.* III. *de figuris variis lineae* Saturni. IIII. *de variis figuris lineae* Iouis. V. *de variis figuris lineae* Martis. VI. *de variis figuris lineae* Solis. VII. *de variis figuris lineae* Veneris. IIX. *de figuris variis lineae* Mercurii. VIIII. *de variis figuris lineae* Lunae. X. *de lineis in fronte plura loca poſſidentibus.* XI. *de linearum frontis mixtione.* XII. *de Obſeruationibus linearum frontis mulierum.* XIII. *de naeuis faciei, & lineis, quae, cum iisdem reperiuntur*, in quatuor ſectiones diuiſus eſt, quarum 1) agit, *de naeuis, in dextra faciei parte, collocatis, ſecundum ſigna Zodiaci, & eorum relatione, ad ceteras corporis partes.* 2) *de naeuis, in ſiniſtra faciei parte, conſtitutis, ſecundum ſigna Zodiaci: eorumque ad alias corporis partes, relatione.* 3) *de naeuis vnicis, tam in planetariis faciei lineis, quam in ceteris locis ſtabilitis.* 4) *de naeuis faciei, tam vnicis, quam combinatis, qui varias etiam frontis lineas, comitantur.* Thomam Jolly ſtatutum habuiſſe animo, librum etiam lingua gallica indutum, edere, colligimus e verbis priuilegii regii, in calce libro adiecti, vbi talia leguntur: *Noſtre cher & bien amé* Thomas Jolly - - *nous a fait treshumblement remontrer qu' eſtant en* Italie, *il a reſcouvert un Manuſcrit de* CARDAN *intitulé* Metopoſcopia *auquel il y a huit cens figures qu'il a fait graver avec grand ſoin & deſpence, & meſme l'a fait* traduire en noſtre langue, *lequel Manuſcrit il deſireroit faire imprimer.* - - *Nous luy avons permis & permettons par ces preſentes, d'imprimer ou faire imprimer tant* en Latin *qu'en* françois, &c. Num gallice editus fuerit, ignoramus, Niceron ſane dans les *Memoires pour ſervir à l'hiſtoire des hom. illuſtr. dans la Republique des lettr.* Tom. XIIII. p. 281. ea de re nihil adtulit. MELAMPODIS μαντικὴ περὶ σπίλων cum Laurenderii verſione latina, vix tres implet paginas.

ginas. De prima editione graeca alio loco dicendum nobis erit.

XIII.

HIERONYMI CARDANI *Mediolanenſis* de propria vita liber. Ex Bibliotheca Gabrielis Naudaei. *Pariſiis, Apud Jacobum Villery, in palatio ſub porticu delphinali* M. DC. XLIII. (1643) in 8. pp. 322. ſi praemiſſa folior. 40. non numerata fuerint.

Haud ſatis adcurate Niceron Tom. XIIII. des *Memoires pour ſerv. à l'hiſtoire des hom. illuſtr. dans la republ. des lettr.* p. 259. editionem oppido raram, a Naudaeo in 12. editam eſſe ſcribit. Editor illam dicauit Aelio Diodato J. C. & philoſopho doctiſſimo. CARDANI vitam praecedit Gabriel. Naudaei *de* CARDANO *iudicium.* Haec vero editio pariſienſis, multis typothetarum vitiis deformis eſt, quo nomine melior cenſenda erit editio, quae, *Amſtelodami apud Joan. Raueſteynium* 1654. in 12. pp. 288. in lucem exiit. In ea addita ſunt HIERON. CARDANI *praecepta ad filios.* Praemiſit poſtea librum *de vita propria,* cum alio, qui, huc ſpectat, *de libris propriis,* Carolus Sponius, *operibus* CARDANI, quae iunctim *Lugduni* 1663. X. Tom. in fol. edidit. Conf. Niceron *Memoires* l. cit. Multa, de ſe ipſo iactitat CARDANVS, quae ingenium portentoſum & ſingulare prorſus, produnt. Mediolanenſis patricius, natus fuit anno 1508. & in arte medica, & mathematicis ſcientiis, illa aetate, maxime excelluit. Quamquam ingenio prorſus heroico fuit, & doctrina multos ſuperauit alios, luculento tamen demonſtrauit exemplo, magnis ingeniis permultum ſaepe admixtum eſſe dementiae. Tam mirificam enim de ſemetipſo conceperat opinionem,

nionem, vt neminem ſibi parem inueniri profiteretur. Mores praeterea, in libro, cuius titulum adſcripſimus, ingenium, fortunam, fata denique omnia, eiusmodi ſibi eueniſſe commemorauit, qualia nemo mortalium facile expertus eſt. Inter alia iactauit, ſe ab ineunte aetate per ſiderum influxum, diuinandi virtutem accepiſſe, vid. Cap. II. p. 9. apertis oculis, & vigilantem, varia ſpectra vidiſſe Cap. XLIII. p. 227 ſqq. a genio ſuo vocem ſubinde audiuiſſe, qua, ad rem ſuſcipiendam incitatus, & ad omittendam impulſus fuerit Cap. XLVII. p. 261 ſqq. carnem ſuam, redolere ſulphur, tus, & alia Cap. XXXVII. p. 170. & quae ſunt reliqua nugarum, quibus omnis fere liber *de propria vita*, refertus eſt. Stultitiae inprimis, de eo, confirmat opinionem, thema natalitium, quod Seruatori noſtro, e rationibus aſtronomicis delineauit, in *Commentar. in* Ptolemaeum *L. II. de Aſtror. iudic.* Cap. VIIII. Text. LIIII. p. 369 ſqq. edit. *lugdunenſ.* 1555. in 8. quod quidem iam ante eum Abu Monſar ſeu Albumaſar, Arabs, muhamedanus; Albertus M. Epiſcopus ratisbonenſis; Becchai, Judaeorum Rabbi, Petrus de Apono, Italus; Petrus de Alliaco, Archiepiſcopus cameracenſis, Presbyter Cardinalis, & gymnaſii pariſienſis quondam Cancellarius; Tyberius Ruſſilianus Sextus, Calaber, qui initio ſeculi XVI. floruit, & e ſchola Auguſtini Niphi prodiit; Lucas Gauricus Neapolitanus; & alii, impio plane auſu, tentaſſe dicuntur. Illum igitur inter plagiarios referre videtur Gabriel Naudaeus, in *iudicio de* HIER. CARDANO, fol. 23. edit. *pariſ.* vbi ait: *patet inde, quam vafer fuerit* CARDANVS: *nam cum certo certius exploratum haberet, themata* Chriſti *natalitia, ab* alliacenſi *&* Tiberio Ruſſiliano *exarata fuiſſe, nec illum latere poſſent, quae* Picus, Albumaſar, *&* Bacchonus, *de illis dixerant, noluit tamen eorum vnquam meminiſſe, vt vulgo litteratorum, inuentum iſtud ſuum fuiſſe perſuaderet, quod ei poſtquam ex voto ceſſit, - - noluit deinceps, quantumuis ab aemulis vrgeretur, & in diſcri-*

men

men capitis veniret, *vel minimam de illis auctoribus, mentionem iniicere, maluitque de ſua impietate tot rumores diſſeminari, quam ex opinione tam audacis facti partam gloriam amittere.* Vid. de his, quos nominauimus, viris, & inprimis de HIER. CARDANO Jo. Andr. Schmidt *diſſert.* cui titulus: *Thema Chriſti natalitium, a nonnullis impie & abſurde erectum, Jenae* 1683. in 4. Vlrici Junii *Errores Aſtrologorum circa thema Chriſti genethliacum, Lipſ.* 1701. in 4. Conf. Tychonis de Brahe *progymnaſmat.* p. 239 ſqq. edit. *Francof.* 1648. Sixti ſenenſis *Bibliotheca ſancta* L. V. Annotat. LXXXI. p. 387. edit. *Colon.* 1576. in fol. L. VI. Annotat. X. p. 468 ſqq. Jo. Pici Mirandulani *aduerſus Aſtrologos* L. V. Cap. XIIII. fol. 165 ſeqq. *Operum* edit. *argentinenſ.* 1504. in fol. Jul. Caeſar. Vanini *Amphitheatrum prouidentiae aeternae* Exercit. VI. VII. IIX. Gregor. Michaelis *notae in* Jacobi Gaffarelli *Curioſitates inauditas, Hamb.* 1676. p. 337 ſeqq. Frideric. Spanhemii *dubia euangelica* Tom. II. *Geneu.* 1658. in 4. Dub. XXXIII. 12. p. 354 ſeqq. Georg. Paſchii *Tract. de nouis inuentis, quorum adcuratiori cultui facem praetulit antiquitas* Cap. VII. §. XVII. pag. 586 ſqq. P. Baile *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. I. p. 765. not. Q. edit. *Rotterdam* 1720. *Obſeruat. halenſes* Tom. X. Obſeruat. VIIII. §. VII. p. 221 ſeqq. Cl. Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 172. Inuenit vero recentioribus temporibus, abſurdiſſimus eiusmodi conatus patronum, & HIERON. CARDANVS defenſorem, in Jo. Baptiſta Morino, Medic. Doctore & mathematum Profeſſore regio pariſienſi, qui, in praefatione apologetica, *Aſtrologiae gallicae, Hag. Comit.* ann. 1661. in fol. editae pag. XXI ſqq. CARDANI cauſſam ſtrenue agit, & ab omni dementiae & impietatis crimine, eum immunem eſſe ſuſtinuit, propterea quod thema natalitium Chriſto, non vt Chriſtus vel Deus, ſed vt verus homo eſt, compoſuerit. De tempore, quo, CARDANVS fatis conceſſit, inter viros doctos, adhuc diſceptatur, vid. P. Bai-

P. Baile *Dictionaire* l. cit. p. 263. not. F. Ad veritatem proxime adcedere videntur, qui, cum Niceronoaliiſque, illum Romae an. 1576. aetatis anno LXXV. obiiſſe ſcribunt. Iis ſcriptoribus, qui, de HIERONYMO CARDANO, & rebus ad eum pertinentibus, expoſuerunt, in *Analectis litterar. de libris rarior.* p. 211. adductis, addi poterunt *Naudaeana* p. 15 ſqq. it. pag. 150. *Patiniana* pag. 78. edit. *Amſterd.* 1603. in 12. Jo. Henr. Behr *Diſſert. de ſuperſtitione* CARDANI *in rebus naturalibus, Lipſ.* 1725. in 4. Jo. Frideric. Chriſtii *Obſeruatio, pro* HIER. CARDANO, *cenſura* P. Baelii *male habito*, quae legitur in eius *Noctibus academicis, Hal. Magdeb.* 1729. in 8. Specim. I. p. 46 ſqq. Gabriel Naudé *Apologie, pour tous les grands perſonnages qui ont été fauſſement ſoupçonnez de Magie* Chap. XIII. pag. 348 ſeqq. edit. *Paris.* 1625. in 8. Jaques George de Chaufepié *Nouveau Dictionaire hiſtorique & critique pour ſervir de ſupplement ou de Continuation au Dictionaire hiſtorique & Critique de Mr.* Pierre Bayle Tom. II. *à Amſterd.* 1750. lit. C. pag. 36 ſeqq.

XIIII.

BERNARDI A BREYDENBACH, itinerarium in terram ſanctam. in fol. folior. 69. ſi folia, quibus vrbium ſchemata impreſſa ſunt, fuerint excepta.

Fuit BERNARDVS A BREYDENBACH, ſiue a BRAITENBACH, e nobiliſſima BREIDENBACHIORVM ſtirpe, quae, hodienum Burggrafiorum fridbergenſium dignitate, & titulo eminet, oriundus, Camerarius, & eccleſiae maguntinenſis Decanus. Iter illud in terram ſanctam, cuius dedit deſcriptionem, ſuſcepit ex vrbe oppenheimenſi, dioeceſeos moguntinenſis, anno MCCCCLXXXIII. ipſo die S. Marci euan-

euangeliſtae. Itineris ſocios habuit fratrem Felicem Fabri, ordinis praedicatorum, ſacrae paginae lectorem, & praedicatorem vlmenſem. Qua ratione acciderit, vt Auctor goettingenſis (quem Jacob. Guil. Feuerlein fuiſſe dicunt) einer *Abhandlung von* BERNHARD VON BREYDENBACH *Reiſe in das gelobte Land*, fratris Felicis nomen, in quatuor exemplaribus *itinerarii* breydenbachiani diuerſis, quae ante oculos habuit, inueniri non potuerit, vt p. 7. not. (k) adfirmat, dicere non poſſumus: id ſane pro certo adfirmare poſſumus, quod in noſtro exemplari, inter ſocios itineris ille reperiatur. Reliqui ſocii fuerunt Joannes de Solms dominus in Mintzenberg, Philippus de Bicken ſtrenuus miles, & Erardus Rewich de Traiecto inferiori, *ingenioſus*, vt ab ipſo BREIDENBACHIO vocatur, *& eruditus pictor, qui, a venetiano portu & deinceps potiorum ciuitatum, quibus terrae pelagique tranſitu applicare oportet, praeſertim ſacrorum, in terra ſancta locorum, diſpoſitiones, ſitus & figuras, quoad magis proprie fieri potuit, artificioſe effigiauit, tranſtulitque in cartam opus viſo pulcrum & delectabile.* Illi praeterea comites ſe adiunxerunt, praeter famulos, cuique ſeruientes, Maximinus cognomento Smaſmus de Roppelſteyn, & dominus in Hoineck; dominus venerandus de Mernawe baro; Caſpar de Bulach miles; Paullus & Thomas duo fratres Minores, multarum linguarum periti; Georgius Marx miles; Nicolaus, dictus Maior in Kurt miles; Henricus de Schawenberg miles; Caſpar de Sienli miles; Sigismundus de Marſzbach miles; Petrus Velſch miles; Joannes Lazinus Archidiaconus & Canonicus Eccleſiae transſiluanenſis in Vngaria. Demum rediit BREIDENBACHIVS anno M. CCCC. LXXXIIII. & Venetias naue vectus peruenit, die IIX. menſis Januarii. Quo tempore obierit, non conſtat, illum vero ad annum vsque 1490. produxiſſe vitam, nonnulli ſcriptores exiſtimant. Vid. de illo Gerard. Jo. Voſſius *de Hiſtoricis latinis* L. III

Cap. VI. p. 520. vbi Antonii Poſſeuini notauit errorem, qui, Tom. I. *Apparat. ſacr.* p. 224. illum, ſua aetate vixiſſe ſcripſerat, quamuis Poſſeuinus illo, vt Voſſius calculum poſuit, CVI. annis fuerit iunior. Conf. Auberti Miraei *Auctarium de Scriptor. eccleſiaſt.* in Jo. Alb. Fabricii *Bibliotheca eccleſiaſtica* pag. 96. Caſimir. Oudini *Commentar. de Scriptor. & ſcriptis eccleſ.* Tom. III. col. 2733 ſqq. vbi inſignem admiſit errorem, cum BERNARDVM A BREIDENBACH, & Bernardum cognomento ſapientem, monachum Anglum, vnum eumdemque eſſe, ſibi perſuaſerit. Poſterior anno circiter 970. terram ſanctam peragravit. *Itinerarium* eius exſtare inter Codices MSS. vniverſitatis oxonienſis Cod. 1376. & in MSS. codicibus Collegii lincolnienſis Cod. 55. num. 4. adfirmant Voſſius l. cit. p. 624. & Oudinus l. cit. Edidit illud Joan. Mabillonius & Lucas Dacherius Tom. I. *Actor. Sanctor. Ordinis* S. Benedicti *Pariſ.* 1668. in fol. p. 523 ſqq. Conf. de Bernardo ſapiente Joannes Pitſeus in *Relationibus hiſtoricis de rebus anglicis, ſeu de illuſtribus* Angliae *ſcriptoribus*, *Paris.* 1619. in 4. Centur. I. pag. 827. Carolus du Freſne dominus du Cange in *indice Auctorum*, quem praemiſit *Gloſſario med. & infim. Latinitatis* Col. XCIIII. edit. *Lugduni* 1688. Jo. Alb. Fabricius in *Bibliotheca med. & infim. Latinit.* L. II. p. 836. BERNARDI BREIDENBACHII praeter ſcriptores nominatos, etiam mentionem fecit, Nicolaus Serarius L. V. *Rer. moguntin.* in Georg. Chriſt. Joannis *Scriptoribus rerum moguntinar.* Tom. I. *Francof.* 1722. in fol. p. 797. & 813. Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infim. Latin.* L. II. p. 592 ſqq. Vir S. R. Siegmund Jacob Baumgarten in der *Vorrede* zu dem III. Th. der *überſetzten allgemeinen Welthiſtorie Hal.* 1746. in 4. pag. 16. Hodoeporici breidenbachiani exemplum, quod, e bibliotheca S. Wenceslai numburgenſi, nobiſcum communicatum fuit, litterarum charactere gothico, *Spirae* 1502. exſcriptum eſt, quod typographi ſubſcriptio, his

his verbis concepta docet: *Sanctarum peregrinationum in montem* Syon *ad venerandum* Chriſti *ſepulchrum in* Hieruſalem *atque in montem* Synai *ad divam virginem & martyrem* Katherinam *opuſculum hoc contentiuum per* Petrum drach *ciuem Spirenſem impreſſum Anno ſalutis noſtre M. CCCCC. II. die XXIIII Nouembris. finit feliciter.* Editionis mentio iam facta fuit a Michael. Maittaire Tom. II. *Annal. typograph.* p. 156. Exemplar, quod, ante oculos verſatur, pro more iſtorum temporum, titulo deſtituitur, & dedicatione *ad reuerendiſſ. in* Chriſto *patrem & dominum, dominum* Bertholdum *ſancte maguntinen. ſedis Archiepiſcopum, ſacri Rhomani imperii per* Germaniam *Archicancellarium ac Principem Electorem,* inchoatur. Totius operis, ſatis rari, quamuis plures illius extent editiones, de quibus, mox nonnulla dicemus, argumentum, ipſius auctoris, exponemus verbis, quae, ſtatim poſt dedicationem leguntur.

Continentiam huius Operis ſubiecta monſtrabunt.

Inprimis praefatio praemittitur, ciuitatis Hieruſalem *ac ſancte terre finitime quondam promiſſionis appellate commendaticia. plures eius preclaras oſtendendo preter & ſupra ceteras excellentias & precipuas prerogatiuas. vnde & ex ea veluti termino ad quem mota eſt profectio in eam eminentior conuincitur & dignior merito comprobatur. Fructum etiam ſancte huius peregrinationis quosdam ipſa etiam prefatio perſequitur. intentionemque explicat autoris & operis diuiſionem vt patet intuenti. Deinde proceſſus* Hieroſolymitane *peregrinationis de loco ad locum ordinate & ex amuſſi communi & vulgata deducitur narratione, & tam litteris & ſcripturis. tum imaginibus & figuris potiores ille ciuitates & loca quibus inter proficiſcendum communius applicatur terra marique ad intellectum & ſenſum deſcribuntur videlicet. Primum omnium inclyta ciuitas* venetiarum *tanquam terminus a quo intrantibus mare. Deinde ciuitas* parentina *quae a* Veneriis *leucis communibus ſint*

 milia-

miliaribus italicis diſtat centum. Deinde Joppen *ſiue* Japha *quae bis millenis. Vbi peregrini ad terram de mari egredientes. per* Rama *oppidum vsque* Hieroſolymam *per XL Leucas in aſinis pergunt. & ita a* Venetiis *vsque* Hieruſalem *ſunt bis millena milia italica & quadraginta. Cetere vero minores vrbes & inſule omnes ſuis in locis, propriis duntaxat nominibus deſignantur. Maxime vero inſignis & potens ciuitas* Raguſina *quingentis diſtans a* venetiis *leucis ſuo loco non eſt bic effigiata. ad cuius portum etiam communiter ſolet applicari. Id cauſe eſt quod nimio ventorum impetu & vi inde proiecti ac celeriori curſu alio delati. illac nequiuimus propinquare. quo accidit vt noſtros ſubterfugerit oculos & obtutus. Inter inſulas vero plurimas quas pretergredi oportet, inter nauigandum tres precipue ceteris preclariores bic habentur, figurate & deſignate. videlicet* Candia *quae a* Venetiis *mille leucis italicis diſtat.* Rhodum *que mille quadringentis &* Ciprus *que mille ſeptingentis. Relique dumtaxat numerantur & ſuis in locis nominantur. Porro loca ſacra intra* Hieroſolymam *& que ciuitati de vicino adiacent. de quibus crebrius in ſacra ſit pagina mentio. & in quibus queque memoratu digna patrata leguntur. ſpecialibus effigiantur figuris cum notulis declaratoriis & remiſſionibus oportunis ad veteris vel noui teſtamenti paſſus. In ſecunda parte prime huius partis principalis determinato de locis. agitur ordine congruo. de incolarum ſiue indigenarum locorum eorundem & preſertim ſacrorum moribus, ritibus, legibus, & ſectis. Et primum omnium de* ſarracenis *quorum vt magis pateat error & damnatiſſima ſecta. De eorum pſeudo propheta & peſtifero ſeductore* Mahumeto. *longa & propria texitur hyſtoria tractans videlicet. De eius ortu & natiuitate. De eius deteſtabili vita & conuerſatione. De eius prophano legis initio & promulgatione. De eius infelici morte & indubia damnatione. Et tandem compendioſa quaedam ſed notabilis & matura annectitur* mahumetice

ſecte

ſecte & perfidie improbatio. vbi multa haud contemnenda inſeruntur dogmata potiſſimum contra illam epicuream paradiſum quam ipſe Mahumet *ſuis predicauit ſectatoribus & promiſit. Inde agitur breuiſſime. de* Judeis. Grecis. Sirianis. Jacobitis. Neſtorianis. Armenis. Georgianis. Indianis. Maronitis. *Et eorum omnibus erroribus cerimoniis & ritibus. Adiunguntur queque cuilibet ſue proprie littere ſiue caracteres quibus vtuntur vel ſcribendo vel loquendo ipſe nationes. In fine eiusdem tractatus oratiuncula quedam additur miſerum & miſerabilem orientalis eccleſie ſtatum modernum deplorans. Sed & diſputatio quedam ſerioſa & grauis contra eos qui vnumquemque in ſua fide. lege vel ſecta. credunt poſſe ſaluari. Poſtremo de veris catholicis latinis qui perpauci ſunt* Hieroſolymis *ſit memoria cum lamentatione quadam lugubri. ſuper deſolationem eccleſie Dei ſancte. & exhortatione ad principes orthodoxos. eos ad eccleſie fideliorem contra perfidos defenſionem animando. Cuius rei gratia in calce viſio quedam terribilis* Carolo (ſcil. caluo) *quondam imperatori oſtenſa. Annotatur* ex ſpeculo hiſtoriali Vincentii beluacenſis *ſumpta. In ſecunda huius operis parte principali de ſecunda agitur peregrinatione ab* Hieruſalem *per vaſtam ſolitudinem in montem* Synai. *ad diuam & inclytam ſanctamque virginem & martyrem* Katherynam. *Cui etiam commendaticia quedam antefertur prefatiuncula, ſicut & priori. Deinde profectionis ipſius ordo. & proceſſus ab* Hieruſalem *vsque* Gazera *ciuitatem. & inde per deſertum vsque* Syna *deſcribitur. vbi & loca ſacra ſingula in montem Dei* Oreb & Synai *ex ordine explanantur & debitis notulis elucidantur. Tandem regreſſus ex monte* Synai *per* hortum balſami *in* matherea *villa exiſtentem. & per* Chayrum babiloniam *ciuitatem* ſarracenorum *potentiſſimam & maximam vbi rex ipſorum* Soldanus *reſidet. & inde per* Nylum *paradiſeum fluuium nobiliſſimum vsque in* Alexandriam *quondam glorioſam vrbem. vnde &* Venetias *reditur nauigio. vbi etiam de* con-

 ſtanti-

ſtantinopolitanae *vrbis excidio & expugnatione agitur digreſſione. ordinata & oportuna explicatur narratione. Et in fine omnium quedam ponuntur ſcitu neceſſaria his qui forte volent has in futuro deuotionis gratia ſubire peregrinationes. quos fructu multiplici ſpirituali haud dubium inde dotandos altiſſimus ſaluos conducat & reducat Amen.* Praeter *hiſtoriam expugnationis conſtantinopolitanae*, adiicitur operi in fine 1) *index inſularum a* Venetiis *vsque* Rhodum, 2) *quaedam communia vocabula de idiomate ſarracenico in latinum translata.* 3) *hiſtoria de* Nigroponti *captione*, quae hiſtoria etiam inſerta fuit a Philip. Lonicero Tom. II. *chronic. turcic. Francof.* 1578. in fol. p. 102 ſqq. vbi ab auctore anonymo conſcripta dicitur. 4) *Narratio de* rhodiae *vrbis obſidione.* 5) *de captiuitate vrbis* idruntinae. Si Thom. Hyde in *Catalog. Bibliothec. bodleianae* Tom. I. *Oxon.* 1674. in fol. p. 133. fides habenda eſt, *obſidionis* rhodiae *vrbis deſcriptio*, & *hiſtoria capti* Hydruntii, minus recte BERNARDO A BREIDENBACH tribuitur, ſed a Guilielm. Canoerſin, de quo vid. *Analecta noſtra litterar.* p. 202 ſqq. conſcripta fuit. Quodſi verum hoc fuerit, inter plagiarios BREIDENBACHIVS referendus erit, eo magis, quod in praefatiuncula iſtis narrationibus praemiſſa, diſertis verbis ſe illarum iactat auctorem. 6) *Regimen peregrinantium trans mare, quod* Hali *medicus ſcripſit.* 7) *Cautela contra pediculos ac pulices & muſcas in mari.* Figurae, quibus opus ornatur, omnes ligno inciſae ſunt, & artificem haud ineptum produnt, inprimis vrbium ſchemata, quae ſatis magna, & e variis plagulis conglutinatis, compoſita ſunt. Conſpiciuntur vero vrbs Veneta, parentina, mutinenſis, inſula Candia, inſula Rhodus, & vrbs hieroſolymitana. Exhibentur praeterea nonnullorum animalium exoticorum icones, figura ſepulcri dominici, vna cum templo ibidem exſtructo. Saracenorum, Graecorum, Surianorum ſiue Syrorum, & Turcarum, pacis tempore equitantium, pro diuerſo,

quo

quo vtuntur veſtium habitu,delineationes. Litterarum, quibus Arabes, Judaei in Palaeſtina, Graeci, Suriani, Jacobitae, Abaſini ſiue Indiani, vtuntur, characteres, & alphabeta ligno inciſa. Vtrum ipſe BERNARDVS A BREIDENBACH itinerario conſcribendo dederit operam, an alterius labore & ſtudio vſus fuerit, non ſatis conſtat. Vid. de dubitatione, quae ex quatuor exemplarium, latini, germanici, belgici, & gallici collatione ſuborta fuit die *Abhandlung von* BERNHARD VON BREIDENBACH *Reiſe in das gelobte Land* p. 5. not. (d) (e). Primum hoc *itinerarium* edidit *lingua latina* BERNARD. A BREIDENBACH *Mogunt.* 1486. in fol. cuius editionis in fine haec leguntur verba: *Sanctarum peregrinationum in montem* Syon *ad diuam virginem & matirem* (martyrem) Katherinam *opuſculum per* Erhardum Reuwich de Traiecto inferiori *impreſſum in ciuitate* Moguntina. *Anno ſalutis MCCCCLXXXVI.* (1486) *die XI. Februarii. Finit feliter.* (feliciter) vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 472. Caſimir. Oudini *Commentar. de Scriptor. & ſcriptis eccleſ.* l. c. Thom. Hyde *Catalog. Biblioth. bodleian.* Tom. I. p. 106. die *Abhandlung von* BERNH. VON BREIDENBACH *Reiſe in das gelobte Land* pag. 7. not. (i) error ſine dubio typographicus eſt, cum ibidem pag. 6. prima editio 1484. prodiiſſe dicitur. Eodem anno verſio euulgata fuit *germanica*, cui haec verba in fine ſunt adpoſita: *Diſes werck ynnhaltende die heyligen reyſſen gen* Jheruſalem *zu dem heiligen grab vnnd furbasz zu der hochgelobten Jungfrauwen vnd mertreryn ſant* Katheryn *durch* Erhart rewich von Vttricht *ynn der Statt* Meyntz *getrucket ym Jar vnſers heyls tuſend vierhundert vnd LXXXVI. yn dem XXI. tag des Brachmonedts. Endet ſich ſeliglichen.* vid. Mich. Maittaire l. cit. not. 3. die *Abhandlung* &c. l. cit. Verſio lingua *germanico-belgica* exarata, prodiit *Mogunt.* 1488. in fol. quod verba in fine conſpicua docent: *Dit werck inhoudende die heylighe beuarden tot dat heylighe grafft*

in

in iheruſalem *eñ va daen totten berch* Synai *tot die heylighe maghet eñ marteraliſſe Sante* Katherin *ghedruct doir Meiſter* Erhaert rewich van vtrecht *in die Stadt van* Mentzs *Int jaer ons heeren M.CCCC. acht ende tachtich. opten. XXIIII. dach in Meye. Endet ſalichlicken.* vid. Mich. Maittaire l. cit. p. 501. vbi complures *catalogi* citantur, in quibus haec editio locum inuenit. Eandem ſe habuiſſe teſtatur Gerard. Joan. Voſſius Libr. III. *de hiſtoric. latin.* pag. 521. Conf. Joannis Halleruord *Bibliotheca curioſa Regiomont.* 1676. in 4. p 34. Valentin. Erneſti Loeſcheri *Stromateus Vitemb.* 1724. in 4. p. 248. Jo. Albert. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Lat.* l. cit. die *Abhandlung* l. cit. Verſionem gallicam, quae in *Catalogo Bibliothecae hohendorſianae* p. 150. hoc producitur titulo: *les ſaints voyages & pelerinages de la ſainte cité de* Hieruſalem, *& du Mont de* Synai *a Madame* Catherine *Vierge & Martyre*, compoſuit quidam Jo. de Herſin, quod inter alia, haec praefationis verba teſtantur: - - *fait & compoſé en latin par tres venerable & excellent ſeigneur maiſtre* BERNARD DE BREYDENBACH *doyen & camarier de la noble egliſe metropolitaine de* Magonce *grant & eſpert theologien, hyſtorian & orateur, lequel - - les rediga en ce preſent livre par eſcrit - - a linſtance & requeſte de tresreuerend pere en dieu & tres noble & tresvertueux ſeigneur monſeigneur larcheueſque de* Magonce. *Et a tranſlaté de latin en françois - - par deuot religieux* frere iehan de Herſin *docteur en theologie en la ſainte & excellente vniuerſité de* paris *humble prieur de* ſaint Auguſtin *de la noble cite de* lyon. In fine editionis in fol. excuſae legitur: *Imprimes le XVIII iour de frenier* (fevrier) *Lan mil CCCCLXXXIX* (1489) Conf. Michael Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 516. Eadem ſine dubio editio eſt, quae apud eumdem Mich. Maittaire l. cit. p. 413. *à Lyon* 1480. excuſa dicitur. vid. die *Abhandlung* pag. 7. not. (i) (k). Verſionis *gallicae* mentio etiam fuit

facta

facta in der Vorrede zur *allgemeinen Welthiſtorie* l. cit. not. (23). Anno 1490. recuſa fuit editio *latina per* Petrum Drach *ciuem ſpirenſem die XXVIIII. Jul.* in fol. vid. Mich. Maittaire l. cit. p. 523. *Catalogus Bibliothecae bulſianae* P. I. pag. 245. Jo. Halleruord *Biblioth. curioſa* l. cit. Editio verſionis *germanicae*, quae ſine die, vt aiunt, & conſule in fol. prodiit, memoratur in *Catalogo Bibliothecae* Daniel. Salthenii, *Regiomont.* 1751. in 8. p. 126. & in der Vorrede zur *allgemeinen Welthiſtorie* adducitur eiusdem verſionis editio anni 1502. Inſerta poſtea fuit verſio *germanica* dem *Reyszbuch des Heil. Landts, aller deren, ſo ihe zu Zeiten dafzelbig beſucht haben. Franckf. bey Sigism. Feyerabend* 1584. in fol. p. 50 ſqq. Non diverſum ab hodoeporico breidenbachiano opus eſſe exiſtimamus, quod ſub Philippi de Bicken, militis, nomine adducitur *itinerarium in terram ſanctam Spirae* 1490. in fol. a Chriſtophor. Hendreichio in *Pandect. brandenburg.* p. 574. a Gerard. Jo. Voſſio L. III. *de Hiſtoric. latin.* Cap. X. p. 741. a Michael. Maittaire in *Annal. typogr.* Tom. I. p. 529. a Jo. Albert. Fabricio in *Biblioth. med. & inf. Lat.* L. XV. p. 856.

XV.

Nouae Noui Orbis Hiſtoriae, Id Eſt, Rerum ab Hiſpanis in India Occidentali hactenus geſtarum, & acerbo illorum in eas dominatu, Libri Tres, Vrbani Caluetonis opera induſtriaque ex Italicis HIERONYMI BENZONIS *Mediolanenſis*, qui eas terras XIIII. annorum peregrinatione obiit, commentariis deſcripti, Latini facti, ac perpetuis notis, argumentis & locupleti memorabilium rerum acceſſione, illuſtrati. His ab *eodem* adiuncta eſt, De Gallorum in Floridam expedi-

D 5 tione,

tione, & inſigni Hiſpanorum in eos ſaeuitiae exemplo, Breuis hiſtoria. *Apud Euſtathium Vignon M. D. LXXXI.* (1581) in 8. pp.

GIROLAMO BENZONE, mediolanenſis, adoleſcens XXII. natus, & aliorum exemplo exteras videndi regiones cupidus, praeſertim Americae haud ita pridem repertae, perluſtrandae deſiderio excitatus, anno 1541. Mediolano profectus, in Hiſpaniam ſe contulit, & ibidem nauem conſcendit, quae curſum Indiam occidentalem verſus dirigere conſtituerat. Per quatuordecim annos, ad annum nimirum vsque 1556. in ea orbis terrarum parte commoratus, omnia diligenter adnotauit, quae memoratu ibi conſpexit digna, & inprimis hiſpanicam crudelitatem, cuius innumerabilia oculis conſpexerat documenta, viuis depinxit coloribus, in libro, quem poſt reditum ſuum in Europam, titulo: *La Hiſtoria del Mondo Nuovo di M.* GIROLAMO BENZONI Milaneſe, *laqual tratta dell' Iſole & Mari novamente ritrovati, e delle nuove Città da lui proprio vedute, per acqua e per terra in quattordeci anni. Con privilegio dell' Illuſtriſſima Signoria de Venezia per anni XX. In Venezia appreſſo Franceſco Rampazetto* 1565. in 8. cum figuris, euulgauit. Repetita iſtius libri editio *con la giunta di alcune coſe notabili dell' Iſole di Canaria*, prodiit *ibidem* 1572. in 8. Et ex hac poſteriore editione hiſtoriam nouam, noui Orbis latina donauit ciuitate Vrbanus Chauveton ſiue Calueto Medicus & Theologus geneuenſis, & illo, quem adſcripſimus, titulo, euulgauit *Geneuae apud Euſtathium Vignon* 1578. in 8. pp. 480. exceptis praemiſſis & indice. Librum noſtra aetate, ſatis rarum, dicauit Theodoro Bezae, quem in dedicatione libri, *praeceptorem ſuum, & parentem plurimum ſemper obſeruandum*, nominat. In praefatione vehementer in Hiſpanorum inuehitur ſaeuitiem. Praefationem ſequuntur, adpendicula *de*

ambi-

ambiguo Indiae *nomine*, tria Vrbani Caluetonis *epigrammata*, *de aurea aetate*, *apud Indos occidentales, in ferream mutata*, & *de Indorum conuerſione;* St. Tr. *Epigrammata* duo *de* Hiſpanorum *in* Indiam occidentalem *nauigantium conſilio*, & *de verſione* Vrbani Calvetonis. HIERONYMI BENZONIS Hiſtoria ipſa pluribus verbis deſcripta fuit in den *Nachrichten von einer halliſchen Bibliothek* Tom. II. p. 182 ſqq. Libro III. adiicitur *Breuis inſularum*, *quae* Canariae *appellantur*, *&* *rerum*, *in iis memorabilium*, *deſcriptio*, quae etiam HIERON. BENZONEM auctorem habet. Huic BENZONIS libro adiunxit Vrbanus Calueto adpendicem, e gallico ſermone conuerſam hoc titulo: *de* Gallorum *expeditione in* Floridam, *& clade ab* Hiſpanis *non minus iniuſte quam immaniter ipſis illata*, *anno* 1565 *breuis Hiſtoria*. Cui adiunctum eſt, *Supplicis libelli & querelae*, *a viduis*, *liberis*, *cognatis & amicis* Gallorum, *ab* Hiſpanis, *in* Florida, *contra fas ac fidem*, *caeſorum*, *ad* Carolum VIIII. *Galliae regem delatae*, *Exemplum*. *Eſaiae Cap. XXVI. Ecce Dominus egredietur de loco ſuo*, *vt viſitet iniquitatem incolae terrae contra eum: & reuelabit terra ſanguinem ſuum*, *nec operiet vltra interfectos ſuos*. Libro finem facit Georgii Buchanani *carmen* ἐπιτιμωρητικὸν *in Colonias braſilienſes*, & *index rerum & verborum*. Cum bibliopolae geneuenſi Euſtathio Vignon, nonnulla exemplaria editionis an. 1581. ſupereſſent, iunxit cum illis librum, qui inſcribitur: *Hiſtoria nauigationis in* Braſiliam, *quae* America *dicitur*. *Qua deſcribitur Autoris nauigatio*, *quaeque in mari vidit memoriae prodenda*. Villagagnonis *in* America *geſta:* Braſilienſium *victus & mores*, *a noſtris admodum alieni*, *cum eorum linguae dialogo: animalia etiam*, *arbores atque herbae*, *reliquaque ſingularia & nobis penitus incognita*. *A* Joanne Lerio, Burgundo *gallice ſcripta*, *nunc vero primum latinitate donata*, *& variis figuris illuſtrata*, *Geneuae*, *ap. Euſtath. Vignon* 1586. in 8. pp. 341. Vtrique vero libello, hunc nouum, & vt

vt vocant, generalem praefixit titulum: *Hiſtoria* Indiae Occidentalis, *Tomis duobus comprehenſa. Prior, res ab* Hiſpanis *in* India occidentali *hactenus geſtas, acerbum illorum in eas gentes dominatum, inſigneque in* Gallos *ad* Floridam *inſulam, ſaeuitiae exemplum deſcribit. Alter vero,* Braſiliae *(quae & America dicitur) rerumque in ea obſeruatione dignarum a nobis penitus incognita deſcriptionem continet.* HIERONYMO BENZONE, Italo, *&* Joanne Lerio, Burgundo, *teſtibus oculatis, autoribus. Ex eorum autem idiomate in latinum ſermonem* Vrbani Caluetonis *&* G. M. *ſtudio conuerſi: perpetuis notis, argumentis, figuris indicibus, & locupleti memorabilium rerum acceſſione illuſtrati. Addita eſt totius* Indiae occidentalis, *ſeu orbis illius noui breuis deſcriptio, quae maximam hanc mundi partem vno velut intuitu perluſtrandum oculis ſubiicit. Excudebat Euſtathius Vignon* 1586. in 8. Deſumta eſt haec Americae deſcriptio, e D. Hieronymi Girauae tarraconenſis *Coſmographia.* Vrbani vero Caluetonis epiſtola dedicatoria, ex hac collectione eliminata fuit. HIERONYMI BENZONIS librum ex verſione Caluetonis, *Geneuae* an. 1600. in 8. eſſe recuſum teſtatur Vir S. R. Sigm. Jacob. Baumgarten in der Vorrede zu der *allgemeinen Geſchichte der Laender und Völker von* America *Hal.* 1752. in 4. formae maioris fol. 6. b. not. 29. Cum fratres de Bry corpus hiſtoriae americanae nonnullis tomis latine & germanice, in fol. euulgarent, Caluetonis verſionem latinam parti IIII. V. & VI. inſeruerunt. Idem Vrbanus Calueto, HIERON. BENZONIS librum etiam in gallicum ſermonem tranſtulit, quod teſtatur Antoine du Verdier, dans la *Bibliotheque de France Lyon* 1585. in fol. p. 1189. hiſce verbis: Vrbain Chauveton *a traduit Hiſtoire nouvelle du nouveau monde, contenant en ſomme ce que les* Eſpaignols *ont faict jusques à preſent aux* Indes occidentales, *& le rude traictement qu'ils font à ces peuples Extraicte de l'Italien de* HIEROSME BENZONI Milannois

lannois *qui a voyagé* 14. *ans en ce pays là. Et enrichi de pluſieurs diſcours & choſes dignes de memoire. Imprimée par Euſtace Vignon* 1579. in 8. Extat etiam duplex libri verſio germanica. Alteram dedit Nicolaus Hoeniger ſiue Honinger, hoc titulo: *Der newen Welt vnndt Indianiſchen Königreichs Newwe undt gründtliche Hiſtori, von allen Geſchichten Handlung vnd Thaten der* Hiſpanier *vnnd anderer Völker, ſo ſie zu vnſerer Zeit vnd gedechtnusz darinn begangen haben. Deszgleichen von der* Indianer *wunderbarlichen vnd ungebräuchlichen Sitten, Statuten, Religion, Glauben, Ceremonien, Gottesdienſt vnnd andern Gebräuchen* &c. *Erſtlich durch* HIERONYMVM BENTZON *von* Meilandt *in welſcher Spraache wahrhafft beſchrieben, vnnd ſelbs perſönlich in viertzehen Jahren durchwandert vnd erfahren. Vorhin nie in deutſcher Spraach deszgleichen geſehen. Erſt jetz mit ſonderm Fleisz, allen Liebhabern der Hiſtorien vnnd frembder Sitten zu Nutz ausz dem Latein verteutzſcht durch* Nicolaum Höniger *von* Tauber Königshofen. *Baſel durch Sebaſtian Henricpetri* 1579. in fol. it. *ibid.* 1582. in fol. In corpore hiſtoriae americanae fratrum de Bry germanico, partem quoque conſtituit haec verſio, IIII. V. & VI. Altera a Nicolai Hönigeri verſione, plane diuerſa eſt, quam in lucem emiſit Abel Scherdiger, Paſtor waſungenſis hoc titulo: HIERON. BENZONIS *nouae noui orbis hiſtoriae. Das iſt, aller Geſchichten, ſo in der neuwen Welt, welche* Occidentalis India *genennet, vnnd etwan* 1492. *von* Chriſtophoro Columbino *gefunden worden, bey den Einwohnern derſelbigen vnd den* Spaniern, *mehrertheils bisz auff an.* 1556. *ſich zugetragen. Warhafftiger gründtlicher Bericht ausz* HIERON. BENZONIS *in welſcher Spraach beſchriebenen Verzeichnusz, deszgleichen von der* Frantzoſen *Meerfarth vnd Kriegsrüſtung in das Land* Floridam &c. *durch* Abel Scherdigern Pfarrh. zu Waſungen *ins Teutſch gebracht. Helmſtädt bey Joh. Lucio* 1590. in 4. Excerpta ex HIERON. BENZONIS

ZONIS libro, anglica reperiuntur hoc titulo: *Brief Extracts out of* JEROM BENZO'S *three Books of the new world, touching the* Spaniard's *cruel handling of the* Indians, *and the Effects thereof, from his firſt going to* America *in the Year* 1541. in Samuel Purchas, *Pilgrimes, containing a Hiſtory of the World in Sea-Voyages and Land-Travels by Engliſhmen and others Lond.* 1625. in fol. Tom. IIII. p. 1448 ſqq. Conf. de HIERON. BENZONE Chriſtophor. Hendreich *Pandectae brandeburgic.* p. 514. Philip. Picinelli *Ateneo dei letterati milaneſi, in Milano* 1670. in 4. pag. 333. Phil. Argelati *Bibliotheca Scriptorum mediolanenſium, Mediolani* 1745. in fol. Tom. I. Part. II. Col. 138. quibus vero in libris, nonnulla emendatione indigent.

XVI.

ESOPVS moraliſatus cum bono commento. in 4. folior. 33.

In fine editionis, oppido rarae, & a Michael. Maittaire non adductae, haec leguntur verba: *Finit* ESOPVS *fabulator preclariſſimus. cum ſuis moralizationibus ad noſtri inſtructionem pulcerrime appoſitis. Impreſſus Anno ſalutis. M. CCCC. LXXXIX.* (1489) *decimo Kalendas Auguſti.* Editionem anno recentiorem, excuſam *Dauentriae per Jacobum de Breda* in 8. adtulit Vir Cl. David Clement Tom. I. de la *Bibliotheque curieuſe hiſtorique & critique* p. 69. Quis fabularum auctor fuerit, inter viros doctos non conſtat. In codice regis Galliae 893. teſte Philip. Labbeo in *noua Bibliotheca MSS. librorum ſiue Specimine antiqu. Lectionum Lat. & Gr. Paris.* 1652. in 4. p. 66. auctor vocatur HISOPVS (Aeſopus). Jul. Caeſar Scaliger *Poetices* L. VI. p. 304. edit. *lugdunenſ.* 1561. in fol. illum ACCIVM, quo fundamento neſcimus, adpellat, & elogio *adcurati & arguti poetae* ornat.

Caſpar

Caſpar Barthius in *Aduerſariis Francof.* 1648. III. Cap. XXII. p. 150. ſe *codicem* habuiſſe teſtatur, *in obſoletiſſimas membranas exaratum*, in quo auctor quidem *magiſter* ROMALIVS dictus fuerit, BERNARDVM tamen verum eſſe auctorem exiſtimat, cuius de *Caſtore* fabulam produxit Siluester Giraldus, quae inſignem verſuum prodit ſimilitudinem, cum illis, quae in hac fabularum collectione reperiuntur. Auctorem praeterea, quisquis ille demum fuerit, *fabularum poetam priſcum ſed valde ineptum atque barbarum* vocat. Lilius Gregor. Gyraldus dialog. V. de *poetar. hiſtoria* Tom. II. *Operum Baſil.* 1580. p. 223. de fabularum auctore haec habet: *Poſſet & inter hos poetas reponi* Romulus *ille: qui ad* Tybertinum *filium librum ſcripſit, quem ab imitatione Apologorum* Aeſopi *illius* Phrygis, *fabulas* Aeſopi *nuncupauit: non vt aliqui rati ſunt, tranſtulit. Mirum vobis dicam, quam anxie* Parmenſes *quidam non* Romulum *huius libelli autorem aſſerant, ſed ſuum quendam* SALONEM *municipem, qui poeta dum* Athenis *ſtuderet, e graeco fabulas has noſtris moribus (vt aiunt) optando, carmine compoſuerit. Sed certe hoc ipſo vel* Romulo *vel* Salone *me puero nullus liber aeque triuialibus magiſtris terebatur poſt* Alexandri *ineptias.* Romuli nomen, in initio commentarii, editioni quae ad manus eſt, adiecti, comparet, vbi haec leguntur: *Liber iſte primo grece conſcriptus eſt ab* Eſopo. *Poſtea a* Romulo *Imperatore romano ad inſtruendum* Tibarium *filium ſuum, in latinum venit. Deinde rex Anglie* Afferus *in anglicam linguam eum transferri precepit.* & paullo poſt. *Cauſa efficiens dicitur fuiſſe* Eſopus. *qui erat grecus, vnde vt fertur preſens liber conſcriptus erat in greco. Sed poſtea iuſſu* Rhomuli *imperatoris Romanorum fuit translatus in latinum. & hoc propter filios eius quos voluit inſtrui, per doctrinas huius libri.* Conf. Nicolai Federici Nilant prefatio, *fabulis antiquis proſaicis,* mox memorandis, praemiſſa. Nicolaus Iſaacius Neveletus iſtas fabulas nulli auctori certo tribuit, & ſub nomine

nomine ANONYMI, eas *e palatino codice, & exſoletis plane editionibus, vix alicui viſis*, emendatas inſeruit, *Mythologiae aeſopicae Francof.* 1610. in 8. pag. 486-530. Iſtae fabulae ſub anonymi nomine, paſſim etiam inſertae fuerunt aliis libris, qui ad morum doctrinam, & mythologiam ſpectant, v. c. *Mythologiae metricae & morali*, quae prodiit *Hamburgi* 1698. in 8. In nonnullis editionibus antiquioribus, fabulae, in *duos*, in aliis in *tres* libros digeſtae conſpiciuntur. Illa vero diſtinctio, in noſtra editione locum minus obtinuit, neque a Neueleto admiſſa fuit, qui in notis p. 673. hac ratione ſcribit: *haec diſtinctio, cum neque in MS. palatino neque in editione alia compareat, a* Rimicio *quodam, qui has fabulas ſoluta oratione latina pariter & germanica vertit, factam arbitror. Veriſimile quippe non eſt libellum huncce tam exiguum, in τμήματα duo partitum ab auctore fuiſſe.* Conf. *Menagiana* Tom. I. pag. 72 ſeqq. edit. *Amſterd.* 1713. in 12. vbi liber plus vice ſimplici, in Gallia & Italia cum commentariis, & iis omiſſis, in lucem editus, & ille iam a ſcriptoribus ſeculi XIIII. citatus legitur. Romuli *fabulas aeſopias* a Rimicio, vel ab alio quodam ignoto homine, oratione ſoluta expreſſas, praeter alios edidit Jo. Federic. Nilant cum *fabulis antiquis, ex* Phaedro *fere ſeruatis, eius verbis deſumptis, & ſoluta oratione expoſitis. Lugd. Bat.* 1709. in 12. Ὡς ἐν παρόδῳ hic adiicere licebit, quod in *lexico eruditorum* Tom. III. col. 2208. ſub voce Romulus, ad Romalium quidem lector remittatur, ille vero non inueniatur in eo lexico.

XVII.

AESOPI *Phrygis* Fabulae graece & latine, cum aliis quibuſdam opuſculis, quorum indicem ſequens pagella indicabit. *Antuerpiae ex officina Chriſto-*

Chriſtophori Plantini. M. D. LXVII. (1567) in 12.

Et hanc quoque editionem, inter editiones rariores referre poterat Cl. Dau. Clement Tom. I. de la *Bibl. curieuſe hiſtorique & critique* p. 69 ſqq. vbi AESOPI editiones, quae prae ceteris ſe commendant raritate, adducuntur. A Jo. Alberto Fabricio illa non memorata fuit, etſi recentiorem *ex officina plantiniana* 1574. in 12. emiſſam adtulit. Inueniuntur autem in editione nitida 1) AESOPI *Fabulatoris vita*, a Maximo Planude *conſcripta*, graece & latine p. 1-112. Fuit Maximus Planudes, vt Antonius Poſſeuinus Tom. II. *Apparat. ſacri* p. 428 opinatur, monachus conſtantinopolitanus, qui tempore concilii baſileenſis, quod anno 1431. inchoatum eſt, inclaruit. Longe vero probabilior eſt Raphael. Maffei volaterrani in *Commentar. vrban.* L. XVII. fol. 178. a. edit. *pariſienſ. aſcenſianae* 1511. & Gilberti Genebrardi in *Chronographia*, ex qua adducit Gerard. Jo. Voſſius L. I. *de veterum poetar. temporibus* p. 83. ſententia, qui illum circa annum 1370 & ſic duodeuigeſimo poſt AESOPVM floruiſſe ſeculo perhibent. Vir alioquin non indoctus, ſed litterarum & philoſophiae ſtudiis, ſatis ſuperque excultus fuit, qui latinorum inprimis ſcripta diligenter legit, & plurima ex his in ſermonem graecum conuertit. In eo tamen meliori famae minus proſpexit, quod vel variis aliorum ſermonibus deceptus, vel vt inſolita rei nouitate legentium permulceret animos, variis AESOPI vitam fabulis adſperſit, & craſſis nimium coloribus, eum talem depinxit, qualem forte in terrarum orbe vnquam extitiſſe, fruſtra tibi perſuadeas. Quo factum eſt, vt alii, quibus Planudes, bona fide ſcripſiſſe viſus eſt, in eius inciderent errores. Certe, vt alios taceamus, Rynucius Theſſalus, qui vitam AESOPI, in ſermonem latinum conuerſam, *Mediolani* an. 1480. in 4. edidit, & Antonio Cardinali Presbytero titulo S. Chryſogoni

 dicauit,

dicauit, Planudem maxima ex parte ſequutus eſt. Eius quoque veſtigia preſſit Comes Giulio Landi, Italus, cuius *vita di* ESOPO Frigo, *tradotta & adornata* ſeorſum prodiit *in Venezia per il Giolito* 1545. in 8. & 1619. in 8. nec non cum AESOPI *fabulis*, ab eodem in italicum ſermonem conuerſis, ſemel iterum ſaepiusque edita fuit. Habemus editionem quae hoc inſcribitur titulo: *Vita e Favole di* ESOPO, *tradotte dal* Conte Giulio Landi, *illuſtrate con l'interpretatione & figure & diligentamente reviſte e corrette. In Venezia per gli heredi di Gio Battiſt. Ceſtari* 1673. in 16. Joachim. quoque Camerarius, qui *Hiſtoriam vitae fortunaeque* AESOPI, more ſuo, nitide atque eleganter deſcripſit, & *fabellis aeſopicis* Lipſ. 1564. in 8. editis, praefixit, Planuden ſequi minime dubitauit. Conf. de Maximo Planude Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* paſſim, inprimis L. V. Cap. XLV. p. 533 ſqq. Henr. Wharton *Adpendix ad* Guil. Caue *Hiſtor. litterar. Scriptor. eccleſ.* p. 33 ſqq. edit. *londinenſ.* 1689. Caſimir. Oudini *Commentar. de Scriptor. & ſcriptis eccleſiaſtic.* Tom. III. col. 760 ſeqq.

2) ΑΙΣΩΠΟΥ φρυγὸς μῦθοι. AESOPI Phrygis *Fabulae, graece & latine, Antuerp. ex officina Chriſtoph. Plantini M. D. LXVII.* (1567) p. 1-142. quibus adiicitur particula ἐκ τῶν Ἀφθονίου σοφιστοῦ προγυμνασμάτων, & ἐκ τῶν Φιλοστράτου εἰκόνων μῦθοι. His tandem accedit *fabularum index.* Ne cramben bis coctam lectoribus noſtris adponere videamur, ablegamus illos, qui plura de AESOPO & eius *fabulis* ſcire cupiunt, ad Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. graecam* L. II. Cap. VIIII. p. 390 ſqq. De quaeſtione, vtrum AESOPVS in rerum natura exſtiterit, quod alii adfirmant, alii negare ſuſtinent, vid. Chriſtophor. Auguſti Heumanni *Acta Philoſophorum* Tom. I. Part. VI. *Hal.* 1716. in 8. Num. II. p. 944 ſqq. Cum Maximus Planudes, inſignem AESOPI fuiſſe deformitatem, qua omnes aetatis ſuae homines longe ſuperarit, & Homeri Therſitae ſimillimus fuerit, in *vita* illius proderet, ſenten-

ſententiam iſtam Planudae ſub examen vocauit Fridericus Gotthilf Freytag, pater, in *diſſertat. de inſigni* AESOPI *deformitate Lipſ.* 1717. in 4. Vitam AESOPI e veterum auctorum monumentis collectam, & a Planudae fabulis liberatam, gallice conſcripſit, & edidit titulo: *Vie d'*ESOPE, *tirée des anciens Auteurs, à Bourg en Breſſe* 1632 in 16. Claudius Caſpar Bachet de Meziriac. Cum iſte libellus admodum rarus eſſet, nonſolum plures editiones, priorem ſequebantur, de quibus vid. Niceron Tom. VI. des *Memoires* pag. 10. ſed inſertus etiam fuit dans les *Memoires de litterature* de Mr. Sallengre Tom. I. Artic. VII. p. 87 ſeqq. Inuenitur etiam dans les *Ouvrages de* Mr. Meziriac, quae adiiciuntur aux *Commentaires ſur les Epiſtres d'*Ovide *à la Haye* 1716. in 8. Tom. I. p. 57-68. Latinitate donatum, & notis illuſtratum ſuae *fabularum aeſopicarum* collectioni, quae prodiit *Lipſ.* 1741. in 8. form. mai. praemiſit Jo. Godofred. Hauptmannus. In ſermonem conuerſus germanicum a Joanne Andrea Pfefferkornio, legitur in Chr. Aug. Heumanni *Actis Philoſophorum* T. II. P. IIX. p. 253 ſeqq. quam verſionem Heumannus notis ſuis illuſtrauit. De controuerſia ob AESOPI fabulas inter Richard. Bentleium, & Carol. Boilaeum exorta, vid. illius *Diſſertation upon the Epiſtles of* Phalaris, Themiſtocles, Socrates, Euripides *and* AESOP'S *fables*, quae legitur in Henr. Wotton's *Reflexions upon the ancient and modern Learning, Lond.* 1697. in 8. Cum illi Carolus Boilaeus opponeret Dr. Bentley's *Diſſertations on the Epiſtles of* Phalaris, *and the fables of* AESOP *examined by* Charles Boyle, *London* 1699. in 8. Richardus Bentleius ſuam diſſertationem recudendam curauit, *with an Anſwer to the Objections of the honourable* Charles Boyle, *London* 1699. in 8. Conf. *Actor. erudit. lipſienſ.* Supplement. Tom. IIII. *Lipſ.* 1711. Sect. XI. p. 480 ſeqq. L. Neocori *Bibliotheca librorum nouorum, Traiect. ad Rhen.* 1697. in 8. menſ. Jun. & Jul. p. 269. An. 1698. Mart. & April. p. 284.

Mai. & Jun. p. 445. Anno 1699. menſ. Septembr. & Octobr. pag. 625 ſqq. das *Leben* Richard Bentleys, quae adiicitur Jo. Petr. Nicerons *Nachrichten von den Begebenheiten und Schriften berühmter Gelehrten* Tom. IIII. *Halle* 1751. in 8. pag. 403 ſeqq. Jacques George de Chaufepié *Nouveau Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. II. Litt. B. p. 499. not. B. 3) Gabriae *Graeci Fabellae XLIII. ex Trimetris Iambis, praeter vltimam ex Scazonte, tetraſtichis concluſae,* graece & latine, p. 1-25. De Gabria, quem alii Babriam, alii Babrium adpellant, vid. Jo. Alb. Fabricii *Bibliotb. graec.* L. II. Cap. VIIII. pag. 397 ſeqq. 4) Homeri Βατραχομυομαχία, *hoc eſt ranarum & murium pugna* graece & latine, pag. 26-53. illi adiiciuntur p. 54. duo epigrammata graeca a) Ἐπιτάφιοι εἰς Ὅμηρον Ἀντιπάτρου σιδωνίου, b) Εἰς τὸν αὐτόν. Pagina 55. duo leguntur Marci Muſuri Cretenſis epigrammata graeca in Muſaeum. 5) Muſaei *Carmen de* Ero *&* Leandro graec. & latine, p. 56-85. Inter doctos viros diſceptatur, quis ille fuerit Muſaeus. Veriſimilis eorum eſt ſententia, qui iſtius poematis characterem, ad poetam alexandrinum recentioris aetatis, qualis Nonnus eſt, qui *Dionyſiaca* ſcripſit, accedere exiſtimant. Haec ſane ſententia eſt Heinſii, Caſauboni, Taneguidi Fabri, & Matthaei Röueri, qui Muſaei carmen, *Lugd. Batauor. apud Theodor. Haak.* 1737. in 8. mai. edidit. Iſti vero ſententiae momentum haud contemnendum accedit, quod in iſto carmine, integri reperiantur verſiculi, quos ex Nonni *Dionyſiacis* deſcripſit. Conf. Jo. Alb. Fabricii *Bibliotb. graec.* L. I. Cap. XVI. p. 105 ſqq. 6) Ἐκθέσεις κεφαλαίων παραινετικῶν, σχεδιασθεῖσαι παρὰ Ἀγαπητοῦ. διακόνου τῆς ἁγιωτάτης τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας gr. & lat. p. 86-125. Vid. de Agapeto, magnae eccleſiae conſtantinopolitanae diacono, cuius librum ab Anſelmo Bandurio, raguſino, Presbytero ac monacho benedictino, e congregatione melitenſi, inſertum deprehendimus *Imperio orientali, ſiue Antiquitatibus conſtantinopolitanis,*

tanis, quas edidit *Pariſ.* 1711. in fol. Jo. Alb. Fabricius l. cit. L. V. Cap. V. p. 570 ſqq. 7) Ἱπποκράτους ὅρκος, gr. & lat. pag. 126 - 128. Editiones huius libelli varias enumerauit Fabricius l. cit. Lib. II. Cap. XXIIII. pag. 853. 8) γαλεομυομαχία, graece tantum, p. 129 - 142. Quis carminis graecis verſibus iambicis, ad imitationem *batrachomyomachiae* homericae, conſcripti, fuerit auctor, inter doctos viros nondum conſtat. Ariſtobulus Apoſtolius, Hierodiaconus, Michaelis F. illi praefationem praemiſit graecam, quae in noſtro exemplari, p. 129. legitur. Conf. Fabricius L. II. Cap. II. p. 264. L. V. Cap. XLI. p. 222 ſqq.

XIIX.

AESOPVS graecus per Laurentium Vallenſem traductus

Ad Lectorem in perſona AESOPI Fabulatoris clariſſimi.

Linguae qui princeps latiae fuerit reparator
Si forte ignoras: me Phryge vis capies
Huic forte acceptum: quia nunc ciuitate latina
Donatus: mores te doceo facile.
Vale & puer AESOPVM dilige. in 4. folior. 8.

In fine editionis, haec leguntur typographi verba: AESOPVS *graecus per* Laurentium vallenſem *traductus finit foeliciter.* Erphordiae *impreſſus per* Wolfgangum ſchencken. *Anno* 1500. Complectitur haec fabularum collectiuncula XXXIII. tantum fabulas, nimirum editionis Jo. Hudſon, *Oxoniae* 1718. in 8. mai. 4. 159. 169. 171. 24. 26. 250. 143. 142. 34. 43. 260. 49. 5. 10. 11. 12. 14. 16. 124. 125. 126. 23. 25. 30. 32. 33. 40. 46. 47. 48. 265. 284. Has fabellas intra duorum dierum ſpatium, e graeco ſe tranſtuliſſe,

 in

in epiſtola dedicatoria, ad Arnoldum Fouelledam, affirmat Laurentius Vallenſis, his verbis: *Promiſeram nuper me tibi Coturnices: quas ipſe venatus eſſem: miſſurum. Eas capere: vt homo inſuetus venandi: quum non poſſem ad venationem meam id eſt ad litteras me conuerti: & forte ad manus venit libellus graecus ex praeda nauali tris & triginta* AESOPI *fabellas continens: Has omnes bidui labore venatus ſum: Mitto igitur ad te ſiue fabellas: ſiue mauis coturnices: quibus oblectare te poſſis ac ludere. - - Tu ſi coturnices veras quam has fabellas malis: reſcribe. Mittam namque nonmodo coturnices veras ſed etiam perdices. Vale ex vrbe* Caieta *Caleu. Maiis* 1438. Laurentii Vallae verſionem ſatis raram eſſe, ex eo coniicimus, quod Jo. Alb. Fabricius illam nunquam viderit, quod verba eius teſtantur in *Biblioth. graeca* L. II. Cap. VIIII. pag. 399. Chriſtian. Schoettgenius in *Continuat. Bibliothec.* Fabric. *med. & infim. Latinit.* L. XX. p. 790. Vallam AESOPI *fabulas XXXIII.* in linguam tranſtuliſſe latinam, quidem memorat, ſed nullam iſtius verſionis adfert editionem. In Cornelii a Beughem *incunabulis typographiae Amſtelod.* 1688. in 12. legimus haec p. 4. AESOPI *Tabulae* (Fabulae) *per* Laur. Vallum (Vallam) *latine verſae. Extant quoque, (niſi fallor) cum* Bartholomaei Coronienſis (colonienſis) *epiſtola mythelica* (mythologica) *quae vt, &* Heſiodi *Georgica Latine prodierunt Zwollis* 1499. in fol. Conf. Mich. Maittaire *Annal. typograph.* Tom. I. p. 707. Caſimir. Oudini *Commentar. de Scriptor. & ſcript. eccleſiaſticis* Tom. III. col. 2760. vbi eiusdem editionis mentionem facit & col. 2442. vbi Laurentium Vallam AESOPI *fabulas XXXIII.* latinas feciſſe ait, quae impreſſae ſint *Baſileae*, cum aliis AESOPI & aliorum fabulis latinis. Arnoldus Drakenborchius, qui omnia, quae ad Laurent. Vallam pertinent, multa ſolertia expoſuit in praefat. Tomi VII. *Hiſtoriarum* T. Liuii *patauini, Lugd. Bat.* 1746. in 4. p. 2 ſeqq. de hac AESOPI verſione nihil

plane

plane cognitum habuiſſe videtur, cum alia opera, quae in ſeceſſu caietano Laur. Valla compoſuiſſe dicitur, p. 8 ſqq. enumerauerit, illam vero omiſerit.

XVIIII.

ESOPVS leben vnd Fabeln, mit ſampt den fabeln Aniani, Adelfonſi, vnd etlichen ſchimpffreden Pogii. Darzu auszzüge ſchöner Fabeln vnd exempeln Doctors Sebaſtian Brant, alles klärlich mit ſchönen figuren vnd regiſtern auszgeſtrichen. in 4. form. minor. folior. 186.

Haec verſio raro hodie inuenitur. Auctor, vt ex praefatione patet, eſt Doctor Henricus Steinhöwel, de cuius *chronico* alio loco dicemus. Noſtram non eſſe primam editionem, ex illo coniicimus, quod Henricus Steinhöwel, iam anno 1531. nondum in viuis fuit, haec vero editio, vt verba in fine poſita *Gedruckt zu* Friburg *im* Briszgaw *durch* Stephann Graff *Im Jar M.D. LV.* (1555) multis annis ſit recentior. Nos primam eſſe putamus, quae titulo: AESOPVS *der hochberüpmt Fabeltichter*, *Auguſtae Vindelicor.* 1487. in 4. in lucem prodiit, circa ea nimirum tempora Henricus Steinhöwel inclaruit. Figurae, cuilibet fabulae adpoſitae, ligno haud ſatis eleganter ſunt inciſae. Innumerabilibus praeterea iſta collectio fabularum obſcoenitatibus & inconditis narrationibus referta eſt, quae ſeculi iſtius genium ſatis ſuperque produnt. Praemittuntur fabulis praefatio; disquiſitio *was ein Fabel genannt ſeye; ein Regiſter der ſchoenen leren, ſo aus diſen Fabeln genommen werden nach Ordnung des Alphabets zuſammengeſetzt.* Iſte index per locos communes diſpoſitus eſt. *ein ander regiſter, anzeigend an welchem blad man jede Fabel finde.* Praefatio, quae paullo breuior eſt, nonnulla continet, quae

 ad

ad librum adcurate cognoſcendum faciunt, ideoque integram hic adiicimus: *Hernach findeſtu, gütiger leſer, das leben des hochberümpten Fabelstichters* ESOPI *ausz kriechiſcher zungen in latein durch* Rimitium *gemacht, an den hochwirdigen vatter, herren* Antonium *des tytels* Sancti Criſogoni, *prieſtern, cardinaln, vnd furbas daſselb leben* ESOPI *mit ſeinen fabeln, die etwan* Romulus *von* Athenis *ſeinem ſun* Tyberino *ausz kriechiſcher Zungen in latein gebracht hat, geſendet mit meer etlichen fabeln* Aniani, Doligani, Adelfonſi, *vnd ſchimpffreden* Pogii, *vnd anderer jetliche mit jren titeln oben verzeichnet, ausz latein von* Doctor Henrico Steinhöwel *ſchlecht vnd verſtendtlichen geteutſchet, nit wort vsz wort, ſonder ſynn ausz ſynn, vmb merer lüterung wegen des textes, offt mit wenig zugelegten, oder abgebrochnen worten gezogen. Zulob vnd zueren dem durchleuchtigſten Fürſten vnd Herren, herr* Sigmunden *Hertzogen zu* öſterreich, *etlich ergetzlicheit darausz zu empfahen, die auch nützlich iſt, wä ſie verſtendtlich werden geleſen, nach der lere* ſancti Baſilii, *das der leſer dieſes Biechlins verſtentnus habe der binen gegen den blumen die der vſsern Farben nit acht haben ſonder ſuchent ſie die ſieſsickeit des honigs, vnd den nutz des wachs zu irem bauw, das nement ſie hindan vnd laſsen das überig theil der blumen vngeletzt. Alſo wer das biechlin leſen wil, der ſol die farb der blumen, das iſt, die märlin oder fabeln nit groſz achten, ſonder die guten lere darinn begriffen, zu guten ſitten vnd tugenden zu lernen, vnd böſe ding zuuermeiden, vszſugen vnd an ſich nemen zu narung vnd ſpeisz des gemüts vnd des leibs. Dann welche das nit thund, ſonder dis blechlin* (biechlin) *allein von der märlin wegen leſent, bringent nit mer davon dann der han von dem edlen geſtein, der lieber ein gerſtenkörnlin funden het, als die erſt fabel* ESOPI *leret. Hie würt auch allein die gemein auszlegung nach ſchlechtem teutſch vngereimet geſetzt, nit wie ſie vor in teutſchen reimen geſetzt ſind, vmb vil zugelegte wort*

wort zu meiden, vnd auff das nechſt bey dem text (wie oben ſtat) zubleiben. Ille qui in praefatione Rimitius adpellatur, Rynucius Theſſalus eſt, cuius ſupra fecimus mentionem. Verſio eius latina, vitae & fabularum Aeſopi, in variis linguis ſaepe edita fuit, vid. Chriſt. Schoetgenii *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & infim. Latinit.* L. XVII. p. 262. Fabulae quae hic Auiano, in aliis editionibus latinis Rufo Feſto Auieno, poetae ſeculi IIII. haud incelebri, tribuuntur, in latina lingua verſibus elegiacis conſcriptae ſunt, & vt Henricus Cannegieter, qui eas, *cum commentariis ſelectis* Albini *ſcholiaſtae veteris, notisque integris* Iſaac. Nicolai Neueleti *&* Caſp. Barthii, *quibus animaduerſiones ſuas adiecit, cum diſſertatione de aetate & ſtilo* Auiani, in lucem emiſit *Amſtelodam.* 1731. in 8. pp. 324. opinatur, Flauium Auianum, qui ſub Antonino pio, &, qui eum ſequuntur Imperatoribus, inclaruit, auctorem habent. Quis Doliganus, cuius in praefatione fit mentio, fuerit, nos ignorare fatemur. Adelphonſum vero eumdem eſſe crediderimus, quem Polycarp. Leyſerus in *Hiſtoria poetarum & poematum medii aeui*, *Hal.* 1721. in 8. Adolphum nominat, qui carmine elegiaco incomto fabulas quasdam conſcripſit, quas is ex codice guelferbytano MS. p. 2007-2036. inſeruit. Illum vero initio Seculi XIIII. has compoſuiſſe fabulas, patet ex verſibus quinque poſtremis, apud Leyſerum l. c. p. 2036.

Annis millenis elapſis, tri quoque centenis
Nec non quindenis, Adolphus *fecit egenis.*
Ne merces domini detur, huic eius bona fini
Et poſt hanc metam det ei ſedem bene laetam,
Jugeque ſolamen: Nunc dicat quilibet Amen.

Fabula Adolphi I. in noſtra verſione fol. reperitur 103 ſqq. fabul. II. omiſſa eſt, fab. III. extat fol. 104. fab. IIII. fol. 105. fab. V fol. 102. Reliquae fabulae, quae apud Leyſerum leguntur, in noſtra verſione non comparent. Eae quae Poggio tribuuntur narra-

 tiones,

tiones, ex eius Facetiis deſumtae ſunt. Fabulae Sebaſtiani Brandi ſecundam libri noſtri partem conſtituunt, quae hac ratione inchoatur: *Diſen Andern teil diſz buchs hat zuſamen geſatzt der hochgelert Doctor* Sebaſtianus Brand *ſeinem ſün* Onophrio, *das er lerne leben in gutten sitten, vnd warneme vetterlicher lere, ſo er im vszzogen hat vsz vil ſchönen fabeln, bispilen, geſchichten, vnd weiſer menschen lere. Vnd ſind diſe fabeln oder bispil, lieblicher vnd angenemer zu leſen dann die andern.* Si coniecturae locus fuerit, iſtas fabulas ex eo libro Sebaſtiani Brandi deſumtas eſſe dixerimus, quem titulo *Facetus ex latino germanice* in 4. adduxit Chriſtian. Schoettgenius in *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & infim. Lat.* L. XIIX. p. 432. Habemus huius fabularum collectionis editionem recentiorem, hoc titulo inſignitam: ESOPVS *Teutſch, Das iſt: Das gantze Leben vnd Fabeln* ESOPI, *mit ſampt den Fabeln* Aniani, Adelphonſi *vnd etlichen Schimpffreden* Pogii, *darzu Auszzüge ſchöner Fabeln vnd Exempeln Doctors* Sebaſtian Brand, *alles klärlich vnnd nützlich zusammen getragen, jetzund aber von newen vollkömmlicher, zu Truck verfertiget, vnd mit ſchönen Figuren gezieret. Getruckt zu* Franckfort am Mayn, *durch* Wolffgang Richtern, *In Verlegung* Nicolai Baſſaei *ſaemptlichen Erben* 1608. in 8. pp. 332. ſi praemiſſa & indicem exceperis. Eadem heic, quae in priore reperitur praefatio, vna cum disquiſitione de fabula. Fabularum vero ordo immutatus fuit. Genus etiam dicendi antiquioris editionis, incomtum & horridum, aliqua ex parte, emendatum fuit. Figurae praeterea ligno inciſae, multo elegantiores effictae ſunt.

XX. Fa-

Google

XX.

Fabularum que hoc libro continentur interpretes atque authores ſunt hi. Guilielmus Goudanus. Hadrianus Barlandus. Eraſmus Roterodamus. Aulus Gellius. Angelus Politianus. Petrus Crinitus. Joannes Antonius Campanus. Plinius Secundus Nouocomenſis. Nicolaus Gerbellius Phorcen. Aeſopi vita ex Max. Planude excerpta & aucta. in 4. folior. 35.

Haec fabularum collectio paucis viſa, ipſique Michaeli Maittaire, & Joan. Henr. Leichio incognita, *Lipſiae* litteris romanis, *in aedibus* Valentini Schumann *Anno domini Milleſimo quingenteſimo decimo ſeptimo* (1517) impreſſa fuit. Inuenitur in illa 1) AESOPI *vita breuiſſime*, *ex* Maximo Planude. 2) Excerptum *ex* Philoſtrati *imaginibus*. 3) Martini Dorpii, *ad* Joannem Leupe, Jacobum Papam, *&* Joannem Niniuitam, *eruditiſſimos in* Flandria *ludimagiſtros*, epiſtola, ſcripta *Louanii ex nominatiſſimo lilianorum gymnaſio ad X. Kal. Decembr.* in qua, ſe collectionis editorem, adiuuante Nicolao Buſcoducenſi, profitetur, quae nos in eam inducunt ſententiam, vt credamus, hanc collectionem prima vice in Belgio & forte Louanii, excuſam eſſe. Conf. de Martino Dorpio, viro candido, & erudito Theologo louanienſi, quem an. 1525. in flore aetatis defunctum Eraſmus roterodamus egregio ornauit epitaphio, Valerii Andreae *Bibliotheca belgica, Louan.* 1643. in 4. p. 648. Jo. Franc. Foppens *Bibliotheca belgica, Bruxell.* 1739. in 4. pag. 852 ſeqq. Anton. Poſſeuini *Apparat. ſacer* Tom. II. p. 406. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. latinit.* L. IIII. p. 185 ſeqq. Jean le Clerc *Bibliotheque Choiſie* Tom. V. *Amſterd.* 1716. in 12. pag. 210 ſeqq. & p. 241. vbi controuerſiae in primis mentio facta eſt, quae illi cum Eraſmo, ob *Moriae encomium*

comium interceſſit. Vid. quoque Viri S. R. Sigm. Jac. Baumgartens *Nachrichten von merkwürdigen Büchern* Tom. I. *Hal.* 1752. in 8. p. 544 ſqq. 4) Guilielmi *canonici diui* Aurelii Auguſtini, *ad* Florentium Baronem Iſelſteynium *epiſtola*, qua fabulas Aeſopi, ex oratione ligata, in ſolutam conuerſas illi dedicat. Conf. de Guilielmo, ſiue Guiliermo Hermanno. Gaudenſi, Gerard. Jo. Voſſius *de Hiſtoric. latin.* L. III. p. 647. edit. Lugd. Bat. 1651. in 4. Jo. Alb. Fabricius L. VII. *Bibliothec. med. & infim. Latinit.* pag. 435. Henricus Cannegieter in *diſſert. de aetate & ſtilo* Fl. Auiani, editioni *fabularum Auiani Amſtelod.* 1731. in 8. adiecta, Cap. XVI. p. 290 ſeqq. vbi aetatem Guilielm. Hermanni, omnium optime ex Florentio Barone Iſelſteinio, cui dedicauit ſuas fabulas Guilielmus dignoſcendam eſſe adſerit, & Florentium hunc, eum eſſe ſuſpicatur, qui ſequutus eſt partes Archiducis Philippi, aduerſus Carolum Egmondanum Gelriae ducem. Guilielmum, Eraſmi roterodami in monaſterio ſteinenſi prope Goudam, fuiſſe commilitonem, & poſtea amicum, quem maxime dilexit, patet inprimis ex Guielermi Hermanni Gaudenſis, *Sylua odarum*, quam Eraſmus *Paris. opera atque impenſa* Guidon. Mercatoris 1497. in 4. edidit. Recenſionem vide in Sigm. Jac. Baumgartens l. cit. p. 546 ſqq. De Guil. Hermanno conf. Jo. Franc. Foppens *Bibliotb. belgic.* p. 407. 5) Petri Egidii *antuerpiani Endecaſyllabon ad Lectores.* 6) Guilielmi Goudani *fabulae aeſopicae* XLV. 7) Aeſopi *fabulae XXII.* Hadriano Barlando *interprete*, de quo vid. Niceron *memoires* Tom. XLI. pag. 245 ſeqq. 8) *Apologus ex* Mantuano *traductus.* 9) *Fabulae XIII.* M. Petro Scoto *viro ornatiſſimo, eidemque humaniſſimo ſcriptae a* Barlando. 10) Auiani *fabulae IIII.* H. Barlando *interprete.* 11) *Fabulae* Auiani *XXXIIX.* Guilielmo Hermanno, *diui* Auguſtini *ordinis canonico interprete, mutatae.* Fallitur, Henr. Cannegieter, qui l. cit. has fabulas primum *Lipſiae* 1530. editas eſſe exiſtimauit. 12) *Apologi IIX.* *ex*

ex Chiliadibus adagiorum Eraſmi *deſcripti*, *ad communem puerorum fructum.* 13) *de Satyro & ruſtico* Aniani *fabula*, Eraſmo *interprete.* Qui illam ſequuntur apologi, ex variis & optimis auctoribus, *ab eo collecti* dicuntur, *qui emendandis iis fabulis praefectus fuerit, vt a pueris quoque legerentur, quibus nunquam eſt bene inſtructa atque copioſa bibliotheca.* Sunt vero 14) *Ex ſecundo noctium atticarum* Gellii apologus, Eſopi *phrygis, memoratu non inutilis.* 15) *Fabella ex Lamia* Politiani *deſumpta.* 16) *Apologus ex ſecundo libro* Petri Criniti *de honeſta diſciplina deſumptus.* 17) *Fabella de coruo & lupis.* *Ex* Jo. Anton. Campano *deſumpta.* 18) *Altera de partu terrae, ex eodem.* 19) *Apologus de membris & ventre ex* Plinio (Liuio) *deſumptus.* 20) *de Arione & Delphino fabula elegantiſſima ex Lib. XVI.* Gellii. 21) Nicolai Gerbellii *phorcenſis Apologus lepidiſſimus de aranea & podagra.* Et haec ſunt, quae in collectione reperiuntur. Niceron Tom. XLI. des *Memoires pour ſerv. à l'hiſtoire des hom. illuſtr. dans la republ. des lettr.* p. 252. editionem illius antiquiorem *Argentinenſ.* 1515. in 4. Jo. Alb. Fabricius vero L. II. Cap. VIIII. *Biblioth. graec.* p. 404. recentiorem *lipſienſem* 1532. adducit. Sine dubio eadem collectio eſt, quae teſte Cl. David. Clement Tom. I. de la *Bibliotheque curieuſe hiſtorique & critique* pag. 70. *ex officina* Roberti Stephani, *Paris.* 1529. in 8. prodiit. Conf. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. p. 724.

XXI.

Clariſſimi iurisconſulti dni. ANTONII DE BVTRIO conſilia. in fol. form. maior. folior. 32. ſi tabula praemiſſa folior. 3. excepta fuerit.

Complectitur editio, quae Michaeli Maittaire incognita fuit, *conſilia LXXXIII.* quibus in fine haec adſcri-

adſcripta ſunt verba: *Finis conſiliorum eximii vtriusque doctoris domini* ANTONII DE BVTRIO *Impreſſorum* uenetiis *per* Dionyſium de Berthochis Bononienſem *M. CCCC. LXXXXIII.* (1493) *die XXVIIII. Nouembris.* Vix in omni hiſtoria iuris, ſi hunc exceperis ANTONIVM, reperietur exemplum Jureconſulti, & quod magis mirabile dictu eſt, cauſſarum patroni, qui vnanimi ſcriptorum conſenſu, viri, aequitate animi, & morum ſanctimonia conſpicui, tulerit elogium. Ita enim, vt alios omittamus ſcriptores, Guidus Panzirolus *de claris legum interpretibus* L. III. Cap. XXVII. p. 347. edit. Hofman. eum ornauit hoc elogio: *Nullus ex iurium profeſſoribus, aut vitae ſanctitate, aut morum grauitate* ANTONIVM A BVTRIO *ſuperaſſe creditus eſt, qui cum ex temporali ſtudio parum meditate ſemel contra Juris praecepta reſpondiſſet, cognito errore, velut aliquid reſponſo additurus, conſulentem reuocauit, ac reſtituto honorario, hominem ad tranſigendum cohortatus, mirabundum dimiſit;* & Joan. Baptiſta de Gazalupis, illum in *ſuccincta hiſtoria interpretum & gloſſatorum iuris* p. 507. edit. Hofm. *virum excellentem & ſanctae vitae, & doctorem* nominat, *omni veneratione dignum.* Floruit Seculo XIIII. ad finem vergente, iusque pontificium primum Bononiae, deinde eo potiſſimum tempore Ferrariae docuit, quo Theodorus Gaza, ab Alberto II. Atteſtino, gymnaſio fuerat praefectus. Cum vero multa Ferrariae obuenirent, quae illi diſplicerent, Bononiam rediit. Teſtatur id, *epiſtola* eius, quae fol. XXII. in calce *Conſilii XLVII.* legitur, vbi ad *patrem & compatrem* inter alia haec ſcribit: - - *nouiſſima autem litterarum noſtrarum pericula ortatus ſum, vt patriam petam, ac ſi me patria indigeat, plus ego illa, quam illa me indigeo, in illa clarus, hic degener, in illa montes clariſſimos frondesque virentes, in hoc valles, nubes, paludes, nebulesque turbulentas conſpicio, Illic cantus dulcis animus, hic cornices garriunt cum grauiſſimo ranarum ſtrepitu continen-*

tinentes illic religionis decus probatiſſimique viri ſpirituales. bic omnis luxus & voluptas. nec vnum quidem obſeruantie monaſteriam reperitur. non vero hic me traxit arbitrium & voluntas. ſed neceſſitas ineſt & patrie ſtatus. nunc pater ceſſat hoc mater noſtra ſancta eccleſia. que tam paratamque patriam reddidit. crucem recepimus loco ſerpentis redire nempe deſidero in fine anni huius ad ſtudii exordia preſens adero domino dante. Laus deo. Valete mi pater & compater. Ferrarie *die XXV. Aprilis.* Cognomen BVTRII ſeu DE BVTRIO, e conſuetudine eorum temporum, a patria, caſtello, inter Bononiam & Ferrariam ſito, adeptus eſt. E ſchola illius Jureconſulti celeberrimi, Petrus de Imola, Matthaeus Matteſilanus, Dominicus a S. Geminiano, Nicolaus Tudeſchius, qui poſtea ſub Abbatis panormitani, & Nicolai ſiculi nomine inclaruit, aliique plures prodierunt. Quo tempore diem obierit ſupremum, inter ſcriptores nondum conſtat. Peruulgata eſt opinio eum an. 1408. mortuum eſſe. Iſtum enim annum illi fuiſſe emortualem produnt Guidus Panzirolus l. cit. pag. 348. Jo. Fichardus in *vitis Ictor. recentiorum* p. 420. edit. Hofman. Valentin. Forſterus in *vitis Ictor.* III. 31. Henric. Wharton in *Append. ad* Guil. Caue *Hiſtor. litterar. ſcriptor. eccleſiaſticor.* p. 72. Jo. Albert. Fabricius in *Biblioth. med. & infim. Lat.* L. I. p. 325. Natalis Alexander in *Hiſtor. eccleſ.* Seculi XV. Cap. IIII. Artic. V. Tom. IIX. *Paris* 1699. in fol. p. 177. Confirmare videntur ſuam ſententiam epitaphio, quod in periſtylio monaſterio Oliuetanorum bononienſium S. Michaelis a Nemore (*S. Michele in Boſco*) extare ſcribunt:

Qui legum ante alios interpres vixit acutus
Scaeuola *pro iuris cognitione nouus*
Et canonum Princeps, nulli pietate ſecundus
Traiano, *& compar pietate fuit.*
Conſilio aequauit magnum, & grauitate Catonem
ANTONIVS BVTRIVS *quanta ſepulchra colit.*
M. CCCC. VIIII. XIII. Octobr.

Eadem

Eadem in ſententia fuiſſe videtur Catellianus Cotta in *Recenſione Juris interpretum & Doctor.* pag. 527. ed. Hofm. vbi ſcribit: *hic* (ANTON. DE BVTRIO) *legatus miſſus eſt a* Gregorio XII. *ad Regem* Franciae, *propter ſchiſma* Benedicti: *eoque anno mortuus, optatum finem illius ſchiſmatis non vidit.* Gregorii enim XII. legati anno 1408. Lutetiam Pariſiorum veniſſe, praeter alios teſtatur P. Daniel Tom. III. de *l'Hiſtoire de France* p. 795 ſqq. edit. *Amſterd.* 1720. in 4. Sed contradixit illis, Marcus Mantua Benauidius in *Epitome viror. illuſtrium* p. 437. vbi ait: *floruit anno domini (aliter ſe decepit.* Jo. Fichardus *in eiusd. vita*) 1417. *legit* Bononiae *vbi etiam ſepultus eſt in Eccleſia* S. Michaelis in nemore, *in monachorum clauſtro, egoque eius tumulum vidi, & epitaphium legi anno* 1548. *vna cum* Alexandrino *Collega illuc profecti, ſolacii gratia, & vt non amplius viſam vrbem, tam vetuſtam nobilem & claram ſpectaremus.* Eamdem fouent ſententiam Jo. Trithemius *de Scriptor. eccleſ.* Cap. DCCXXXIIII. p. 170. Antonius Poſſeuinus in *Apparat. ſacr.* Tom. I. p. 102. Nos eo lubentius eorum ſubſcribimus ſententiae propterea quod in noſtra editione fol. IIII. *Conſilium* IIX. *An pater poſſit renunciare vſufructui quem habet in bonis filie ad finem vt ipſa donet alteri cauſa mortis ſi ex illa renunciatione preiudicetur creditoribus patris quibus aſſignata fuerunt bona illorum.* annum prae ſe fert M. CCCC. XII. (1412). Conf. de ANTONIO DE BVTRIO Joſiae Simleri *Bibliotheca* p. 48. *Opera* eius omnia, plus vice ſimplici in lucem edita fuere. Jo. Alb. Fabricius l. cit. editionem memorat *Venet.* 1532. & Anton. Poſſeuinus l. cit. ANTONIVM E BVTRIO *ſaepe alibi fuiſſe excuſum, anno denique* 1578. *elegantibus typis Venetiis apud Juntas recuſum eſſe,* ſcribit. Conf. *Catalog. Bibliothecae tellerianae* p. 149.

XXII.

XXII.

Nouella JOANNIS AN. (ANDREAE) ſuper ſexto decreta. in fol. form. maior. folior. 160.

Codex litteris gothicis impreſſus, in fine haec adpoſita habet verba: *Opus auree Nouelle peritiſſimi viri* JOAN. AN. *ſuper ſexto Decre. feliciter finit. Impreſſum* Venetiis *a* Philippo Pincio Mantuano. *Anno domini. M. CCCC. XCIX.* (1499) *die primo Martii.* JOANNES ANDREAE bononienſis, Jureconſultus ſuae aetatis celeberrimus, patre Andrea presbytero, & matre concubina, nomine Nouella, Mugelli, in agri florentini oppido, prognatus fuerat. In matris autem ſuae honorem, nonſolum filiarum alteri, quam cum vxore Milancia genuerat, nomen Nouellae impoſuit, ſed etiam poſtea in matris & filiae memoriam, *commentario, in ſextum Decretalium*, a Bonifacio IIX. compilatum, *Nouellae* titulum praemiſit. Ea nos docet Guid. Panzirolus L. III. *de clar. leg. interpret.* Cap. XVIIII. p. 337. & P. Baile dans le *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. I. p. 227. vbi ex libro gallico, qui inſcribitur *la Cité des Dames de* Chriſtine de Piſe, *à Paris* 1536. impreſſo, id ipſum refert. Verba, quae in hoc libro, imperante Carolo VI. rege Galliae, compoſito P. II. Cap. 36. leguntur, haec ſunt: *Pareillement à parler de plus nouveaux temps, ſans querre les anciennes Hiſtoires,* JOHAN ANDRY *ſolemnel Legiſte à* Boulogne *la Graſſe, n'a mie ſoixante ans, n'eſtoit pas d'opinion que mal fuſt que femmes fuſſent lettrées. Quand à ſa belle & bonne fille, que il tant ama, qui ot nom* Nouvelle, *fit apprendre lettres, & ſi avant és lois, que quand il eſtoit occupé d'aucune eſſoine, parquoi il ne pouvoit vacquer à lire les leçons à ſes eſcholiers, il envoyoit* Nouvelle *ſa fille en ſon lieu lire aux eſcholes en chayere; & afin que la biauté d'elle n'empeſcheaſt la penſée des oyans,*

elle avoit une petite courtine au devant d'elle: & par celle maniere ſuppleoit & allegeoit aucunes fois les occupations de ſon pere, lequel l'ama tant, que pour mettre le nom d'elle en memoire, fit une notable lecture d'un livre de lois que il nomma du nom de ſa fille la Nouvelle. Conf. Mr. Baile l. cit. not. (c).

XXIII.

Mercuriale JOANNIS ANDREE in fol. form. maior. folior. 84.

Et hic liber charactere gothico exſcriptus eſt. Cauſſa, ob quam *Mercurialis* titulo inſignitur, haec in fine adlata fuit: *Expletum eſt aureum commentum d.* JO. AND. *ſuper regulis iuris, quod nuncupatur Mercurialis eo quia ipſe auctor die mercurii inſudabat & vigilabat ad ipſum commentum explicandum quod merito aureum nuncupari poteſt. quia litteris aureis mereretur imprimi. Quodque impreſſum fuit* Venetiis *per* Bernardinum ſtagnin de Tridino de Monteferrato. *M. CCCC. XCIX.* (1499) *die VIII. Auguſti.* Sunt qui aliam huius rei citant cauſſam, quia nimirum huic libro inſeruerit *quaeſtiones, die Mercurii diſputatas.* Vid. Guid. Panzirolus *de claris legum interpretibus* l. c. pag. 337. P. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 227. not. (F). *Commentarium* autem hoc opus ob oculos ponit, *in regulas ſexti decretalium libri.* Auctores, qui vitam JOANNIS ANDREAE expoſuere, adduximus in *Analectis litterariis* p. 1124. Omnes fere vitae auſteritatem commemorant & continentiam, qua illum prae ceteris hominibus tam conſpicuum fuiſſe ferunt, vt etiam *annos XX. pelle tectus vrſina, citra lecti delicias, noctibus cubitaret, & frequentibus ieiuniis, ſuppliciisque inuigilans, aetatis ſuae extaret conſummatiſſimus.* Vid. Catelliani Cottae Tract. *de Jurisperitis* pag. 523. edit. Hofman. Jo.

Baptiſt.

Baptiſt. de Cazalupis *Hiſtoria interpret. & gloſſator. iuris* pag. 505. Sed plurimum eorum fidei derogat narratio, quam Bernardi de la Monnoye verbis retulit P. Baile l. cit. p. 226. not. (B). Filium, quem habuit, naturalem Banicontium, ex iſto adulterio prognatum eſſe, P. Baile l. cit. non ſine ratione ſuſpicari videtur. Conf. Jacques Lenfant *Poggiana, ou la Vie, le Caractere, les ſentences, & les bons mots de* Pogge Florentin, *à Amſterd.* 1720. in 12. Tom. I. pag. 243. & Giovambatiſta Recanati *Oſſervazioni critiche & apologetiche ſopra il libro del Sigr.* Jacopo Lenfant *intitolato* Poggiana. *In Venez.* 1721. in 8. p. 219.

XXIIII.

Incipit Concordantia ſiue Ambidexterium *famoſiſſimi iurisdoctoris* JOHANNIS CALDERINI. biblie videlicet & iuris canonici. ſcienciarum omni dilectori neceſſaria. theologo videlicet & iurisdoctori, colligere volentibus & omni in iure ſtudenti, ſimiliter & vnicuique predicanti. que omnia fere tangit textualia ac nomina propria, que brixienſis. Martinus & plures alii & idem JOHANNES CALDERINI in ſuis repertoriis ſilent. Preſtat igitur materiam dictandi ſimul & variam autoritatem loquendi. a dextris & a ſiniſtris. in fol. form. minor. folior. 90.

Hac ratione inchoatur liber, inſcitiae & barbariei teſtis, litteris gothicis impreſſus, qui, nulla facta anni mentione, in lucem exiit. Per ordinem alphabeti diſpoſitus, multisque & lectu difficillimis ſcribendi compendiis refertus eſt. In fine haec leguntur verba: *Finit feliciter precioſiſſima tabula* JOHANNIS CALDERINI *Juris canonici doctoris famoſiſſimi quae & ambi-*

ambidexterium non incongrue baptiſatur multo labore iugique vigilantia correctum. Nam inter mille vix vnum reperitur correctum. nam aliud interciſum. aliud accurtatum. aliud transpoſitum aliud mendoſum mille vicibus ſuis in remiſſionibus inuenitur. Sicut & illud quod nuper circa partes reni conſtat eſſe impreſſum. quod mille & mille caret remiſſionibus. licet protelętur in multis paſſibus allegationum. Quod etiam vt eſſet mendoſum luculentius pretendit in fronte illud Jere I. A. a. a. dñe neſcio loqui &c. quod potius locari debuit in dictione loqui. quod principaliter huiusmodi ſnam concernit. Cuius indubie corrector extitit qui ſono pſsus (quae ſcribendi compendia *correctorem*, ni fallimur, *graui ſomno oppreſſum* indicant) *ſi ſaltem correctorem habuit.* Librum emendatum a Thoma Dorimbergio, ſiue Dornibergio, Memmingo, ſpirenſis ciuitatis conſule, *Spirae* excuſum eſſe, a Petro Drach an. 1481. praeter Joſiam Simlerum in *Bibliotheca* p. 350. Anton. Poſſeuinum in *Apparat. ſacr.* Tom. II. p. 127. Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infim. Lat.* L. III. p. 884. Michael. Maittaire in *Annal. typogr.* Tom. I. p. 417. memorant. JOANNES CALDERINUS, ſiue vt ab aliis vocatur, CALDERINI, ſeu DE CALDERINIS, bononienſis, Jureconſultus celeberrimus ſeculo XIIII. inclaruit. Ob vitae integritatem, morumque caſtitatem & elegantiam, adeo gratus fuiſſe dicitur Joanni Andreae Jcto, vt ab illo, nonſolum filius adoptatus, ſed collocata in matrimonium filia Nouella, gener adſcitus fuerit. Cum veterum ritu pugnare hoc matrimonium contendit P. Baile dans le *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. I. pag. 227. not. (E) & Imperatoris Claudii ſententiam ſuam confirmat exemplo, qui, vt Leuinus Torrentius ex Xiphilino & Zonara, ad Suetonii *Claud.* Cap. XXXV. refert, Octauiam, antequam Neroni traderet, ne ſororem is ſuam ducere videretur, cum Claudii filius eſſet adoptiuus, in aliam familiam adoptandam dedit. In eam igitur inductus fuit ſententiam P. Baile,

vt

vt CALDERINVM non per adoptionem, ſed per Novellae tantummodo matrimonium, Andreae filium ſeu generum factum eſſe ſibi perſuaderet, *peut-être ne faut-il entendre autre choſe par l'adoption de* CALDERIN, *ſi ce n'eſt que* Jean André *le fit ſon gendre.* Nouellam vxorem, inter doctas feminas locum obtinere, gallicae auctoris, Chriſtinae de Piſis teſtimonio, iam ſupra comprobauimus. Idem teſtatur Guid. Panzirolus *de claris Legum interpretib.* L. III. Cap. XXI. pag. 340. vbi de IO. CALDERINO refert, quod coniugem velut eruditis parentibus ortam, prudentem nactus, ſaepe ob ſapientiam, conſulere conſueverit. *Inter alia,* inquit, *ſemel interrogauit illam, an conuiuator hora prandii, ad conuiuas mittere teneatur, vt veniant, illa non minus facete quam ſcite reſpondit, ad feminas & peregrinos, qui non facile ſe ingerunt, mittendum eſſe, ad alios vero non niſi eſſent graues perſonae.* Qua ratione a Matagoni de Matagonibus, ſiue Franciſco Hottomanno in *Monitoriali aduerſus Italogalliam* Antonii Matharelli, hoc Nouellae reſponſum, in ludibrium conuerſum fuerit, vid. ap. P. Baile l. cit. qui inter alia ait: *s'il faut juger des autres matieres, ſur leſquelles* CALDERIN *recouroit à cet oracle domeſtique, s'il en faut, dis-je, juger par celle, nous n'y verrons rien qui reponde à l'idée que* Chriſtine de Piſe *nous a donné de* Nouella: *il n'y a gueres de femme, qui ne puiſſe paſſer, pour auſſi habile que celle-là.* Conf. de IOANNE CALDERINO, Jo. Fichardi *Vitae Ictorum recentior.* p. 411. Marci Mantuae Benauidii *Epitome viror. illuſtr.* pag. 459. Jo. Baptiſt. de Gazalupis *hiſtoria interpretum & gloſſatorum iuris* p. 506. Joſ. Simleri *Bibliothec.* l. cit. Anton. Poſſeuini *Apparat. ſac.* l. cit. Jo. Trithemii *de Scriptor. eccleſ.* Cap. DLXXXIII. p. 140. Henric. Wharton. *Adpendix ad* Guil. Caue *Hiſtor. litter. Scriptor. eccleſ.* p. 55. Jo. Alb. Fabricii *Bibliotheca med. & infim. Lat.* l. cit. P. Baile l. cit. & Tom. I. p. 719. die *Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu Dreszden*

Tom. I. p. 544. Conf. Tom. III. p. 164. Hic ſilentio praeterire non poſſumus parachroniſmum, qui reperitur in *lexico eruditorum* Tom. I. col. 1560. vbi JO. CALDERINO Ict̃o. bononienſi tribuuntur *Diſcorſi di Regoli delle ſtato di* Giov. Botero. JOAN. enim CALDERINVS, vti iam diximus, medio Seculo XIIII. floruit, Joannes vero Boterus anno demum 1608. mortuus eſt, & librum ſuum *della ragione di ſtato*, prima vice in lucem emiſit *Venet.* 1589. in 4. Ille Calderini, qui contra Joannis Boteri librum, calamum ſtrinxit, & *Diſcorſi ſopra la ragion di ſtato di* Giov. Botero *in Milano* 1597. & 1609. in 8. euulgavit non JOANNES ſed Apollinaris (*Apolinare*) Calderini dictus, & ex vrbe Rauenna oriundus fuit. Vid. Niceron *Memoires* Tom. XXIIII. p. 309. Elogium illius Celſus de Roſinis, Caeſenas, in *Lyceo lateranenſi*, ſcripſit.

XXV.

SASTERII, *Epiſcopi Amaſeae*, Homiliae Graece & Latine nunc primum editae Philippo Rubenio interprete. Eiusdem Rubenii carmina, orationes & epiſtolae ſelectiores: itemque Amicorum in vita functum pietas. *Antuerpiae ex officina Plantiniana apud Viduam & Filios Joannis Moreti* 1615. in 4. pp. 284. ſi praemiſſa exceperis.

Etiamſi in Belgio prodiit haec editio, raro tamen, in ea regione, illam inueniri, nota nos docet marginalis, a Joan. Georg. Graeuio, *Bibliothecae heinſianae* p. 22. adſcripta. Non ipſe Philippus Rubenius editionem curauit, ſed illo iam mortuo, iſtius in ſe ſuſcepit curam Joannes Brantius ſenatui antuerpienſi ab Actis. Cum Philip. Rubenius Romae verſaretur, & Aſcanio Cardinali Columnae ab epiſtolis & bibliotheca

theca eſſet, codicem in iſta bibliotheca inuenit, qui quinque ASTERII *homilias*, nimirum 1) εἰς τὸν πλούσιον καὶ εἰς τὸν Λάζαρον. 2) εἰς τὸν Οἰκονόμον τῆς ἀδικίας. 3) κατὰ πλεονεξίας λόγον. 4) λόγον κατηγορικὸν τῆς ἑορτῆς τῶν Καλάνδων. 5) Εἰ ἔξεστιν ἀνθρώπῳ ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα αὐτοῦ κατὰ πᾶσαν αἰτίαν, nondum editas, complectebatur, ſecum in Belgium Roma adtulit, & latina donauit ciuitate. Jo. Brantius editionem conſecrauit Conſulibus, Senatui, populoque antuerpienſi, quoniam ipſe Phil. Rubenius, has lucubrationes ſuas, illis, ſi vita ſuppeditaſſet, conſecrare deſtinauerat. In praefatione ad Lectorem, nonnulla de duobus ASTERIIS, altero arrianae ſectae addicto, altero Amaſeae Epiſcopo, eiusque *homiliis* diſſerit. Illam ſequitur Laurentii Beyerlinck Canonici antuerpienſis, & librorum Cenſoris, *ad* Phil. Rubenium *Hendecaſyllabon*. ASTERII *homilias* p. 77. excipiunt Philip. Rubenii S. P. Q. A. a ſecretis, *carmina ſelectiora, e tenebris & ſchedis eius eruta.* Praefationem praemiſit Jo. Brantius. Poſt illa p. 129. lectorum oculis ſe offert *Amicorum in* Philip. Rubenium, *vita functum, pietas, ſoluta & ligata oratione expreſſa.* Complectitur 1) *Vitam* Phil. Rubenii J. C. S. P. Q. Antuerp. a Secretis, *Scriptore* Jo. Brantio eidem S. P. Q. ab Actis. Praemittitur Rubenii caput, monumento ſepulcrali impoſitum, mira arte, miroque nitore, a Cornelio Gallaeo, aere expreſſum. b) Joannis Wouerii antuerpienſis, *de conſolatione, ad* Petr. Paullum Rubenium *Libr.* c) Laurentii Beyerlinck, Juſti Rycquii, gandenſis, Ludodouici Nonii, Franciſci Sweertii, F. antuerpienſ. Bernardi Bauhuſii, e Soc. Jeſu D. B. Ezandi Santheni, Balthaſ. Moreti, *carmina*, quibus manibus Phil. Rubenii parentarunt, partim ad Jo. Brantium, partim ad fratrem Petr. Paul. Rubenium perſcripta. Pagina 177. inueniuntur Phil. Rubenii *Orationes*, & *Epiſtolae ſelectiores*, cum praefatiuncula Jo. Brantii. *Orationum* argumenta haec ſunt: 1) *Laudatio funebris* Philippi II. Hiſpaniae *regis*. 2) *Laus* M. T. Ciceronis.

3) *En-*

3) *Encomion* Annibalis 4) *ad* Albertum *archiducem* Auſtriae Belgiique *Principem*, *ex* Hiſpania *reducem gratulatio*. 5) *de laudibus iurisprudentiae.* 6) *de praeſtantia linguae graecae.* 7) *pacem cum* Batauis *eſſe faciendam.* 8) App. Claudius *accuſat* Q. Fuluium Flaccum, *quod* Campanos *contra iuſſum ſenatus ſecuri percuti mandauerit.* *Epiſtolae* XXXV. ad Jo. Wouerium, Jo. Hemelarium, Jacob. Timonium, Petrum Paullum fratrem, Erycium Puteanum, Juſtum Lipſium, Hubert. Audeiantium, Seraphin. Olitarium, Georg. Vwenum, Petr. Peckium, Ludouic. Beccatellum, Franc. Bartholinum, Petr. Pantinum, Stephan. Clauerium, Maximil. Vrintium, Arnold. Boucopium, & Marc. Velſerum, Louanii, Pataui, Romae, *ruri*, & Antuerpiae ab anno 1599. ad annum vsque 1611. ſcriptae ſunt. *Epiſtolis* adiecit Brantius p. 275 ſeqq. Juſti Rycquii, gandenſis *pietatem in funere Ampliſſ. & cl. V.* Marci Velſeri, R. P. Auguſtanae Vindel. Praef. Perp. *ad* Cl. V. Joannem Brantium Senatui antuerpienſi ab Actis. Eſt vero Elegia paullo longior, qua Velſero Rycquius parentauit. Haec ſunt, quae in libro ſatis ſplendido, & raro inueniuntur, & haec ſine dubio occaſionem dederunt errori, qui in recentiſſimam *lexici eruditorum* irrepſit editionem, vbi Tom. III. col. 2279. Philip. Rubenius, epiſcopi ASTERII *homilias*, *epiſtolas*, *carmina*, & *orationes*, e graeco in latinum ſermonem conuertiſſe dicitur. Nusquam enim relatum legimus, quod ASTERIVS praeter *homilias*, epiſtolas etiam, carmina & orationes conſcripſerit. Omnia, quae hodie de S. ASTERIO nouimus, iis potiſſimum innituntur, quae ipſe retulit in *Homiliis*, & quae apud Photium Cod. CCLXXI. col. 1490 ſeqq. edit. *Rothomag.* 1653. in fol. leguntur, vbi ex *homiliis* ASTERII reperiuntur excerpta. Ita vero conſtat, quod in iuuentute a quodam Scytha ſeruo, quem antiochenus quidam ciuis emerat, artibus & diſciplinis innutritus fuerit liberalibus, Amaſeae in Ponto, epiſcopus orthodoxus, Eulalio ſucceſ-

ſerit,

ſerit, & poſt imperium Juliani apoſtatae, circa annum Chriſti CCCC. praecipue floruerit. Conf. Anton. Poſſeuini *Apparat. ſac.* Tom. I. p. 135. Guil. Caue *Hiſtor. litterar. ſcriptor. eccleſ.* p. 282. Caſimiri Oudini *Commentar. de Scriptor. & ſcriptis eccleſ.* Tom. I. col. 892. Jacobi le Long *Bibliotheca ſacra* Tom. II. p. 618. Louis Ellies Dupin *Bibliotheque des auteurs eccleſiaſtiques* Tom. III. p. 77. Jo. Alb. Fabricii *Bibliotheca graeca* L. V. Cap. XXIIX. p. 607 ſqq. Quinque *Homilias*, a Rubenio, in latinum ſermonem conuerſas, & ad codices, quos a Sirmondo acceperat, caſtigatas, notisque illuſtratas inſeruit Fronto Ducaeus *Bibliothecae Veterum patrum, ſeu Scriptorum eccleſiaſticorum, Paris.* 1624. in fol. Tom. II. p. 561 ſqq. Ex eadem editione, exſtant in *magna Bibliotheca Veterum Patrum & antiquor. Scriptorum eccleſiaſticor.* Margarini de la Bigne, *Paris.* 1654. Tom. XIII. Hiſce quinque *Homiliis*, poſtea ſex alias, quarum titulos refert Jo. Alb. Fabricius l. cit. p. 608 ſeqq. graece & latine primum ſubiunxit, & cum quinque prioribus, addita verſione rubeniana, quam vero ita interpolavit, vt noua plane videretur, edidit Franciſc. Combefiſius Tom. I. *Auctarii noui graeco-latinae patrum bibliothecae, Paris.* 1648. in fol. Dicuntur quidem in *lexico eruditorum* Tom. I. col. 600. ASTERII *Homiliae* editae, cura Theophili Raynaudi *Lugdun.* 1652. in fol. Nunquam vero Raynaudus ASTERII *homilias* graecas edidit, ſed earumdem tantummodo verſionem, a Combefiſio adornatam, ſuppreſſo illius nomine, cum Leonis magni, Maximi taurinenſis, Petri chryſologi, Fulgentii Valeriani cemelienſis, & Amedei lauſonienſis ſcriptis latinis, in lucem emiſit, in *Heptade Praeſulum chriſtiana ſapientia & facundia clariſſimorum, Lugdun.* 1652. & *Paris.* 1661. in fol. Cauſſam, ob quam Raynaudus, Combefiſii nomen ſuppreſſerit, vid. apud Fabricium l. cit. p. 610. De reliquis ASTERII *Homiliis*, earum editionibus, &

 fragmen-

fragmentis, conſulendus eſt Fabricius l. cit. vbi tituli longa ſerie recenſentur.

Philippus Rubenius, patre Joanne Rubenio & matre Maria Pypelincx Coloniae 1574. V. Kal. Mai. natus fuit. Illum adoleſcentem, ab epiſtolis, ſibi eſſe voluit, Joannes Richardotus, Praeſes ſanctioris conſilii antuerpienſis, qui etiam filios ſuos, litteris & bonis moribus imbuendos, illi commiſit. Cum illis poſtea Louanium, in contubernium commigrauit Juſti Lipſii, quem ſibi reddidit coniunctiſſimum. Poſt quatuor annos, quos Louanii tranſegerat, cum Guilielmo, Richardoti filio, in Italiam profectus, ibique Jureconſulti titulum, publica inauguratione adeptus eſt. Ex Italia anno 1604. reducem factum, Lipſius quidem in docendi munere louanienſi, ſibi adiungere ſtatuerat, ſed deſiderio redeundi Romam captus, munus illud Rubenius recuſauit; & Romam ſe contulit, vbi Aſcanius Cardinalis Columna, Seraphini potiſſimum Cardinalis Oliuarii, Juſti Lipſii, & Ludouici Beccatelli commendationibus permotus, illum vt Jo. Brantius in *vita* p. 137. ſcribit, *in cohortem familiamque ſuam adſcripſit, Bibliothecam eius fidei curaeque liberaliter permiſit, ab epiſtolis denique & ſtudiis habuit, inſolito honorario.* Eodem tempore accidit, vt Juſtus Lipſius Senecae *opera*, commentario illuſtrata, in lucem daret, & Paulli V. pontificis nomine inſcriberet. Igitur in mandatis dedit Rubenio, vt is librum Lipſii nomine Pontifici offerret, quod mandatum ille etiam exſequutus eſt, & inſignem a Pontifice retulit gratiam. Cum Robertus Titius, Piſas, a Magno Hetruriae Duce arceſſitus conceſſiſſet, Seraphinus Oliuarius, honeſtis conditionibus Rubenium adducere ſtudebat, vt in Titii locum ſuffectus, Bononiae bonas litteras, de ſuperiori loco, profiteri vellet. Sed ad id etiam munus Rubenius ſe adduci minime paſſus eſt. Tandem a ſenatu, populoque antverpienſi Roma euocatus, vt eſſet illis a ſecretis, in eam vrbem conceſſit, & ibidem ciuitate donatus, anno 1609.

1609. cunctis ſuffragiis S. P. Q. antuerpienſi a ſecretis, eſſe coepit. Diem obiit ſupremum anno 1611. aetatis anno XXXIIX. Praeter ASTERII *homilias*, e graeco tranſlatas, *libros* in lucem emiſit *Electorum II. in quibus antiqui ritus, emendationes & cenſurae, Antuerp.* 1608. in 4. quibus *nonnulla ad* Juſtum Lipſium *poematia* ſubiunguntur. Haec omnia nos docuit Jo. Brantius JCtus, & S. P. Q. antuerpienſi ab actis, Philip. Rubenii adfinis, collega, & ſtudiorum compar, qui anno 1639. e vita diſceſſit. Conf. de Phil. Rubenio, Jo. Franc. Foppens *Bibliotheca belgica* P. II. p. 1043. de Jo. Brantio P. I. p. 590.

XXVI.

JOANNIS CHRYSOSTOMI Homiliae, in euangelium S. Joannis, ex interpretatione Franciſci Aretini, in fol. folior. 278.

Editio rariſſima, litteris romanis paullo rudioribus, chartae puriſſimae impreſſa, omnia antiquitatis indicia ante oculos ponit. Per omnem codicem, qui pro illorum temporum more, titulo deſtituitur, nulla littera comparet initialis typis expreſſa, ſed omnes minio adpictae ſunt; nullus reperitur cuſtos, nullae vt typographi vocant, reclamantes. Codex praeterea innumerabilibus ſcribendi refertus eſt compendiis, quae lectionem paullo difficiliorem reddunt. In fine haec leguntur verba: *Omelie LXXXVII. Beati* JOHANNIS CHRISOSTOMI *ſuper euangelio Johannis* Rome *in* S. Euſebii monaſterio *ſcripte & diligenter correcte: Anno dni. M. CCCC. LXX.* (1470.) *die Lune XXIX. Menſis Octobris: Ponti. S. in Xpo ris ac dni noſtri dni* Pauli *diuina prouidentia Pape* ſecundi: *Anno eius ſeptimo: Expliciunt: Deo laus.* Conijcit ex his verbis Michael Maittaire in *Annal. Typograph.*

pograph. Tom. I. p. 287. typographum forſan fuiſſe Georgium Lauer, herbipolitanum, qui tunc temporis Romae exercuit artem typographicam. Illius, nec non monaſterii S. Euſebii mentio facta fuit, in fine *tractatus de inſtitutione ſimplicium Confeſſorum*, editi a patre fratre Antonio ordinis fratr. praedicatorum *Romae* 1472. in 4. his rhythmis:

Studio correcta diligenti ſepeque lecta
Per Celeſtinum *nomine ſed re puluerinum,*
Sancto *in* Euſebio *degentem* Cenobio,
Qui me ſcribebat, Ge. Laver *nomen habebat,*
Rome *verſatur tunc. ſed* Herbipoli *natus.*
Anno milleno quater C. Sep. que deno
Bis vno iuncto ſed menſe ſub februo.
Sub quarto Sixto *pontifice Zeraphino.*

Vid. *Annal. typogr.* Tom. I. p. 312. Quod Franciſci Aretini haec ſit verſio, verba teſtantur, quibus *prologus in Homilias* inchoatur: *Paulo apoſtolo teſte: prime quam ſcribit ad chorintheos epiſtole XII. capitulo. Diuiſiones gratiarum ſunt. vnus autem ſpiritus. Cuius veritas dicti licet in cunctis videatur hominibus. maxime tamen in ipſis duobus: interpretandi gratiam adeptis. In* Franciſco *videlicet* arietino (aretino) *&* *alio quodam veteri. Omelias beatiſſimi* JOHANNIS CHRYSOSTOMI. *ſuper Johannem filium tonitrui: de greco in latinum transferentibus.* Franciſco *enim huic noſtro: cuius translationem hoc preſens continet volumen. meliorem partem dedit. vt clare patet omnibus vtriusque dicta conferentibus. Quod enim primus confuſe & generalibus tranſtulit vocabulis. hoc iſte noſter: tanquam ante oculos poſuit: ſpecialius. immo ſingularius declarando: & ſtilo ornatiori lectorum corda demulcendo. Quapropter amborum nobis oblatis prenominatorum operibus. placuit & haud dubium placebit & aliis. tanti viri per mundum diſpergere laborem: vt & ipſe nedum meritum. ſed etiam apud Deum & ſanctos eius habeat honorem.* &c. Jo. Albert. Fabricius

bricius in *Biblioth. graec.* L. V. Cap. XV. pag. 647. editionem verſionis, quae ante oculos verſatur, primam vocat, & eius auctorem Franciſcum aretinum fuiſſe negat, quod eo magis miramur, cum omnes fere ſcriptores, vnanimi quaſi conſenſu, illum verſionis nominent auctorem. Retulit illam Fabricius ad Burgundionem, iudicem & ciuem piſanum, qui anno Chr. 1194. Piſis obiiſſe dicitur, illamque a Franciſco aretino tantummodo fuiſſe recognitam contendit. Sed duplices & diuerſas *homiliarum* CHRYSOSTOMI exſtare verſiones, quarum forte prima a Burgundione confecta fuit, verba quae ex *prologo* excerpſimus, ſatis ſuperque teſtantur. Sed alia inter viros doctos agitatur controuerſia, num Franciſcus Accoltus, aretinus, qui inter Jureconſultos ſibi vindicat locum, a Franciſco aretino, cuius nonnullae ſcriptorum graecorum exſtant verſiones, diuerſus ſit? Si ſtili ſpectauerimus diuerſitatem, homines fuiſſe diuerſos, facile quiſpiam dixerit, cum opera iuridica incondito & barbaro dicendi genere, verſiones vero latinae multo puriore & concinniore ſtilo compoſitae fuerint. Multa in vtramque partem diſputauit P. Baile dans le *Dictionaire* Tom. I. p. 297 ſqq. e quibus, illum, cum Bernardo de la Monnoye, in ea fuiſſe ſententia, adparet, quod Franciſcus Accoltus, aretinus, & Franciſcus aretinus, vnus idemque fuerit homo, qui de induſtria, in operibus iuridicis ſtili, adfectauerit barbariem, vt ſe genio adcommodaret ſeculi, vt quo barbarior eo melior Jureconſultus videretur. *J'ai inſinué,* inter alia ait, *la raiſon, que ce Juriſconſulte avoit eue d'en uſer de la ſorte, qui eſt, que ſes confreres, n'ecrivoient, ni s'exprimoient pas autrement. Son langage, s'il avoit été plus correct, n'auroit pas été entendu des gens du métier.* François Aretin *ou* Accolti, *comme il vous plaira, euſt pû mieux parler; mais il aimoit l'argent, & s'il ſe fuſt aviſé d'emploier un ſtile de* Papinien, *il ſe ſeroit morfondu dans ſon étude, on l'auroit généralement abandonné. La même barbarie regnoit alors*

parmi

parmi les Théologiens & les Médecins. Ceux d'entre eux qui voulurent les prémiers introduire la politeſſe, n'étoient diſoit-on, ni Théologiens, ni Médecins: ils n'étoient que Grammairiens. - - C'a donc été une eſpéce de neceſſité à François Aretin *Juriſconſulte de s'accommoder à l'uſage de ſon tems; & je penſe - - qu'il ne diffère de l'humaniſte que par l'élocution.* Quae Eraſmi roterodami de eius verſionibus fuerit ſententia, vid. *Epiſtol.* L. XXVI. Ep. LVIIII. ad Cutbertum Tonſtallum col. 1478. L. XXIIX. Ep. IIII. ad Chriſtophor. a Stadio col. 1591. edit. *Londin.* 1642. in fol. Vid. de Franciſco Accolto, aretino, Guid. Panzirolus *de claris legum interpret.* L. II. Cap. CIII. p. 200 ſqq. vbi inter JCtos, *ſubtilitatum princeps, & Profeſſorum maximus*, cognominatus fuiſſe dicitur. Marc. Mantua Benauidius in *Epitome viror. illuſtr.* p. 464 ſqq. Joſ. Simlerus in *Bibliotheca* p. 199. e qua argumentum depromi poterit, ad corroborandam P. Baile ſententiam, cum nimirum Franciſco de Accoltis, aretino, & Franciſco aretino, eadem vtrique tribuuntur ſcripta. Anton. Poſſeuinus in *Apparat. ſacr.* Tom. I. p. 490. Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. I. p. 9.

XXVII.

Omelie *beati* GREGORII *pape* ſuper euangeliis & Omelie ORIGENIS *presbiteri* que ſeruantur in eccleſiis. in fol. form. minor. folior. 108. & 26.

In fine editionis oppido rarae, haec leguntur verba: *Expliciunt Omelie beati* GREGORII *pape &* ORIGENIS *presbiteri. Sub Anno domini Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimoquinto* (1475) *in die ſabbato poſt conceptionis glorioſe virginis Marie. Deo gratias.* Eadem ſine dubio editio eſt, cuius Michael Maittaire

taire Tom. I. *Annal. typograph.* p. 351. & p. 355. fecit mentionem. *Librum* enim *ſermonum ſancti* Leonis *primi papae doctoris floridiſſimi & eloquentiſſimi*, a bibliopego tantummodo iſti exemplari, quod vidit Michael Maittaire, adiectum fuiſſe exiſtimamus, cum neque in noſtro exemplari reperiatur, neque in libri ſubſcriptione, iſtius rei adpareat veſtigium. GREGORII *homilias* antecedit *epiſtola ſancti* GREGORII *vrbis* Rome *epiſcopi, ad* Secundinum *Epiſcopum tauromitanum de omeliis ſuis ſuper euangeliis*, cum indice qui titulos homiliarum ob oculos ponit. In fine illius tales leguntur rhythmi:

Collige membranas pre cunctis gregorianas
Nam prebent vere cunctis ſolacia vite.

Illos excipiunt *initia Omeliarum* ORIGENIS. *Homiliae* GREGORII *XL. in euangelia*, exſtant in recentiſſima *operum* eius editione, quae *opera & ſtudio Monachorum benedictinorum e Congregat.* S. Mauri, *& inprimis* Dionyſii Sammarthani *Paris.* 1705. III. Tom. in fol. in lucem prodierunt, Tomo ſtatim primo p. 1434 ſeqq. Conſpectum editionis ſplendidiſſimae & optimae vid. in Caſimir. Oudini *Commentar. de Scriptor. & ſcriptis eccleſ.* Tom. I. col. 1549 ſqq. in *Actis Eruditor.* lipſienſ. an. 1706. pag. 385 ſqq. dans *les Memoires de* Trevoux an. 1707. p. 377 ſqq. dans les *Nouvelles de la republique des lettres* an. 1705. Tom. II. pag. 582 ſqq. In hetruſcum conuerſae ſermonem *homiliae* S. GREGORII M. prodierunt 1) *in Milano per Lionardo Pachel & Vdalric. Scinzenzeler* 1479. in fol. vid. Michael. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 399. Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari nella lingua italiana, in Londra*, 1726. in 8. p. 30. 2) *in Firenze*, 1502. in fol. vid. Scipion. Maffei *Traduttori italiani o ſia Notizia de' Volgarizzamenti d'Antichi Scrittori Latini, e Greci, che ſono in Luce, in Venezia*, 1720. in 8. pag. 67. Nicol. Fr. Haym l. cit. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim.*

Latinit. L. VII. pag. 249. 3) *in Venezia* 1543. *per Franc. Bindoni* in 8. vid. Scip. Maffei, Nicol. Franc. Haym, Jo. Albert. Fabricius ll. citt. Scriptores, qui de rebus ad GREGORIVM I. MAGNVM ſpectantes expoſuerunt, longa ſerie recenſuit Jo. Alb. Fabricius l. c. p. 241 ſeqq. Conf. François Bruys *Hiſtoire des Papes*, Tom. I. *à la Haye* 1732. in 4. pag. 350 ſeqq. Franc. Pagi *Breuiarium hiſtorico-chronologico-criticum, illuſtriora Pontificum Romanorum geſta complectens* Tom. I. *Antuerp.* 1717. in 4. pag. 340 ſeqq. ORIGENIS *Homiliis* adiicitur *Omelia* Herici (ſine dubio Erici, monachi ordinis benedictini antiſſiodorenſis, de quo vid. Jo. Alb. Fabricius L. V. *Biblioth. med. & infim. Lat.* p. 325 ſqq.) *ſecundum* Matthaeum: *In illo tempore dixit* Iheſus *turbis Judaeorum & principibus ſacerdotum Ecce ego mitto ad vos prophetas* &c. 2) *Omelia* Haymonis, (Epiſcopi halberſtadienſis, de quo vid. Fabric. L. IIX. p. 543 ſqq.) *ſecundum* Mattheum: *In illo tempore defuncto* Herode *ecce Angelus domini apparuit in ſomnis* Joſeph *dicens* &c. Omnia, quae ad ORIGENEM *Adamantium*, & opera illius edita atque inedita, imo ad deperdita ſpectant, ſingulari ſtudio atque induſtria congeſſit Jo. Alb. Fabricius L. V. *Biblioth. graec.* Cap. I. p. 213 ſqq. quibuscum conf. merentur Jean le Clerc *Bibliotheque univerſelle*, vbi Tom. VI. p. 31 ſqq. legitur *la vie d'*ORIGENE, quae in germanicum, cum aliis, Jo. Clerici patrum eccleſiaſticorum, & haereticorum vitis, ſermonem converſa, in libro legitur, qui inſcribitur: Johannis Clerici *Unpartheyiſche Lebens-Beſchreibung einiger Kirchen-Väter und Ketzer, aus deſſen Bibliotheque univerſelle ins Teutſche überſetzt, und nebſt einer Vorrede des Hn. Geh. Rahts* Thomaſii &c. *ans Licht geſtellet, Halle* 1721. in 8. pag. 106 ſeqq. Jo. Caſimiri Oudini *Commentar. de Scriptor. & ſcript. eccleſ.* Tom. I. col. 231 ſeqq. P. Baile *Dictionaire* Tom. III. pag. 2122. *Memoires de* Trevoux 1736. p. 1077 ſqq. vbi legitur: *Examen d'un Raiſonnement que* Mr. Baile *attribue à*

ORIGE-

ORIGENES, *dans ſon Dictionaire, par* Mr. Merlin. Jo. Andr. Schmidii *Diſſertat. de lapſu* ORIGENIS, *Helmſt.* 1704. in 4. Eliae Ehingeri ORIGENES *labilis, ſeu de naeuis* ORIGENIS *diſſertat.* quam Jacob. Bruckerus adiecit *Commentationi de vita & ſcriptis celeberrimi quondam viri* Eliae Ehingeri, *Auguſtae Vindelicor.* 1724. in 8. pag. 151 ſeqq. Joach. Samuel. Weickmanni *de ſchola* ORIGENIS *ſacra, e* Gregorio Thaumaturgo *informata, Commentat. Viteb.* 1744. in 4.

XXIIX.

APITII CELII de re Coquinaria libri decem. Coquinariae capita Graeca ab Apitio poſita haec ſunt. Epimeles: Artoptus: Cepurica: Pandecter: Oſprion: Trophetes: Polyteles: Tetrapus: Thalaſſa: Halieus. Hanc Plato adulatricem medicinae adpellat. in 4. folior. 32.

Tantae raritatis editio eſt, cuius hic adſcripſimus titulum, vt Martinus Liſterus, cum APICIVM, *de Opſoniis & Condimentis, Londini* 1705. in 8. in lucem ederet, nullum illius exemplar, per omnem Angliam, etiamſi diligenter id quaeſierat, inuenire potuerit. Vid. Martini Liſteri *praefat.* p. 3. in edit. Theodor. Janſſon. Almeloveen. *Amſtelod.* 1709. in 8. Cl. David Clement *Bibliotheque curieuſe hiſtorique & critique* Tom. I. p. 406. qui iam obſeruauit, Martinum Liſterum erraſſe, cum hanc *venetam* editionem, omnium crediderit primam. Tres enim ante illam lucem viderant, ſcilicet 1) *Mediolani per Blaſium Lancilotum* 1490. in 4. 2) *Cum* Cenſorino *de die natali, tabula* Cebetis, Ludou. Odaxio *interprete*, Plutarcho *de inuidia & odio, interprete* Nicol. Perotto, *& de vita ſolitaria interprete* Franc. Philelfo, Suetonio *de claris*

rhetoribus, Venetiis, per Bernardin. Venetum, non addito anni indicio in 4. Vid. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. Lat.* Tom. II. L. II. Cap. XXV. pag. 793. Michael. Maittaire *Annal. typograph.* Tom. I. p. 746. 3) *Mediolani per Guilermum Signerre die* 20. *Januar.* 1498. in 4. Vid. *Bibliotheque choiſie de* Jean le Clerc Tom. XIIX. p. 322. In eo deceptus fuit Martinus Liſterus, & cum eo Jo. Clericus, aliique, qui editionem, quae ante oculos verſatur, anno 1504. euulgatam eſſe ſcribunt. Illam enim anno 1503. prodiiſſe, haec verba in fine codicis conſpicua, teſtantur: *Impreſſum* uenetiis *per* Johannem de Cereto de Tridino *alias* Tacuinum. *M. CCCCC. III.* (1503) *die tertio menſis Auguſti.* Vid. Jo. Alb. Fabricii *Bibliothec. lat.* Tom. I. L. II. Cap. XXV. p. 502. Michael. Maittaire *Annal. typograph.* Tom. II. p. 162. Praemittitur illi *epiſtola* Blaſii Lancilotti *ſubitaria*, *ad* Bartholomaeum Merulam, *Magnifici* Georgii Cornelii *gnatorum praeceptorem.* In fine codicis, charactere romano exſcripti, duo, quae hic adſcribimus, leguntur epigrammata:

Antonius mota *ad vulgus*

Plaudite fartores: caetari: plaudite uentres.
Plaudite myſtili tecta peruncta coqui
Pila ſit albanis *quecunq. ornata lagenis*
Pingue ſuum copolimen obeſus amet
Occupat inſubres *altiſſimus ille nepotum*
Gurges & vndantes auget & vrget aquas
Millia ſex ventri qui fixit APICIVS *alto*
Inde timens: ſumpſit dira venena: famem.

Johannes Salandi *Lectori.*

Accipe quisquis amas irritamenta palati:
Praecepta: & leges: oxigarumq. nouum
Condiderat caput: & ſtygias penetrauerat vndas
CELIVS: *in lucem nec rediturus erat:*
Nunc teritur dextra verſatus APICIVS *omni.*
Vrbem habet. & tectum qui peregrinus erat.

Acceptum

Acceptum mottae *noſtro debebis: & ipſi*
Immortalis erit gratia: laus & honor
Per quem non licuit celebri caruiſſe nepote:
Per quem dehinc fugiet lingua latina ſitum.

Contulimus editionem cum illa, quam dedit ad Martini Liſteri exemplar, Theodor. Janſſon Almeloveenius, inſignemque, inter vtramque, lectionis, intercedere deprehendimus differentiam. Speciminis loco Caput III. adponimus:

Abſynthium romanum

Abſynthium romanum ſic facies. Conditi camerini praeceptis vtiq. pro abſynthio ceſſante: in cuius vicem abſynthi ponthici purgati terebintiq. vnciam thebaicam dabis. maſticis folii III. ſcrupulos ſenos. croci ſcrupulos III. vini eiusmodi ſextarios XVIII. carbones amaritudo non exigit.

XXVIIII.

T. LVCRETII CARI. Libri ſex nuper emendati. in 4. folior. 107.

Hac ratione inſcribitur, inter omnes LVCRETII editiones, niſi fallimur, *tertia*, inter *aldinas* vero *prima* eaque rariſſima editio. litteris romanis impreſſa. Dicauit illam Aldus Manutius romanus, Alberto Pio, Carporum principi. In epiſtola dedicatoria, inter alia haec leguntur: - - LVCRETIVS *qui ante impreſſus habetur in manibus, adeo eſt mendoſus, ac mutilatus, vt paucis in locis queat intelligi. Noſter vero ſic emendatus & integer prodit in vulgum, vt perpauca caſtigatione indigeant. Qua in re, habenda eſt plurima gratia* Hieronymo Auancio Veronenſi, *viro latinae linguae, ac diſciplinarum liberalium non mediocriter perito, quia multos annos* LVCRETIO *corri-*

gendo, in priſtinamque reſtituendo integritatem accuratiſſime elaborarit, tandemque eo ipſo Tito *adiutore correxerit, quia in eo non bemiſtichia ſolum, atque integri verſus, ſed multa etiam carmina more* homerico *inueniantur. Cum igitur* Auancius *noſter*, LVCRETIVM *memoria teneat, vt digitos, vnguesque ſuos, perfacile bemiſtichium bemiſtichio & carmen carmine emendauit, idemque factum eſt eorum auxilio verſuum, qui ſparſim apud autbores latinae linguae babentur*, &c. Aldi *epiſtolam* excipit Hieronymi Auancii *ad* Valerium Superchium piſaurenſem, *medicinae doctorem, & mathematices profeſſorem, epiſtola*, ſcripta *Kalend. Martiis* 1499. vbi haec legimus: *diu fateor laboraui, quum viro inſigni obſequens emendare adniterer* Catullo, *priapeias* (priapeia) Auſonium, Plinii *epiſtolas, ac* Papynii (Papinii) *ſiluas, quas omnes caſtigationes nunc impreſſus adoleſcens publicaui, caeterum offendi adeo mutilata manca & lacera* lucretiana *carmina, vt ante iucundos labores meos, vix vlla pars ſincera maneret. occurrebant tot inuerſi verſus, tot portentoſae dictiones, vt iam* (*niſi* Valerius *adſit*) *ad haec verborum monſtra tollenda plures mecum* Hercules *deſiderarim. laetabor vel ſi oſtenderis complures* LVCRETII *verſus non deprauatos, ſed a me non intellectos. Omnino nam, quod quaerebam, aſſequar, vt ſcilicet* LVCRETIVM *latinorum poetarum ſcientiſſimum & quem maxima aemulatione in plerisque imitatus eſt praecellentiſſimus* Maro, *in priſtinum candorem in ſuam lectionem reſtitutum conſpiciam, vt iam auſpiciis meis virbius dici poſſit. - - Interim* LVCRETIVM *iucundiſſime* Valeri *opera mea iam ſe commodius babentem, ac vt arbitror conualeſcentem, vbi tu ſcientiſſimusque* Quirinus *ſuaſeritis, emittemus, parum verentes iniquam ſcrupuloſae curioſitatis conditionem, faciles quasque potius labeculas, quam infinitas vt ita dicam emaculationes animaduerſuram, quum praeſertim banc editionem imprimendam curarit* Aldus Manutius, *bomo latinis graecisque litteris eruditus, earundem mirifice*

rifice cultor & inſtaurator. &c. Haec Aldi Manutii, & Hieron. Auancii verba, ideo adſcripſimus, quoniam communi & perulgatae omnium fere doctorum ſententiae repugnare videntur, qui ſibi perſuadent, editionem primam, cuius in fine haec leguntur verba: T. LVCRETI CARI *Poetae Philoſophique antiquiſſimi, De rerum primordia natura ad* Memmium *Liber ſextus & vltimus explicit foeliciter.* Paulus *hunc impreſſit* Fridenperger *in* Verona. *Qui genitus eſt in* Patauia (Paſſauii) Alae magnae (Alemanniae). *Ab incarnatione Chriſti* 1486. *Die vigeſimo octauo Septembris Calen. Octobris* in fol. iam cura & ex emendatione Hieron. Auancii in lucem exiiſſe. Vid. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. lat.* L. I. Cap. IIII. pag. 44. Tom. II. pag. 59. Michael Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. pag. 474. Jo. Nicol. Funccii *tract. de adoleſcentia latin. linguae Marburg.* 1723. in 4. Cap. III. §. XLIIII. p. 165. vbi editorem minus adcurate Hieron. Auentinum adpellat, *die Merkwürdigkeiten der koenigl. Biblioth. zu Dreszden* Tom. I. p. 331. Hieronymus Auancius in *praefatione, ad lectorem,* quae tertio loco, in noſtra editione inuenitur, rationem reddidit, cur corruptiſſimum LVCRETII poema, ſine antiquo exemplari emendare ac publicare fuerit auſus. Iſtam praefationem excipit, *Expoſitio eorum quae ſingulis libris continentur.* In fine codicis haec leguntur verba: Hieron. Auancii Veronenſis *ingenio & labore.* Venetiis *accuratiſſ. Apud* Aldum. *menſe Decem. M. D.* (1500) *Non licet ſic alteri cuiquam ſine multa, in Oris Venetis.* Conf. Mich. Maittaire *Annal. typogr* Tom. I. p. 713. Alia *ex aedibus* Aldi *&* Andreae *ſoceri,* LVCRETII editio, *ad Veterum exemplarium fidem caſtigata,* prodiit *Venet.* 1515. *menſe Januario* in 8. Vid. Mich. Maittaire l. cit. Tom. II. pag. 270. Jo. Alb. Fabricii l. cit. Tom. II. p. 59. *die Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu Dr.* l. cit. p. 332.

XXX.

Macri, *Philoſophi*, de virtutibus herbarum nouiter inuentus ac impreſſus in 4. folior. 48.

Fuerunt quidem inter doctos viros, inter quos eminet Thomas Bartholinus in *diſſert. de medicis poetis Hafn.* 1669. in 8. qui hoc carmen, Aemilio Macro veronenſi, Virgilii amico, & poetae ſui temporis celeberrimo, tribuerunt. Illum enim opus *de herbis* conſcripſiſſe, Ouidii teſtantur verſus L. IIII. *Triſt.* Eleg. X. 44 ſeqq.

Saepe ſuas volucres legit mihi grandior aeuo
Quaeque necet ſerpens, quae iuuet herba Macer.

& Dionyſii, qui plerumque Catonis nomine inſignitur, verſus in *praefat.* Libri II.

quod ſi mage noſſe laboras
Herbarum vires, Macer *tibi carmine dicet*
Corporis vt cunctos poſſis depellere morbos.

Sed hoc antiquioris, Aemilii Macri carmen *de viribus herbarum* interiit, & illud quod eius nomine ornatum circumfertur, auctorem habet recentiorem, quem Julius Caeſar Scaliger L. VI. *poetic.* Cap. V. p. 317. edit. *lugdunenſ.* 1561. in fol. *neque poetam, neque bonum medicum, neque ſincerum verſificatorem* fuiſſe exiſtimat. Eiusdem fere ſententiae fuit Lilius Gregor. Gyraldus *Dialog.* IIII. *de poet. hiſtor.* Tom. II. *Oper.* pag. 160. edit. *Baſil.* vbi hunc Macri librum *ſubditicium & adulterinum, carmine quidem concinnatum, ſed rudem & barbarum* adpellat, quem *corruptores & plagiarii ſub* Aemilii Macri *nomine* in vulgus dederint. Ita enim ſcribit: *praeterquam, quod in illo improprius eſt latini ſermonis vſus, nec aequa verſus ſtructura; in eo quoque* C. Plinius *citatur, obliti ſcilicet illi fuerant, quod* Macer *ipſe a* Plinio *in hac re adducitur, qui vno plus minus ſeculo poſt*

Macrum

MACRVM *floruit, vt facile ex temporum ratione colligitur.* Luculentum praeterea in ipſo carmine exſtat indicium, auctorem, ad mediae aetatis ſcriptores, proxime accedere, cum Walafridi Strabonis, ſeu Strabi, qui anno Chriſti 849. floruit, *Hortulum* ſe legiſſe innuit, in capite *de liguſtia*, noſtrae edit. fol. 22. vbi hi verſiculi leguntur:

Hanc oculis Strabus *potuque & odore nociuam*
Aſſerit antidotis eius tantummodo ſemen
Miſceri iuſſit: hoc verbum dixerit a ſe
An a doctorum libris: non eſt mihi notum
Hoc ſcio quod veteres non paruis laudibus iſtam
Extollunt herbam: nec me legiſſe recordor
Vllum qui Strabi *ſermonibus aſtipuletur.*

Ex iis igitur quae diximus dilucide adparet, hoc opus a ſcriptore, recentioris aetatis, eſſe compoſitum, quis vero ille fuerit, non ſatis conſtat. Si Gaudentio Merulae fidem habere voluerimus, ab Odone, ſiue Odobono quodam medico conſcriptum eſt. Ita enim ille Libr. I. *Antiquit. Gallorum ciſalpinor.* Cap. XI. col. 279. in Andr. Schotti *Italia illuſtrata Francof.* 1600. in fol. *Hanc vrbem,* (Veronam) *tres maxime viri illuſtrarunt:* Catullus *ſcilicet, a quo &* Julius Caeſar *proſciſſus eſt:* Vitruuius *per tempora diui* Auguſti, *architecturae ſcriptor: &* AEMILIVS MACER, *qui de herbarum virtute elegantiſſime ſcripſit. Sed hic libellus qui ſub* MACRI *nomine circumfertur, non huius eſt, ſed* Odonis *cuiusdam medici, vt ipſe vidi in codice quodam antiquiſſimo. Verum vt gratior exiret in lucem,* MACRI *titulo inſcriptus eſt.* Conf. Caſpar. Barthii *Aduerſarior.* Commentar. L. XVII. Cap. I. col. 860. Olai Borrichii *Diſſertat. de poetis latinis* II. p. 85 ſqq. edit. *Francofurt.* 1683. in 4. Paul. Colomeſii κειμήλια *litterar.* Cap. VI. in *Operibus* quae edidit Jo. Alb. Fabricius *Hamburg.* 1709. in 4. p. 283. Jani Brouckhuyſen *Obſeruationes ad* Tibulli L. III. *Eleg.* VI. pag. 274. edit. *Amſtelaed.* 1708. in 4. Jo.

Albert. Fabricii *Bibliotb. graec.* L. VI. Cap. VIIII. p. 36 ſqq. *Bibliotb. latin.* Tom. III. L. IIII. Cap. XII. p. 879 ſqq. *Bibliothec. med. & infim. Latinit. L. XII.* p. 3. L. XIIII. p. 468. Quod ad editiones adtinet, variae exſtant, quae tamen omnes noſtra aetate, haud ita obuiae ſunt. Jo Alb. Fabricius *Bibliotb. lat.* l. cit. ſe editionem habuiſſe memorat titulo: MACRI Floridi *de viribus herbarum opuſculum, cum Commentario* Guillermi Gueroaldi, & rudibus herbarum figuris, ligno inciſis, ſine anni & loci indicio in 8. quam ſeculi XVI. initio prodiiſſe exiſtimauit. Transmigrauit illud ipſum Fabricii exemplum in ſplendidiſſimam & inſtructiſſimam illuſtriſſimi Comitis Henrici a Bünau bibliothecam. Vid. Clariſſ. viri Joan. Michael. Franckii *Catalogus Bibliothecae* Bünauianae Tom. I. Vol. I. Cap. II. Sect. V. §. XIIII. p. 416. vbi in memoratae editionis fine, haec legi verba dicuntur: *Habetis iuuenes ſtudioſiſſimi* MACRI Floridi *de viribus herbarum opuſculum, ab omni menda caſtigatiſſimum, vna cum interpretationculis, luce meridiana longe clariſſimis.* Aliam editionem, quae ſine loci, anni, & typographi mentione facta, eiusmodi titulo: MACER Floridus, *de viribus herbarum*, in 4. cum figuris ligno inciſis prodiit, hosque verſiculos in fine adiectos habet:

Herbarum varias qui vis cognoſcere vires
MACER *adeſt, diſce: quo duce doctus eris.*

in bibliotheca regia dresdenſi, adſeruari referunt *die Merkwürdigk. der koenigl. Bibliotb. zu Dr.* Tom. II. p. 407. Editiones, quae ex officina Roberti Stephani, & a Georg. Pictorio, editae fuerint, memorantur in *lexico Eruditorum* Tom. III. col. 10. Editionem cum Joan. Atrociani commentariis *Baſileae*, & cum Jani Cornarii ſcholiis illuſtratam, *Francofurti* in lucem exiiſſe teſtatur Joſias Simlerus in *Bibliotb.* p. 11. Forte poſterior illa eſt, quam Jo. Alb. Fabricius *Bibliotb. lat.* l. cit. titulo: MACER *de re medica, Francof.* 1540. in 8. produiſſe ſcribit. Conf. Adrien Baillet

let *Jugemens des Savans ſur les principaux Ouvrages des Auteurs* Tom. III. P. I. *Amſterd.* 1725. in 12. §. 1149. pag. 214. vbi & aliae editiones adducuntur. Noſtrae, quam ante oculos nunc poſitam habemus, editioni, & forte etiam aliis, quas non vidimus, adiicitur *Tractatus de Speciebus*, qui hac ratione inchoatur:

Carmine iam dictis aliquot vulgaribus herbis
Nunc ſpecies illas, quas cunctas iam prope notas
Vſus veſcendi fecit: temptabo referre
Atque prius piperis quia notius ipſa coquina
Quam medicina fecit vires puto diſcutiendas &c.

Iſtae vero ſpecies ſunt *piper*, *piretrum*, *zinziber*, *ciminum*, *galanga*, *zedoar*, *garofilum*, *cinnamum*, *coſtus*, *ſpica*, *thus*, *aloe*. Herbae, quarum vires priore parte exponuntur, ſunt *arthemiſia*, *aprotanus*, *abſinthium*, *vrtica*, *alleum*, *ruta*, *apium*, *ſauina*, *iſopum*, *enula*, *ſalvia*, *feniculum*, *lactuca*, *roſa*, *plantago*, *viola*, *ariſtologia*, *marubium*, *iris*, *altea*, *anetum*, *bertonica* (betonica) *porrus*, *camomilla*, *nepta*, *pulegium*, *aecidula*, *portulaca*, *lilium*, *tymbris ſiue ſatureya*, *liguſtia*, *eſtrocium*, *cerofolium*, *atriplex*, *coriandrum*, *naſturcium*, *eruca*, *papauer*, *cepe*, *bugloſſa*, *ſinapi*, *caulis*, *borago*, *ſenetio*, *celidonia*, *centaurea*, *draguntea*, *guaſido*, *eleborum*, *eleborum nigrum*, *paſtinaca*, *origanum*, *ſerpillum*, *aſarum*, *ematites*, *menta*, *cyperum*, *pionia*, *berbena*, *germandea*, *ſtringa ſeu morella*, *iusquiamum ſeu caniculata*, *malua*, *lapacium ſeu paratella*, *lolium ſeu nigella*, *cicuta*, *rosmarinus*, *pimpinella*, *tormentilla*, *pentafilon*, *diptanus*, *titimallus*, *rafanus*, *conſolida*. Typographus editioni, litteris romanis impreſſae, & admodum rarae, haec adſcripſit: *Liber* MACRI *philoſophi de virtutibus berbarum*, *&* *qualitatibus ſpecierum finit foeliciter.* Venetiis *Impreſſus per* Bernardinum Venetum de Vitalibus *anno Domini M. D. VI.* (1506). Iſtius editionis, quod nos quidem ſciamus, a nemine huc vsque mentio iniecta fuit, & ipſi Michaeli Maittaire incognita fuiſſe videtur, qui editionem *venetam*,

 per

per eumdem Bernardinum Venetum de Vitalibus 1508. *die X. Jun.* in 4. excuſam, adtulit Tom. II. *Annal. typograph.* p. 188.

XXXI.

Q. SERENI *Samonici*, Hexametri precepta medicine continentes

Ad Lectorem.

Preſcripſit vite finem natura creatrix
Vnicuique fato: quem ſuperare nequit
Ars dedit artificem ſed: natureq. miniſtrum
Finem contingas qua ratione docet.

in 4. folior. 32.

Quamuis hoc carmen ſaepiſſime ſit editum, haec tamen editio, quam, niſi plane fallimur, duae tantummodo praeceſſerunt, e rarioribus eſt. Illa omnium prima eſt, quae cum Auieno, Arato, Dionyſio *de ſitu orbis*, Germanici *&* Ciceronis *interpretatione phaenomenorum* arateorum, Venetiis *arte & ingenio* Antonii de Strata cremonenſis *IIX. Kal. Nou.* Victore piſano *recognitore* 1488. in 4. prodiit. Vid. Mich. Maittaire *annal. typogr.* Tom. I. p. 495. Illam excepit editio *Venet. aldina* 1502. cum Celſo ſimul in 4. euulgata. Noſtrae editioni adiicitur RHEMNII FANNII *carmen, de ponderibus medicis*, cuius in fine, talia leguntur verba: Lipſi *in officina induſtrii* Valentini Dammandri (Schumanni) *in regione equeſtri Anno partus virginis Seſquimilleſimo-quintodecimo* (1515). Vltimam libelli paginam haec verba complent: *Vltra* QVINTI SERENI *medicinam in fronte huius operis promiſſam Candidiſſime Lector hic* RHEMNII FANNII *pondera medica tanquam dona auctoria offendis.*

Ad

Ad Lectorem

Diluerent medici ſub certo pharmaca puncto
Indice natura pondera techna dedit
Egregie miſeris conſultum cernimus aegris
Quo nimis: atque minus ſunt agitata procul.

Conf. Jo. Henr. Leichii *Annal. typogr. lipſienſis*, in libro *de origine & incrementis Typographiae lipſienſis*, *Lipſ.* 1740. in 4. p. 96. vbi vero haec verba paullo immutata leguntur. Praemittitur editioni narratio admodum breuis, *de caede & monumentis* Q. SERENI, vbi Q. SERENVS *Samonicus*, Gordiani iunioris praeceptor fuiſſe, minus adcurate dicitur. Iſtius enim SERENI *Samonici*, qui Gordiani praeceptor fuit, pater eſt, qui ſub Septimio ſeuero & Caracalla inclaruit. Poſterior cum in coena, Spartiano teſte, in Caracalla, Cap. IIII. pag. 712. edit. *baakianae* 1671. in 8. occiſus fuit, reliquit filio bibliothecam voluminum 62000. quae poſtea ad Gordianum iuniorem tranſiit. Multa opera mathematica, philologica & phyſica compoſuiſſe dicitur, quae tamen omnia, iniuria temporum perierunt. Neque illud *carmen*, quod hodie exſtat, *de medicina*, omni ex parte integrum, ſed e criticorum ſententia, in fine truncum atque mutilatum eſt. Omnium optima cenſetur editio, quam Robertus Keuchenius, cum notis, *Amſtelodami* 1668. & *ibidem* 1706. in 8. in lucem emiſit. Variis etiam collectionibus illud carmen inſertum fuit, e quibus Petri Burmanni *poetas latinos minores*, hic nominare ſufficiet, vbi Tomo II. *Leidae* 1731. in 4. p. 185 ſqq. *cum notis integris* Jo. Caeſarii, Georg. Pictorii, villingani, Caſp. Wolfii, Robert. Conſtantini, Roberti Keuchenii, ipſius P. Burmanni, *& ſelectis aliorum* obſeruationibus, inſertum reperitur. Vid. de Q. SERENO *Sammonico* Lil. Gregor. Gyraldi *de poet. hiſtoria dialog.* IIII. Tom. II. *Oper.* p. 189 ſqq. vbi vero in eorum incidit errorem, qui patrem cum filio confundunt. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. lat.* L. III. Cap. V. pag. 540 ſeqq. Tom. III.

p. 80

p. 80 ſqq. Olai Borrichii *Diſſert. de poetis latinis* II. pag. 67. Adrien Baillet *Jugemens des Savans ſur les principaux Ouvrages des auteurs* Tom. III. P. I. §. 1170. p. 358. Omnium optime de illo diſſeruit Jo. Baptiſt. Morgagni, in *Epiſtolis in* Aurel. Cornel. Celſum, *&* Q. SERENVM Samonicum, *in quibus de vtriusque variis editionibus, libris manuſcriptis & Commentatoribus diſſeritur. Lugd. Batauor.* 1735. in 4.

QVINTVS RHEMNIVS FANNIVS PALAEMON, vicentinus, grammaticus, ſub Tiberio & Claudio Impp. Romae docuit. Mulieris verna, primo, vt ferunt, textrinum, deinde herilem filium, dum comitaretur in ſcholas, litteras didicit, poſtea manumiſſus, inter romanos grammaticos principem facile locum obtinuit. Teſte Suetonio *de illuſtr. grammatic.* Cap. XXIII. *omnibus vitiis infamis, & inprimis in libidines propenſus, tantaque adrogantia fuit, vt* Marcum Varronem *porcum adpellaret, ſecum & natas & morituras litteras iactaret, nomen ſuum in bucolicis non temere poſitum, ſed praeſagiente* Virgilio, PALAEMONEM *fore aliquando, omnium poetarum ac poematum iudicem.* Conf. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. lat.* Tom. III. p. 736. & 782. Olai Borrichii *de poetis latin. Diſſert.* II. p. 69. Adr. Baillet *Jugemens de Savans* l. cit. §. 1175. p. 367 ſqq. *Carmen, de ponderibus & menſuris,* quod nonnulli inter viros criticos, homini recentiori tribuere non dubitant, praeteritis temporibus, ſaepius cum Priſciano, & ſub Priſciani nomine, editum fuit. Exſtant etiam variae editiones, ſub RHEMNII FANNII PALAEMONIS, & Remi Favini nomine, in lucem emiſſae. Omnium optima cenſetur editio Eliae Vineti *Paris.* 1565. in 8. Reperitur etiam in variis Scriptorum de ponderibus & menſuris, nec non poetarum & medicorum collectionibus. In Jo. Georg. Graeuii *Theſauro antiquitat. romanar.* inuenitur Tom. XI. p. 1693 ſqq. notis Eliae Vineti illuſtratum. Petrus Burmannus inſeruit, *cum notis*

notis Jo. Caeſarii, El. Vineti, & Robert. Conſtantini *poetis latin. minor.* Tom. II. p. 396 ſeqq. Alias editiones vid. in *Catalog. Biblioth.* Bünauianae Tom. I. Vol. I. Cap. II. Sect. III. §. XV. p. 390. In editione, qua vtimur, nonnullae oculis ſe offerunt lacunae, vltimumque hemiſtichium, carmen non eſſe integrum, docet.

XXXII.

Conuiuium Euangelicum. In quo Diuerſarum Partium Miniſtri Euangelici Cum D. Auguſtana Confeſſione Hilariter accumbunt, & Euangelice philoſophantur. *Auctore* CHRISTOPHORO MARIANO *Auguſtano*, &c. Prouerb. XXIII. Quando ſederis vt comedas cum Principe, diligenter attende, quae appoſita ſunt ante faciem tuam; & ſtatue cultrum in gutture tuo, ſi tamen habes in poteſtate animam tuam, ne deſideres de cibis eius, in quo eſt panis mendacii, &c. *Monaſterii ad Almonium apud Andream Rhem, Oenipont. Anno Domini MDCII.* (1602.) in 4. pp. 83. excepta epiſtola dedicatoria & praefatione.

Quis ille CHRISTOPHORVS MARIANVS, vtrum nomen verum, an fictum fuerit, nos ignorare, vltro libenterque fatemur. Duo alii libri, contra auguſtanae Confeſſionis addictos, ſub eius nomine prodierunt, quorum alter inſcribitur: *demonſtratio vna de mille vanitatis miniſtrorum verbi pſeudeuangelici, Ingolſtad.* 1598. alter *Trophaea mariana ob haereſin triumphatam. Vrſellis* 1601. in 4. vid. Thom. Hyde *Catalog. Biblioth.* bodleian. Tom. I. p. 431. In *lexico eruditor.* Tom. III. col. 176. iſti tituli quoque adducti

ducti fuerunt, prior autem *Monaſterii* 1598. in 8. impreſſus dicitur, & auctor perperam *Chriſtianus* MARIANVS adpellatur. De auctoris vita, & libro, cuius adſcripſimus titulum, altum eſt ſilentium, e quo colligimus, illum vel ſuppreſſum, vel in culina, turis piperisque factum eſſe cucullum, & id quidem nobis admodum veriſimile eſt, propterea quod, Chriſt. Aug. Salig, ſagaciſſimus eiusmodi rerum indagator, nullam prorſus illius notitiam, habuiſſe videtur. Inſcripſit CHRISTOPH. MARIANVS *Conuiuium euangelicum* nomine Quirini Leonini, &c. Summae aedis ratisponenſis Praepoſiti ampliſſimi &c. Argumentum ſatyrae abſurdiſſimae, in euangelicos proteſtantes, *iocis, riſu*, vt auctor ait, *ineptiis, laſciuia plenae*, plautinis *magis quam* paullinis *dictis diſtinctae*, exponere, longum foret & ſuperuacuum, qua de cauſſa perſonarum colloquentium nomina tantummodo adiicimus. Ita vero ordine producuntur:

miniſtri { Philippides, Harpax, Zabolus. } *Comites* Philumenae { *Confeſſioniſta*, *Concordiſta*, *Lutheranus Zelotes, ſeu* rigidus.

euangelici {
Gelaſimus *Lutheranus mollis*
Acanthio, *Flaccianus*
Pſeudolus *Caluinianus*
Toxilus *Schwenkfeldianus aut Anabaptiſta*

Palaeologus, Oecumenius, Euſebius } *Catholici*

Pamphilus *Conuiuator*

Cleoſtrata *eius vxor*

Stephanium, Philaenium } *pediſſequae*

Sterops *Legatus Concordiae.*

Igitur nugis putidis obſcenisque omiſſis, quas in hoc conuiuio effutire ſolent adſidentes conuiuae, adpendicis mentionem facimus, quae *teſtimonia* complectitur,

tur, a Georgio Mylio, auguſtano, *publicis chartis*, vt dicitur, *conſignata*. Talia autem ſunt: I. *de multiplici corruptela auguſtanae Confeſſionis;* II. *quod nullus exſtet hodie in mundo arbiter ſeu iudex controuerſiarum, quae de vero ac genuino ſenſu, & intellectu Confeſſionis auguſtanae naſcuntur.*

XXXIII.

Epiſtola PAVLI ALBVTII ad Jeſuitas. In qua de rebus grauiſſimis & lectu digniſſimis tractatur. *Lutetiae Pariſiorum per Gotthardum Vilarmum. Anno M. D. LXXIII.* (1573.) in 4. pp. 22.

Quis adſumto PAVLLI ALBVTII nomine, fictum enim ſine dubio nomen eſt, hanc ſcripſerit epiſtolam, alii diſquirant, nos illi indagando irritam impendimus operam. Quod exemplar, quod ab amico nobiſcum communicatum fuit, *Lutetiam Pariſiorum* non viderit, charta, litterarumque characteres ſatis ſuperque docent. Quisquis demum fuerit auctor, ſcribendi ratio, & cetera omnia demonſtrant, non inuita illum Minerva ſcripſiſſe ſatyram, modeſtam quidem & verecundam, ſed multo ſale conſperſam. Dicauit epiſtolam *integerrimis atque doctiſſimis viris omnibus, in ſocietate Jeſuitarum exiſtentibus.* Laudat illos, quod ſoli fuerint & iis tantum acceptum ferri debeat, quod e ſitu & tenebris, in quibus litterae tamdiu, non minus foede quam miſerabiliter delituerint, in lucem reuocauerint, priſtinumque eis ſplendorem, ne maiorem dicat, reſtituerint. Inſigni praeterea eos elogio ornat, ob tot linguarum peritiam, ob mores & honeſtum cultum, ob pietatem, quam teneris animis imbibendam curent, in adultis autem non deſiſtant inſerere. Tandem eos his adloquitur verbis: *quodſi meritum a nobis praemium vobis non datur, neque id fortaſſe expecta-*

pectatis, non eſt verendum, quin illud a Deo cumulatiſſime accipietis. Vos modo pergite vt coepiſtis, labantemque orbem terrarum ſuſtinete. Sed quid ego dico vt coepiſtis? immo melius quoque quam coepiſtis. Videorne vobis aliquid abſurdi dicere, ſic loquens? vere libereque vobiſcum agam, vt ratio ipſa poſtulat. Etenim ſi vos ii eſtis, quos eſſe plane confido, id eſt docti, honeſti, iuſti, & quod caput eſt, pii, quae vobis dico, ſpero in bonam vos eſſe partem accepturos. Atque eo magis, quum is ego ſim, qui nulla priuata cauſſa ad hoc impellar. niſi tantum publica, immo ipſius Dei Opt. max. quem hic teſtem citatum eſſe volo. Nihil enim aliud quaero, nihil cupio, niſi vt pax concordiaque inter chriſtianos naſcatur, ex quo Dei honos & gloria ſuccedat. Itaque quae dicam, primum patienter audite, rogo deinde, vt dixi, in bonam partem accipite. Quae quidem ſi a vobis probabuntur, erit quod magnopere gaudeam: ſin ſecus, non moleſte feram: tantum vobis affirmo, omnia a ſyncera mente animoque proficiſci, eodem Deo citato & teſte, & iudice. Sunt nonnulli, qui eas, quas nuper recenſui laudes, non inuiti vobis tribuant: vnum duntaxat reprehendant, nimium ſcilicet vos eſſe addictos romano pontifici &c. Iis inprimis ſuccenſet, quod lutheranos peiores habeant arrianis, Judaeos, Afros, Turcas *ſufferant*, lutheranos vero infenſiſſimo proſequantur odio, & in eos igne ferroque ſaeuire, cum pontifice non dubitent. Deinde paullo acerbius in romanum pontificem, eiusque adſeclas inuehitur, & tandem Jeſuitas iterum compellat, ſuaeque epiſtolae eiusmodi verbis imponit finem: *ſed ad vos, vt ſaepe, redeo, vos arbitri, vos ſequeſtres eſtote: vos etſi haereticos reprehendatis (vt ſunt in multis reprehendendi) non iccirco rom. pontificem admonere ſinatis. Eſtis, haberique vultis, vt dixi toties, ſancti, iuſti, docti, illud facite igitur, quod ſanctos, iuſtos, doctos decet. Adulari, blandiri, omnia ad voluntatem loqui, creſcentem tumidis inflare ſermonibus vtrem, addere oleum camino, vnius*

ſcelera

ſcelera virtutes appellare, alterius virtutes ſcelera, ſi hominum eſt proborum, vel ſi hominum ſolum eſt, vos iudices adhibeo. Odium in haereticos, vt aiebam, nolo relinquatis, ſed potiora nolite negligere. Si pedes valebunt, nihil proderit capiti infirmo, at cum caput valet, & pedes & caetera membra bene ſe habent. Si haereſes ceſſabunt, quietius ſuauiusque regnabit rom. pontifex, ſed vitia ſceleraque plus in dies augentur. Omnia vobis bene cognita ſunt, ita vt ſi nolitis curare, veſtra, non aliorum culpa eſt, vosque Deo Opt. max. rationem eſtis reddituri. Ad cuius tremendum formidoloſumque tribunal, vos, rom. pontificem, caeteroſque, me denique, his litteris citatos eſſe volo. Valete. Hoc opuſculum, inſigniter rarum ideo eſſe coniicimus, quod in inſtructiſſimarum bibliothecarum catalogis illud fruſtra quaeſiuimus. Adductum vero eſt, in Joſiae Simleri *Bibliotheca* p. 543. & in *Theſauro bibliothecali* P. I. *Norimberg.* 1738. in 4. p. 135. editio memoratur *Colloquii ieſuitici*, a Chriſtiano Francken, gardelebienſi, euulgati *Baſil.* 1581. in 8. cui PAVLLI ALBVTII, *ad Jeſuitas epiſtola*, adiecta fuit.

XXXIIII.

CAII PLYNII SECVNDI Naturalis Hyſtoria in fol. formae maior. folior. 266.

Hoc libro, vt tunc erant tempora, nihil ſplendidius pulcriusque typis excuſum fuiſſe, facile nobiſcum fatebuntur, quibus illius libri exemplum, pari diligentia ornatum, in bibliotheca quadam obuium factum fuerit. Nonſolum cuiuslibet libri littera initialis, non ſpernendae magnitudinis, eximiis coloribus picta eſt, quibus puriſſimum aurum mira arte laeuigatum internitet. Quod liber varios habuerit poſſeſſores, teſtantur notae criticae, vario charactere margini adpoſitae. Quidam ex illis fol. 2. litterae initiali L.

qua PLINII ad Veſpaſianum praefatio inchoatur, inſignia ſua gentilitia adpingenda curauit, tanta arte, vt hoc genere nihil pulcrius nitidiusque effingi queat. Tenet nimirum homo ſilueſtris, crine fuluo, per totum corpus vrſi inſtar hirſutus, cana & promiſſa barba conſpicuus, manibus ſcutum rubrum, in quo luna aurea falcata conſpicitur, cui gallus gallinaceus albus inſidet, aurea corona in capite ornatus. Hominis ſilveſtris capilli, qui eumdem, quem barba colorem referunt, faſcia alba redimiti ſunt. Nonſolum inſignem criticum, ſed etiam medicum fuiſſe, qui margini obſeruationes luculentas adſcripſit, variae emendationes in textu factae, & aliorum auctorum verbis & teſtimoniis confirmatae, nec non obſeruationes medicae ſatis ſuperque teſtantur. Cum PLINIVS L. XXIII. Cap. IIX. refert, quod *in ſanctuariis* Mithridatis, *maximi regis deuicti*, Cn. Pompeius *inuenerit, in peculiari commentario, ipſius manu, compoſitionem antidoti, e duabus nucibus ſiccis: item ficis totidem: & rutae foliis viginti, ſimul tritis: addito ſalis grano, & qui hoc ieiunus ſumat, nullum venenum nociturum illo die:* his verbis, haec in margine adſcripta leguntur: *Nota hic Antidotum, ex* Mitridatis, *Regis* Ponti *ſecretiſſimo ſcrinio depromtum, aduerſus praeſentis diei venenum diu quaeſitum & praeſentaneum. Et profecto, de hoc etiam in vrbe* Senarum, *tempore peſtis certior ſum factus,* A. T. Franciſco Sutrio, *praeceptore meo: qui id apud ſeſe, plerosque alios, ad multos annos, contra peſtem & Epidymiae morbum, habuit comprobatum.* J. R. Quod ad obſeruationes criticas adtinet, vnam alteramue hic addere licebit. Ad verba PLINII L. XI. Cap. XXXVII. *Labra, quibus brochi labeones dicti*, haec adnotata leguntur: Hermolaus Barbarus *voluit hic eſſe legendum labra* a quibus, *& non* quibus. Brunci *melius quam* Brochi. Nonius, Brunci *ſunt, inquit, producto ore, dentibus prominentibus, ex* Lucilii *Satyra: Bruncus nouit lanius dente eminulo hic eſt Rhinoceros, in quo hoc obiter ſciendum, quod in omnibus* Nonii *codicibus,*

non

non eminulo, *ſed* emulo *corrupte legitur.* Paulloque infra, *Brochitate, inquit, dentium, ſenectus in equis & ceteris veterinis intelligitur, hoc eſt prominentia & magnitudine*, Bruncitate *ſcribendum ſemper.* Cum PLINIVS L. XII. Cap. I. Arbores recenſet, quae cuilibet deorum dicatae fuerunt, poſſeſſor noſtrae editionis, fabulam Phaedri XVII. libr. III. adſcripſit, quam Perottum pro ſua venditaſſe narrauit Scriuerius ad Martial. III. Ep. 20. Cum iſtius fabulae lectio, in variis locis, ab illa recedat, quae in editione Petr. Burmanni *Leid.* 1727. in 4. p. 157. inuenitur, illam hic adſcribimus:

Olim quas vellent eſſe in tutela ſua
Diui legerunt arbores: Quercus Joui
Et Mirtus Veneri placuit: Phoebo laurus (Burm. laurea)
Pinus Neptuno (B. Cybelae) *populus celſa Herculi*
Minerua admirans: quare ſteriles ſumerent
Interrogauit cauſam: Dixit Jupiter (B. Interrogauit. Cauſam dixit Jupiter)
Honorem fructu ne videantur (B. videamur) *vendere*
At me Hercules inquit: (B. narrabit) *quod quisque* (B. quis) *voluerit*
Oliua nobis propter fructus (B. fructum) *eſt gratior*
Tum (B. Tunc) *ſic Deorum genitor, atque hominum ſator.*
O nata, merito ſapiens dicere omnibus
Niſi vtile ſit (B. eſt) *quod facimus ſtulta eſt gloria.*

Verbo *Platanus*, in eodem capite, haec adpoſita leguntur: *Nota* latum *a graeco deducitur, vna littera detracta. Nam graece* Platus latus *dicitur, vnde* platos latitudo *vocatur: hinc* Plato *ille philoſophus de* humerorum latitudine *nomen aſſumpſit. Quum antea ex aui paterni nomine* Ariſtoteles *vocaretur. A* platos platea *hoc* latior *in oppido* via, *in qua conuenire populus ſolet. Eo pacto* Platanus *arbor a* late ſpargen-

 tibus

tibus ſe ramis. *Sub qua arbore* Jupiter *cum* Europa *concubuit. Et de hac arbore vid. Pandect. C. CCXXIII.* Et eiusmodi obſeruationibus omnes libri margines, qui in noſtro exemplari, ampliſſimi ſunt, referti conſpiciuntur. Sed redeamus ad editionem ipſam! Praemittuntur illi PLINII ad Marcum (L. III. Ep. V.) & ad Tacitum (L. VI. Ep. XVI.) epiſtolae, item Suetonii Tranquilli in libro *de viris illuſtribus*, Tertulliani in *apologetico*, & Euſebii caeſarienſis e libro *de temporibus*, de PLINIO teſtimonia. Haec excipit CAII PLYNII SECVNDI nouocomenſis, ad Veſpaſianum ſuum, praefatio, quam ſequitur *Synopſis earum rerum, quae ſummatim ineſſe* dicuntur *ſingulis libris.* Cuilibet libro ſubiicitur Auctorum catalogus, e quibus, PLINIVS res, quas memorat, excerpſit. In fine libri XXXVII. haec typographi leguntur verba: CAII PLYNII SECVNDI *Naturalis hyſtoriae Liber triceſimus ſeptimus & vltimus finit.* Parmae *impreſſus opera & impenſa* Andreae Portiliae. *Anno natiuitatis Domini. M. CCCC. LXXXI.* (1481) *Octauo idus iulii. Regnante illuſtriſſimo principe.* Joanne Galeazo Maria *Duce* Mediolani.

Andreas *prodeſſe uolens* portilia *multis*
Gratum opus impreſſit PLYNION *aere ſuo.*
Temporibus priſcis hunc bibliotheca tenebat
Principis: & magni diuitis: atque ducum.
Nunc emit omnis eum ciuis: quem gloria tangit:
Hunc emit argento pauper: & ore legit.
Factis aere notis debet cum diuite pauper:
His debet: quisquis diſcere multa cupit
Arte tua gaudere potes portillia *multum:*
Quae facit vt viuant omnia ſcripta: Vale.

Rariſſimae editioni finem imponunt Correctiones, Auctoris anonymi, quas vero a Philippo Beroaldo profectas eſſe, compertum habemus. Conf. Michael. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. pag. 418. die *Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu Dreszden* Tom. II. p. 569.

pag. 569. De PLINIO, & aliis *Hiſtoriae naturalis* editionibus vid. Pauli Cigalini, *de C.* PLINII SECVNDI, *Naturalis hiſtoriae Scriptoris, vera patria, eiusdemque fide & auctoritate praelectiones*, in *Theſauro Antiquitat. & Hiſtoriar. Italiae* Tomo VIIII. Part. VIII. & quem ſententiae ſuae aduerſarium nactus eſt Polycarp. Palermi *de vera C.* PLINII SECVNDI, *Patria, atque ea* Verona *Libr. III. quibus* Paulli Cigalini, *& aliorum ſententia contraria confutatur*, in *Theſauro Antiquit. & Hiſtor. Italiae* l. cit. Paulli Eberi *de Vita & ſcriptis* C. PLINII *Diſſertatio Viteb.* 1556. in 8. & in Philip. Melanchthonis *Declamationib.* Tom. IIII. *Serueſt.* 1586. in 8. pag. 356 ſeqq. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. lat.* Tom. I. L. II. Cap. XIII. p. 401 ſqq. Conf. Tom. II. p. 562 ſqq. Jo. Nicol. Funccii *Tract. de imminenti lat. linguae ſenectute, Marburg.* 1736. in 4. Cap. VIIII. §. XLIII. ſeqq. p. 538 ſqq. M. B. dl. *Vie de* C. PLINIVS SECVNDVS dans les *Memoires de* Niceron Tom. VII. p. 250 ſeqq. die *Merkwurdigkeiten der Koeniglichen Biblioth. zu Dreszden* l. cit. & Tom. III. p. 11 ſqq. p. 26 ſqq. *Gundlingiana* P. XXV. p. 367 ſqq. Jo. Harduini Catalogus editionum PLINII praecipuarum, quarum collatione eius editio emendatior prodiit, in edit. *Paris* 1723. II. Tom. in fol. Tom. I. fol. 13. De editione prima, quae *Venet.* 1469. in fol. prodiit, & tales in calce verſiculos adſcriptos habet:

Quem modo tam rarum cupiens vix lector haberet,
Quique etiam fractus pene legendus eram;
Reſtituit Venetis *me nuper* Spira Johannes;
Exſcripſitque libros aere notante meos,
Feſſa manus quondam, moneo, calamusq. quieſcat:
Namque labor ſtudio ceſſit & ingenio
M. CCCC. LXVIIII.

vid. *Memoires ſur la premiere Edition de l'hiſtoire naturelle de* PLINE dans les *Memoires de litterature* de Mr. de Sallengre Tom. I. P. II. p. 275 ſqq.

XXXV.

Prima pars Plyniani Indicis editi per JOANNEM CAMERTEM, *ordinis Minorum*, *ſacrae Theologiae D.* In qua, tabellae pictae inſtar, mira litterarum connexione dicuntur ea omnia, Geographiam praeter, quae toto Plyniano volumine continentur. *Cum gratia*, & *priuilegio vt mox ſequetur*. in 4. folior. 167.

Pars ſecunda Plyniani Indicis *eiusdem* JOANNIS CAMERTIS, Geographiam, id eſt, Terrae, & in ea regionum. montium. promontoriorum. ſpecuum. ſyluarum. fontium. lacuum. fluminum. marium. inſularum. oppidorum populorumque. deſcriptiones continens copioſe, ſecundum inter ſe ſeriem litterarum. *Cum gratia & priuilegio orbis principum vt ſupra*. in 4. folior. 55.

Prima & perquam rara, *indicis* haec eſt editio, qui poſtea variis *Hiſtoriae naturalis* editionibus, v. c. Sigismund. Gelenii *Baſil.* 1535. in fol. Jac. Dalechampii *Francof.* 1608. in 8. ob inſignem, qua ſe viris doctis, commendauit, vtilitatem, ſubiectus fuit, donec Joannes Harduinus nouum, & omnium fere, quae in Plinio occurrunt vocum, indicem concinnaret. Reſpondet *index* editioni, quae ex caſtigationibus Hermolai Barbari, *Venetiis per Bernardinum Benalium* an. 1497. impreſſa fuit, quam ob cauſſam Joſias Simlerus in *Bibliotheca* pag. 351. illum *mutatis, per alias* Plinii *editiones, foliis, inutilem eſſe coepiſſe*, adfirmat. Priuilegiis munitus eſt Leonis Pontif. rom. X. & Maximiliani II. Imperator. Romanor. Vtramque partem auctor dicauit Stephano Verbeucio pannonio, bonarum artium cultori. Primae parti praemittuntur 1) JO. CAMERTIS *Epigramma in* C. Plinii *laudem* diſtichor.

ſtichor. 20. 2) Eiusdem *in liuidos*. 3) Theodori Canner, Ordinis minor. S. Theolog. Doctor. & Auſtriae prouincial. Miniſtri *in* plinianum *indicem epigramma*. 4) Joachim Vadiani, poetae, a Caeſare laureati, *epigramma ad Lectorem*. 5) Fratr. Benedicti Chelidonii *Epigramma*. 6) Georg. Gemanii Ordin. Minor. JO. CAMERTIS diſcipuli, *Epigramma ad Lectorem*. Quae in priore parte occurrunt, auctor ipſe his verbis in fine adpoſitis, indicat: *Explicit prima pars indicis* Plyniani *edita primum per* JOANNEM CAMERTEM Minoritanae profeſſionis. *In quo demptis bis quae ad Geographiam ſpectant, (nam haec altera ſequens Indicis pars plene complectitur) illa omnia ex ordine continentur quae ſparſim & plerumque ſubobſcure* Plynius *toto opere complexus eſt. Ea autem ſunt Coelum, Mundus ipſe, ac mundi elementa, plantae, arboresque, agriculturae diſciplina, hortorum cultus, herbarum genera, medicinae ex herbis, arboribus, animalibusque, medicinae eiusdem primi inuentores, ac medici veteres excellentes, magicae vanitatis redargutio, auri, argenti, aerisque metalla, colorum differentiae, ſculptores ac pictores nobiles, marmora reliquorumque lapidum genera. Poſtremo gemmarum diuerſitates, vires, precia, rationesque quibus quae verae ſint, a facticiis dignoſci poſſunt. Habes inſuper compendio horum omnium hiſtorias nobilium actorum, quae ad morum perſecutionem, vitiorumque fugam plurimum valent.* In ſecundae partis fine, haec oculis obiiciuntur verba: *Explicit pars ſecunda* Plyniani *indicis, edita per* reuerendum ſacrae Theologiae Doctorem magiſtrum JOANNEM CAMERTEM ordinis minorum, *vbi, optimo litterarum ordine, continentur ea omnia, quae ad Geographiam pertinent, id eſt Terrae diuiſiones, atque menſurae. Gentes quae terras accolunt. Oppidorum Vrbiumque inſignium, montium promontoriorum, ſpecuum, ſyluarumque, marium, lacuum, fontium, fluminum inſularumque orbis, ac aliorum dictorum nomina: deſcriptiones. ſitus. Impreſſa*

Viennae Pannoniae *per* Hieronymum Victorem, Joannemque Singremium *artis ſocios. Sumptibus* Leonardi, *&* Lucae Alantſeae *fratrum, ac ciuium* Viennenſium *optimorum: quibus idem* JOANNES CAMERS, *apud quem tantum opus publicandi fuerat autoritas, hunc* Plynianum *indicem, facultatem tribuit imprimendi. Anno uidelicet a Chriſti natali. M.CCCCC. XIIII.* (1514) *Calendis Septembribus.* In vltima libri pagina adparet bibliopolae Leonardi Alantſee inſigne. Conf. die *Merkwürdigkeiten der königlichen Biblioth. zu Dreszden* Tom. III. p. 27. Michael Maittaire *Annales typograph.* Tom. II. p. 256. JOANNES RICVTIVS VELLINVS, Ordini Minorum adſcriptus, Theologiae doctor, ac princeps in conuentu Franciſcanorum vindobonenſi theologiae lector ordinarius, & Auſtriae prouincialis Miniſter, CAMERTIS, ſiue DE CAMERINO, cognomen, more illorum ſeculorum vſitatiſſimo, a patria Camerino, Marchiae anconitanae oppido, adſciuit, quod in *lexico eruditorum*, alia ratione ſe habet, cum Tom. I. col. 1598. JO. CAMERTEM, & Tom. IIII. col. 1506. JO. RICVTIVM VELLINVM, veluti viros diuerſos auctor adtulit. Natus fuit anno 1448. multisque ſcriptis criticis, factus eſt celebris, quorum catalogum adtulit Joſias Simlerus in *Bibliotheca* pag. 351. Diem obiit ſupremum anno aetatis XCIIX. anno ſeculi XVI. 46. Conf. de illo Anton. Poſſeuini *Apparat. ſacer* Tom. II. p. 128. Illi plerumque cum Jo. Alb. Fabricio Lib. IIII. *Biblioth. graec.* Cap. II. p. 26. verſio latina, ſoluta oratione περιηγήσεως οἰκουμένης, Dionyſii alexandrini, tribui ſolet, ſed praeter Jacobum Lectium in *corpore poetarum graecorum veterum heroicorum Graece & Latine* Geneuae 1606. in fol. edito, illam, a Jacobo Ceporino eſſe compoſitam, non ſpernendis argumentis docuit Auctor derer *Merkwürdigk. der königl. Bibliotb. zu Dreszden* Tom. III. p. 142.

XXXVI.

XXXVI.

Solinvs de Mirabilibus Mondi (Mundi) in fol. folior. 34. ſi praemiſſa folior. 9. exceperis.

Praemittuntur codici, litteris romanis ſatis nitide impreſſo, *index* & Bartolini atrienſis, *ad* Lucam Paſſum *Jeſum excellentiſſimum epiſtola*, cuius hic adſcribimus clauſulam, vbi, quid hac editione praeſtitum fuerit, exponit. *Mitto itaque ad te. mei in te amoris indicem* SOLINVM *polyhiſtora: qui cum antea multis erroribus refertus circumferretur: ita a nobis multis adhibitis & nouis & vetuſtis exemplaribus: nonnulliſque in illum* Joannis Britannici *praeceptoris noſtri obſeruationibus: caſtigatus eſt: vt putemus: omnibus linguae latinae cultoribus ſatisfeciſſe; Addidimus inſuper tabulam ita capitulatim paginatimque graphice digeſtam) vt nihil in toto ſit opere: ſiue loca: ſiue vrbes: vel aues: vel lapides: vel arbores: vel cuiuscunque generis animalia requirantur: quod vel modico temporis diſpendio non reperiri poſſit: Labores igitur noſtros ea frontis hilaritate accipies: qua a me tibi miſſi ſunt. Eos enim ſi tibi gratos eſſe probatosque ſenſero non dubitabo ſtudium meum ad altiora gravioraque accommodare. Vale* Bergomatium *decus, & me quod facis plurimum ama Iterum vale:* Brixiae *Sexto Kalen. Decembres M. CCCCIIC.* (1498). Iſtam epiſtolam excipit SOLINI ad Autium, quem poſtea Martinus Antonius Delrio in ſuis *in* CAII SOLINI *polyhiſtorem notis*, *Antuerpiae* 1572. in 8. in Antium vel Auitum, Claudius vero Salmaſius in *plinianis Exercitation. in* C. IVL. SOLINI *polyhiſtora*, Traiect. ad Rhen. 1689. in fol. Tom. I. p. 3. in Adventum mutauit, *epiſtola*. Diſpeſcitur liber SOLINI in Capita LXIIX. In fine codicis haec leguntur verba: SOLINVS *de mirabilibus mundi* Brixiae *per* Jacobum Britannicum *impreſſus Anno M. CCCCIIC.* (1498).

(1498) *die vigeſimo Nouembris.* Vid. Michael. Maittaire *Annal. typograph.* Tom. I. p. 660. Jo. Ludolph. Bünemanni *Catalog. libror. rar.* pag. 22. vbi codex 7. thaler. aeſtimatus fuit. Vid. de CAIO JVLIO SOLINO, quem grammaticum fuiſſe romanum coniicimus, & variis *polyhiſtoris* editionibus Cl. Salmaſii *prolegomena* in *exercitat. plinianis, de patria, aetate, & polyhiſtore* SOLINI, Daniel. Guil. Molleri *Diſſertat. de C.* JVLIO SOLINO *Altorf.* 1693. in 4. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. latin.* Tom. I. L. II. Cap. 13. p. 413 ſqq. Tom. II. p. 625. Jo. Nicol. Funccii *Commentar. de vegeta latinae linguae ſenectute, Marburg.* 1744. in 4. Cap. IIX. §. XVI-XXIII. pag. 709 ſeqq. Conf. Gerard. Jo. Voſſii *de hiſtoric. latin.* L. III. p. 646. Jo. Georg. Walchii *Hiſtor. critic. latin. lingu. Lipſ.* 1729. in 8. Cap. I. pag. 90. *Theſaurus bibliothecalis* P. IIII. p. 373 ſqq. Omnium prima & rariſſima SOLINI eſt editio, quae *ex officina typographica* Nicolai Jenſon *Venet.* 1473. in fol. in lucem exiit. Inſigni illam elogio ornat Claud. Salmaſius, & Joannes Maſſon. Ille l. cit. in *prolegomen.* fol. 14. illam vice Manuſcripti fuiſſe, ait, cum in multis, ac paene in omnibus, cum libris ſcriptis conſenſerit; hic in *Diſſertation critique ſur la premiere edition de* SOLIN, *où l'on fait voir l'utilité de cette edition pour la correction du texte, de cet auteur, & où l'on éclaircit quelques points de l'antiquité.* Reperitur iſta diſſertatio in l'*Hiſtoire critique de la Republique des lettres* Tom. XIIII. pag. 1 ſeqq. Conf. die *Neue Bibliothek* Tom. IIX. P. LXX. p. 796 ſqq. Jean le Clerc *Bibliotheque ancienne & moderne* Tom. X. p. 4 ſeqq. Qua ratione Plinii *hiſtoria naturali* vſus fuerit SOLINVS, vid. in Jacob. Thomaſii *diſſertat. de plagio litterario* §. 543. ſeqq. pag. 243 ſeqq. edit. *Leucopetr.* 1679. in 4.

XXXVII.

XXXVII.

STRABO de ſitu orbis. in fol. folior. 150. ſi indicem exceperis praemiſſum.

In fronte libelli comparet figura ligno inciſa, quae quinque viros cathedris inſidentes refert, calamis ſcriptoriis inſtructos, quibus, libris apertis nonnihil inſcribere conſpicuuntur. Complectitur codex libros STRABONIS *de geographia* XVII. e graeco in latinum ſermonem per Gregorium Typhernatem, & Guarinum veronenſem conuerſos. Ipſi verſioni praemittuntur 1) *index* folior. 15. 2) Antonii Mancinelli, ad inclytum virum Juſtinum Caroſium, vtriusque iuris conſultiſſimum, ciuemque veliternum *epiſtola*, in qua commemorat, quod indicem confecerit, quod onus, non tam mercede, quam vt ſtudioſis conſuleret, libenter adſumſerit. *Mercede*, ait, *quod* Bernardinus Reſina *litterarum doctorumque amantiſſimus, me diu multumque obſecrauit: aliqua* STRABONIS *geographiam ratione lucidiorem efficerem. Ad quod certe agendum publicae vtilitatis gratia quam vllo praemio (etſi minime id defuerit) motus tandem acceſſi. Sicubi vero deprauatum quid legitur: non mihi at impreſſorum potius feſtinantiae imputabitur.* Juſtinum poſtea Caroſium hiſce compellat verbis: *Tu autem* Juſtine: *qui inter Jureconſultos celeberrimus: alterque tui ſeculi* C. Figulus: *ad quem* (*vt legitur*) Romani *conſulendi cauſſa concurrere ſoliti: Nam & ad te maxima vrbis* Romae *quam incolis pars ita aduolat: quapropter etiam conſiſtorii fiſcique aduocatus electus. Tu demum poſt vbi iuris ciuilis nodos aperuiſti* STRABONIS *geographiam legens reficieris ſane perinde ac fidibus* pythagoraei &c. Scripta eſt haec epiſtola Venetiis *quinto Nonas Maias.* 1494. Ex his autem colligimus, iſtam epiſtolam & indicem STRABONIS editioni iam eſſe praemiſſum, quae *Venetiis ex officina typographica Joannis vercellenſis* an. 1494. in fol. in lucem exiit.

exiit. Sequitur in hac editione 3) Chriſtophori Nigri *carmen ad* Jo. Franciſc. Dandulum *de miſeria vitae ſecularis* diſtichor. 75. 4) Eiusd. *ad clariſſ. Ariſtocratiae* Venetae *cenſorem* D. Antonium Boldum *equitem auratum poetamque ac oratorem praecipuum carmen* diſtichor. 15. 5) Eiusd. *ad* Berardinum anconitanum *carmen* diſtich. 19. 6) Eiusd. ad *praeſtabilem Jctum* Michael. Bempenſum *carmen* diſtich. 7. 7) *Ad* Paul. II. *Pontificem max.* Joannis Andreae, alerienſis Epiſcopi, *epiſtola*, in qua inuehitur in Georgium Trabezontium, quem *Cenotimonem*, id eſt *nouum Timonem* adpellat. Controuerſiae huic occaſionem dederat Georgii Trabezontii, ſiue Trapezuntii verſio latina librorum Platonis *de legibus*, quam Nicolai V. Pontificis iuſſu confecerat, Joannes vero Andreae, Epiſcopus alerienſis, multis in locis, haud ſatis adcuratam eſſe pronunciauerat. Vid. Niceron *Memoires* Tom. XIIII. p. 330. *Giornale de' letterati d'*Italia Venèt. Tom. XVI. p. 415. & 429. Tom. XVII. p. 275. 8) *Ad* Nicolaum V. *Pontif. max.* Guarini veronenſis *in* STRABONIS *traductionem epiſtola.* 9) Eiusd Guarini *in Abſolutionem* STRABONIS *inchoati prohemium alterum, ad inſignem ac patricium equeſtris ordinis virum, d.* Jacobum Antonium Marcellum venetum. Quod ad verſionem ipſam, quae in hoc codice reperitur, adtinet, partim illa a Guarino Guarini veronenſi, partim a Gregorio Tifernate confecta eſt. Docet id nos Joannes Andreae Epiſcopus alerienſis, in *epiſtola* iam citata, vbi ſcribit: *Chriſtianitatis principes ac ſedis tuae* Romanae *eccleſiae ſanctiſſimi antiſtites recte intelligentes: & ante omnes Pontificum maximorum ſplendor ingens* Nicolaus V. *praedeceſſor haud dudum tuus pater ſancte miro ſtudio egerunt: vt* Ptolemaeus, STRABO*que* cretenſis, *non minus hiſtoricus quam Geographus atque philoſophus, &* homericae *maieſtatis illuſtris expoſitor:* Romanis *vocibus audirentur: demandata rei, mirae difficilitatis prouincia multi nominis viris:* Jacobo Angelo Florentino,

in

in mathematicis doctiſſimo, ab Alexandro V. *transferendi in latinum* Ptolemaei, STRABONIS *vero a* Nicolao *item* V. Guarino Veronenſi *&* Gregorio Tifernati. *Quorum ego in manibus ſumtis exemplaribus, ex* Gregorii *Archetypis* Aſiam *atque* Africam *deſcribi feci.* Guarini *autem* Europa *perlecta, quod in ea multa deerant fragmentis: vt puto* Graecorum: *illius exemplarium: amicorum ope addi omnia procuraui. In quo* Theodoro *meo* Gazae: *atque* Andronico Lampo: *item* Birago *graece latineque doctiſſimis viris non exigua gratia eſt habenda.* Ipſe quidem Guarinus omnes XVII. STRABONIS libros, e graeco in latinum ſermonem conuertit, ſed nouem tantummodo priores impreſſi fuerunt. Cum enim Nicolaus V. roman. Pontifex, cuius iuſſu illi ſe adcinxerat negotio, diem obiiſſet ſupremum, a propoſito deſtitit Guarinus, donec Jacobi Antonii Marcelli, patricii Veneti hortatu & munificentia permotus, STRABONIS libros reſumeret, & ſeptem libros poſteriores, decem prioribus iam translatis, & cum Gregorii Tifernatis verſione continuata, in lucem emiſſis adderet. Teſtem illius rei habemus ipſum Guarini *epiſtolam* ad Marcellum, & inprimis verba id indicant, quae in illius fine leguntur: STRABO *e* Graecia *in* Italiam *nuper aduentans triumphaturus eſt tam illuſtrem nactus hoſpitem - - maxime cum tantum opus, quod Pontifex inchoarat, mancum imperfectumque reliquerat; magnanimus eques* Jacobus Antonius Marcellus, *confectum & abſolutum ſua opera & cura addidit.* Guarini vero verſio librorum VII. poſteriorum, quod nos ſciamus, nunquam edita fuit. Quae cum ita ſint, facili negotio, illa, quae apud Gerard. Joan. Voſſium L. III. *de Hiſtoric. latin.* Cap. VII. pag. 531. apud Niceronum Tom. XXVIIII. des *Memoires* p. 125. & in *Nouveau Dictionaire hiſtorique & critique de* Jaques George Chaufepié Tom. II. litt. G. p. 101. not. A. & apud alios leguntur, & primo adſpectu ſibi aduerſari videntur, conciliari poterunt. In eo vero errorem admiſit Nice-

Niceronus, & qui illum preſſo, vt aiunt, ſequitur pede Jacob. Georg. Chaufepié, cum verſionem Guarini librorum STRABONIS VII. poſteriorum, cum libris X. decem prioribus impreſſam eſſe ſibi perſuadent. Haud etiam ſatis adcurate dicta videntur illa, quae apud Jo. Albert. Fabricium Lib. IIII. *Biblioth. graec.* Cap. I. p. 5. & 6. leguntur, vbi Jacob. Antonius Marcellus, Guarini & Gregorii Tifernatis verſionibus, *vltimam manum impoſuiſſe, & reliqua adiunxiſſe* dicitur. Eadem emendatione indigent verba in *Biblioth. med. & infim. latinitat.* L. VII. p. 291. conſpicua, cum Guarini & Gregorii Tifernatis verſionem, Fabricius *ex recenſione* Jacobi Antonii Marcelli *prodiiſſe* ſaepius, ait. Vid. de Guarino Guarini, veronenſi, praeter ſcriptores iam citat. *Giornale de' letterati d'* Italia Tom. XII. p. 352. Tom. XIII. pag. 406. Bartholom. Facii *Lib. de viris illuſtribus* ex edit. Viri Clariſſ. Laurentii Mehus *Florent.* 1745. in 4. p. 17. Scipionis Maffei *Veron. illuſtrata Veron.* 1732. in 8. Tom. II. p. 131 ſqq. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. VII. pag. 347 ſeqq. P. Baile *Dictionaire* Tom. II. p. 1332. Paul. Jouii *Elogia doctorum viror. Baſil.* 1571. in 8. pag. 253. Carmine eius elogium ſcripſit, Janus ſeu Joannes Pannonius, Epiſcopus quinquecclesienſis, cuius *Syluam panegyricam ad* Guarinum veronenſem *praeceptorem*, edidit Beatus Rhenanus, *Baſileae apud Jo. Frobenium*, 1518. in 4. Legitur etiam in Jo. Philip. Parei *Delitiis poetarum hungaricorum, Francof.* 1619. in 12. pag. 1 ſeqq. Cum anno 1460. Guarinus Guarini nonagenarius Ferrariae mortuus eſſet, Antonius panormitanus ei ſcripſit epigramma:

Quantum Romulidae *ſanctum videre* Catonem
Quantum Cepheni *volitantem* Perſea *caelo*
Alciden Thebe *pacantem viribus orbem*
Tantum laeta ſuum vidit Verona Guarinum.

De Gregorio Tifernate, ſiue Tiphernate vid. Lil. Gregor. Gyraldus *Dialog.* I. *de poetis ſui temporis*

Tom. II.

Tom. II. *Oper*. p. 387. Paul. Jouii *Elogia doctor. viror.* p. 259. P. Baile *Dictionaire* Tom. IIII. p. 2750. Omnium prima iſtius verſionis editio eſt, quae cura Joannis Andreae alerienſis Epiſcopi prodiit *Romae per Conradum Sweynheim & Arnoldum Pannarz* 1470. in fol. Vid. Michael. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 296. Editioni, quam habemus, Typographus haec addidit verba: STRABONIS amaſini *Scriptoris illuſtris geographiae opus finit.* Venetiis a Philippo pincio Mantuano *impreſſum. Anno dni. MCCCCCX.* (1510) *die XIII. Julii. Sereniſſimi D. D.* Leonardi Lauredani Venetiarum *Ducis tempeſtate.* Vid. Michael. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. pag. 216. Multis erroribus typographicis, illa deformata, neque a Jo. Alb. Fabricio in *Bibliotheca graeca* memorata fuit. De aliis editionibus vid. die *Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu Dreszden* Tom. I. p. 446 ſqq.

XXXIIX.

POMPONIVS MELA. in 4. folior. 38.

Sine dubio haec eſt editio, quam Jo. Albert. Fabricius Tom. II. *Biblioth. latin.* L. II. Cap. IIX. p. 476. ex Hermolai Barbari recenſione ad Alexandrum VI. ſine loco & tempore in 4. prodiiſſe ſcribit. Litteris romanis illa exſcripta eſt, & niſi fallimur, Italiae, natales refert acceptos. Praemittitur illi Hermolai Barbari *in* POMPONIVM MELAM, *ad* Alexandrum VI. *Pontificem max. praefatio*, quae poſtea in Abraham. Gronouii editione *Lugd. Batau.* 1722. in 8. mai. locum inuenit, vbi *trecenta loca* in POMPONIO MELA, ſe emendaſſe Hermolaus ſcribit. Edidit Hermolaus Barbarus etiam *caſtigationes, in* POMPONIVM MELAM, quae initio lucem viderunt, cum *ſecundis caſtigationibus* plinianis, *Romae formis Eucharii Argentei,*

gentei, Germani, Idibus Febr. 1493. in fol. impreſſis, poſtea autem ſaepius, cum POMPONIO MELA editae fuerunt. Fuit Hermolaus Barbarus, Zachariae filius, Franciſci nepos, Pomponii Laeti diſcipulus, Patricius venetus, patriarcha & archiepiſcopus aquileienſis, a Pontifice Innocentio IIX. conſtitutus. Cum vero hoc aquileienſe *ſacerdotium, inconſulto*, vt Pierius Valerianus *de litterator. infelicitate*, p. 9. refert, *ſenatu ſuſciperet* veneto, *exul factus, & de poſſeſſione eiectus, vitam inopem aliquamdiu traxit*, Alexandri *Pontificis ſportula ſuſtentatus: paucis vero poſt menſibus, peſtilentia contactus, deſertus ab omnibus, infeliciſſimo mortis genere oppreſſus eſt, quique laudatione & eloquentia ſua innumeros aetatis ſuae homines illuſtraverat, & funere & honore ſepulchri ita defraudatus eſt, vt vbi ſepultus, quoue hominis cadauer coniectum fuerit, ignoretur.* Erraſſe Pierium Valerianum, & Hermol. Barbarum omnino fuiſſe ſepultum, Paul. Jovii, Mr. de la Rochepozai, Oldoini, & aliorum teſtimoniis demonſtrat P. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 439. not, (L), qui cum Nicerono Tom. XIIII. des *Memoires* p. 20. illum in eccleſia della *Madonna del popolo* conditum eſſe ſcribit. Paul. Jouius in *Elogiis doctor. viror.* ſepulchrum eius, hoc elogio ornatum memorat:

Barbariem Hermolaus Latio *qui depulit omnem*
Barbarus *hic ſitus eſt, vtraque lingua gemit*
Vrbs Venetum *huic vitam, mortem dedit inclyta* Roma
Non potuit naſci nobiliusue mori

De tempore quo obierit, docti etiam viri diſceptant. Laurent. Schraderus, Barthol. Burchelati, Fr. Sweertius, Jo. Mabillonius &c. id d. XXI. Maii an. 1494. cum aetatis annum ageret XLI. accidiſſe memorant; Trithemius vero, Jacob. Philip. Bergomas, Georg. Merula, Angel. Politianus, Petr. Parenti & alii, annum 1493. menſemque Julium, illi fuiſſe emortualem conten-

contendunt. Argumenta quibus vtraque pars ſententiam ſuam confirmare ſtuduit, exponuntur a Nicerono l. cit. pag. 15 ſeqq. Multis operibus editis & ineditis inclaruit. Catalogum eorum dedit Joannes Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. II. p. 457 ſqq. *Giornale de' letterati* d'Italia Tom. XXIIX. pag. 126 ſeqq. Niceron in *Memoires* l. cit. Conf. Tom. XX. p. 70 ſeqq. Petri Criniti *de honeſta diſciplina* Lib. I. Cap. 7. L. XV. cap. 9. Jacob. Philippi Bergomatis *Supplement. Chronicor. Paris.* 1535. in fol. fol. 408. b. Joſ. Simleri *Bibliotheca* pag. 287 ſeqq. Gerard. Jo. Voſſii *de Hiſtoric. latin.* L. III. Cap. IIX. p. 559 ſeqq. Antoin. Teiſſier *Eloges des Savans de Mr.* de Thou Tom. I. *à Vtrecht* 1696. p. 331. Tom. III. *à Berlin* 1704. p. 200. Adrien Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. Part. I. §. 314. pag. 389 ſeqq. Tom. II. P. III. §. 816. p. 311 ſqq. Nicol. Comneni Papadopoli *Hiſtoria gymnaſii patauini Venet.* 1726. in fol. Tom. II. p. 27. David Clement *Bibliotheque hiſtorique & critique* Tom. II. p. 412 ſqq.

XXXVIIII.

Narratio de Conſpiratione a Comite Gouriae, contra Jacobum eius nominis Sextum, Sereniſſimum Scotorum Regem, Perthi, die Martis, qui quintus erat Auguſti anno M. D. C. intentata. *Haidelbergae* 1601. in 4. pp. 23.

Qua ratione Joannes Comes Gouriae (John Carl of Goury) & eius frater Alexander Ruthuenus (Alexander Ruthwon) regi Scotiae Jacobo VI. ſtruxerint inſidias, & ſpe eruendi theſauri, in ſuam inuitauerint domum, vt venatoribus quos ſecum duxerat relictis, omni auxilio deſtitutum interficere poſſent, & quomodo tandem rex a Lenoxiae duce, Comite

Marriae, Jo. Ramſaeo, & Thom. Areskino, e ſacrilegis eorum manibus liberatus fuerit, Thuanus P. V. Libr. CXXIIII. p. 691 ſqq. edit. *Francof.* 1621. in 8. & Auctor Partis IIII. *mellificii hiſtorici*, quod *Francof.* prod. 1649. in fol. p. 1061 ſqq. expoſuerunt, qui vero regis inſidiatores Comitem Gauriam & Alexandrum Ruuenum adpellant. Quamuis haec *narratio* ſeparatim excuſa rariſſime inueniatur, & paullo prolixior ſit illa, quae apud ſcriptores citatos legitur, verborum tamen ſimilitudo rerumque ſeries ac connexio clariſſime demonſtrat, quod alter alterius in narranda hiſtoria ſequutus fuerit veſtigia. Vtrum vero Thuanus auctorem anonymum, an ille Thuanum exſcripſerit, definire non poſſumus. Vt dictis noſtris conſtet fides, initium *narrationis*, prout illa ab Anonymo, & Thuano expoſita fuit, adſcribemus:

Anonymus	Thuanus
Dum Falclandiae *rex ageret, ſeque quotidie ceruorum venatione exerceret (quo exercitii genere eo anni tempore, ſe vt plurimum oblectare ſolet) quinto Auguſti, qui in Martis diem incidebat, inter ſextam & ſeptimam matutinam, coeli ſerenitate inuitatus, vt ſtabula praetergreſſus, equum erat aſcenſurus (venatoribus interim eius aduentum in campis expectantibus & aulicis ſe ad equos accingentibus)* Alexander Ruthuenus, *comitis* Gouriae *frater germanus, vrbem in-*	Jacobus *forte ad* Falcolandiam *ſe cottidiana ceruorum venatione oblectabat cum Nonis Sextilibus mane equum cum aulico omni comitatu conſcenſurus, vt ſolita oblectamenta repeteret*, Alexandrum Ruuenum, Joannis *Comitis* Gauriae *fratrem germanum* Pertho, *quod alias* Joannis fanum *dicitur, cui praeerat* Gaurius, *venientem obuium habuit, qui inſolita ſalutandi ratione, capite ad regis genua demiſſo, ipſum ſeductum, vultu deiecto, & oculis perpetuo humi defixis, compellat, & veſpera proxima plebeium hominem ex opidanis caput pallio velantem ſibi in*

Anonym.	Thuanus
ingreſſus, deque regis diſceſſu certior factus, eum magna celeritate acceſſit: vbi ſalutatione ſatis humili, capite ad regis genua demiſſo, (qui ſalutandi modus illi antea prorſus inſolens) peracta, apud regem a comitatu nonnihil ſeductum, vultu deiecto, & oculis perpetuo in terram defixis, tale alloquium inſtituit. Accidit, inquit, vt veſpera proxime elapſa, non procul Pertho, *vbi in praeſentia cum fratre commoror, animi relaxandi gratia prodeam, ambulanti plebeius quidam obuius fieret: cuius vt caput pallio obuolutum animaduerti, accedens propius, de nomine quidue negotii ſolus, in loco ſolitario, & auio factitaret, coepi inquirere. hic hominem tanta conſternatio inuaſit, vt nec lingua, nec alia corporis membra ſuis adeſſent officiis: hic geſtus augebat ſuſpicionem. itaque dum ſingula accuratius obſeruo, aliquid ſubeſſe ratus, ſinum aliquanto turgidiorem video, inde retecto pallio ingentem & capacem vrnam auro ad orificium refertam ſub axilla deprehendo: vt vidi, hominem*	*in loco ſolitario viſum narrat, & ad eum verba faciens cum tremere hominem & inter reſpondendum animi vagum hallucinari animaduertiſſet, aucta ſuſpicione pallium reieciſſe, & vrnam ingentem auri ad os vsque plenam ſub axilla eius deprehendiſſe; igitur eum in vrbem ſecum clam reduxiſſe, vinctumque cum vaſe, conclaui, ad quod niſi per multas fores a ſe obſeratas, nullus patet aditus, incluſiſſe, nemine facti ne fratre quidem conſcio, & ſummo mane ad ipſum veniſſe, vt ſecreti participem faceret. Proinde orare, vt quamprimum eo veniat & fortunae beneficio vtatur. Rex inito laudata eius beniuolentia, ſe excuſare, nec aequum & honeſtum eſſe, huic vt ſe negotio immiſceret; ſolos quippe theſauros in terra repertos ad fiſcum pertinere; ad haec cum* Alexander *ruſtico propoſitum fuiſſe diceret, theſaurum in terram defodere, Rex retulit, longa diuerſa eſſe, animum defodiendi habuiſſe, & defoſſum inueniſſe* &c.

nem

nem ſic onuſtum in vrbem mecum clanculum reduxi, ibique vinctum, vaſe vna relicto, nemine alio facti conſcio, conclaui, quo niſi per multas fores, iam a me obſeratas, nulli patet aditus, diligenter incluſi, & hodie cum diluculo, ante quartam matutinam, Pertho *iter ingreſſus, quanta potui celeritate, ſicut ex officio tenebar, huc ad Celſitudinem Tuam me contuli; ideo maiorem in modum Maieſtatem tuam oro, vt quam primum omni adhibita tum diligentia, tum taciturnitate, eo proficiſci Celſitudo tua dignetur, & priusquam res fiat palam, aliquid de ea ſtatuatur; hic enim proteſtor, ſancteque affirmo, me rem iſtam nemini mortalium, imo ne fratri quidem, hactenus reuelaſſe. Ad haec rex cum gratias pro beneuolentia egiſſet: nulla inquit ratione aequum aut honeſtum cenſeo, vt huiusmodi negotio me immiſceam: quando nullius liberi, ac fidelis ſubditi theſaurus, niſi forte ſub terra repertus, quod in iſto ſecus ſe habet, ad regem poſſit lege deuenire. Caeterum inquit*, Alexander, *ille mihi eſt faſſus, eo ſe fine egreſſum, vt in terram defoderet: vt plura exquirerem, nec temporis nec loci ratio ſinebat. Rex, non parum, inquit, factum ipſum a facti propoſito diſtat: nec perinde eſt animum defodiendi habuiſſe, & defoſſum inueniſſe* &c.

Niſi plane fallimur, haec *narratio*, ab Anonymo edita, iuſſu *regis* conſcripta fuit, quam poſtea Thuanus, & qui illum ſequuntur, in compendium redegerunt. Praemittitur *narrationi*, *ad* Jacobum Steuartum (Stuard) *eius nominis* ſextum, *sereniſſimum* Scotorum *regem*, *carmen exhortatorium*, *ex nominis Anagrammate* vt Orſus, Sta: Jeſus excubat, *deſumtum*, cui litterae G. D. ſubſcriptae ſunt. In calce *narrationis*, adiectum eſt *Examen Teſtium*, Falclandiae praeſentibus Cancellario, Theſaurario, Secretario, Aduocato, Georgio Homio a Spot, Roberto & Jacobo Meluillis Equitibus die 9. 20. & 22. Auguſti an. 1600. inſtitutum. Fuerunt iſti teſtes, Jacobus Vemius a Bogy, Magiſter Gulielmus Rind, & Andreas Henderſonus, qui Joannem Comitem Gouriae, magicis

magicis artibus admodum deditum fuiſſe, detulerunt, quod etiam *mantica*, magicis characteribus ac vocabulis incantatoriis plena, apud illum reperta, confirmavit. Quid poſtea cum parricidarum cadaueribus, eorum familia, & bonis actum fuerit, in *narratione* Anonymi non memoratur, id vero a Thuano, & auctore *mellificii hiſtorici* ll. citt. expoſitum eſt, qui vid. poſſunt. Conf. Guil. Camdeni *Annal. Rer. anglicar. & hibernicar. regnante* Elizabetha P. III. p. 820 edit. *Elzeuir.* 1677. in 8. Emanuel von Meteren *Niederlendiſche Hiſtorien, Arnhem* 1614. in fol. P. II. L. XXI. p. 112 ſqq. Heinr. Anshelm von Ziegler und Kliphauſen *täglicher Schauplatz der Zeit Lipſ.* 1700. in fol. d. V. Aug. num. III. p. 928 ſqq. Philip. Brietii abbauillaei S. J. Sacerdot. *Annales mundi, Vindob.* 1727. in fol. p. 877.

XXXX.

Gaſparis Colinii Caſtellonii, Magni quondam Franciae Amirallii, vita. Pſal. CII. Juſtus ſempiterna memoria vigebit: neque vnquam labefactabitur. MDLXXV. (1575) in 8. pp. 139.

Oppido rarum libellum eſſe, cognouimus e *Catalog. Biblioth.* Heukelom Ackersloot. P. III. pag. 232. *Catalog. Biblioth. ſelectioris gedanenſ.* 1748. pag. 116. *Catalog. Bibliothec.* Salthen. p. 422. & 426. Diu libelli auctor, partibus reformatorum in Gallia addictus, haud ſatis cognitus fuit, quandoquidem Bernardus de la Monnoye libellum Franciſco Hottomanno, Mr. de Fourmy, in *l'Hiſtoire des grands officiers de la Courone*, Joanni Villierio Hottomanno, Franciſci fratri, alii aliis tribuerunt. JOANNEM tamen DE SERRES, Niceronus auctorem nominare non dubitauit Tom. IIII. des *Memoires* p. 323. cum, in biblio-

 theca

theca pariſienſi regia, exemplar inueniatur, cui Petrus Puteanus, ſua, auctoris nomen, adſcripſerit manu. Res Admiralii, a prima iuuentute, praeclare & pro fide & patria, fortiter geſtas, oratione proſequitur ſatis elegante, ſed illum nonnunquam partium ſtudio fuiſſe abreptum, inuectiuae orationes paſſim, in Guiſiorum, & aliorum, qui religionis catholicae romanae, tunc temporis ſequebantur partes, inſperſae ſatis ſuperque produnt. Satis prolixus eſt inprimis in enarranda caede, qua infeliciſſimus heros trucidatus fuit. Habemus codicem nondum typis euulgatum, in quo omnia, quae, in laniena ſic dicta pariſienſi, per omnem Galliam, perpetrata fuerunt, longa verborum ſerie narrantur. Auctor nobilis Germanus J. N. a Bonheim ipſe his motibus interfuit, & ideo inter ſcriptores fide dignos, locum ſibi vindicat. Non abs re igitur fore cenſuimus, ſi iſtius auctoris verbis Admiralii caedem enarraremus, vt cum iis, quae JO. DE SERRES de illa prodidit, conferri queant. Ita vero ille: *Prima caede facta tintinnabulum pulſatum fuit, quo tres ordines ſeu turmae latronum & homicidarum antea a* Guiſianis *collectae atque ordinatae monebantur, quorum prima pars* Admiralium *acceſſit, altera dominum* Theligny, Admiralii *generum, tertia hoſpitium domini Comitis* de Roſchefacault, *qui omnes in ciuitate erant.* Montgomeri *enim in ſuburbio habitabat, minusque ſatis* Guiſianis *fidere viſus eſt. Cum ea turba, quae* Admiralii *aedes acceſſit, etiam dux* Guiſius *coniunctus fuit cum omnibus ſuis aulicis & quibusdam Heluetiis, quorum alii totam domum circumdederunt, alii impetu magno in ipſas aedes irruerunt. De* Admiralio *dicitur, quod eum tumultum hunc perciperet, domumque circumdatam videret, de lecto, qui feneſtrae proximus erat, aliquantulum ſe leuauerit, & poſtea recubuerit, finxeritque ſomnum fortem & profundum. Tunc omnes in cubiculum* Admiralii *irruiſſe, cumque nobilis quidam Germanus eos alloqueretur, quam ob rem hoc tempore, cum dominus ſuus dormiret forti-*

fortiterque aegrotaret, tali impetu irruerent, cum cum gallice loqueretur ſtatim cecidiſſe. Haec enim verba pueri erant: Que faites Vous Meſſieurs, laiſſez dormir Monſieur, il eſt malade. *Reliqui lectum* Admiralii *acceſſerunt, quorum aliquis his verbis* Admiralium *eſt allocutus:* O Admiral, Admiral tu dors trop fort. O Admiral, Admiral nimis fortiter dormis. *Alii ſic:* Behem: (Behemius, vt a JO. DE SERRES p. 130. nominatur, quidam Germanus in ducatu Virtembergenſi natus, patre, vt fertur tormentorum muralium magiſtro) n'eſt tu pas Admiral? Admiral: ouy je le ſuis. Mais Vous eſtes bien un jeune ſouldat pour parler ainſi avec un vieil Capitaine, pour le moins au reſpect de ma vieleſſe. Behem: je ſuis aſſez aagé pour te faire ta reſte. *Et haec dicendo eum miſerrime variis vulneribus confoderunt, occiderunt, trucidarunt, quorum aliquis bombardam ori admouit, cuius globus caput tranſiit. Dicitur etiam quod* Janwitzius, *ex ducatu* Wirtenbergenſi *oriundus, qui in aula* Guiſii *commoratus eſt, & adhuc commoratur, ei primum ictum inflixerit. Reliqui* Admiralii *pueri Germani ſe ſub pauimento cubiculi occultarunt. Alii ciſtas & arcas aperuerunt, omniaque, quae in aedibus erant, ſpoliauerunt, & omnes eos interficiebant, qui gallice alias loquebantur. Hoc pro certiſſimo quoque affirmatur, quod pridie ante caedem* 70000. *coronatorum acceperit, quos in expeditionem* Belgicam *collocare voluerit, hos recepiſſe dicuntur Domini* de Strozzi *quidam ſagittarii. Literas enim omnes & quicquid ibi fuerat, diligenter collegerunt, ex quibus* Admiralii *ſecreta intellecta fuere. Dicunt in aedibus XXVI. nobiles interfectos fuiſſe, qui in* Admiralii *hoſpitio, tum temporis erant.* Guiſius *interea ante aedes expectat, & num occiſus ſit, ſcire cupit, quod credere noluit, antequam per feneſtram deiiceretur. De feneſtra igitur hi latrones eum praecipitare moliti ſunt, ſed tentantibus fortiter pedibus reſtitit baec verba ſubiiciens:* O mes enfans ayez pitié d'un povre (pauvre) Souldar,

 eſpar-

eſpargnez un petit à ma vieleſſe. Mei filii, commoveamini & miſereamini hominis veterani militis, ſenectutis meae reſpectum habeatis. *Quae verba poſtrema fuere, quae protulit, ſed Heluetii bipennibus ſuis pedes illi concuſſere, & cum pedibus reſiſtere videretur, capite verſus feneſtram verſo, (quamuis brachiis & humeris adhuc repugnabat) vi haſtarum oppreſſum in plateam proiecerunt ante pedes* Guiſii. *Quo facto animum ſuum ſanguinolentum aliquantulum ſatiauit, quamuis corpus mortuum & nudum a ſuis aulicis, partim etiam a praetereuntibus innumeris vulneribus confectum fuerit, adeo quidem, vt ne hominis imaginem fere vllam repraeſentauerit. Reliqui etiam ex iisdem aedibus per feneſtras omnes proiecti.* &c. In linguam Germanorum vernaculam, JOANNIS DE SERRES liber conuerſus fuit an. 1576. in 8. Forte gallica libri verſio eſt, quam titulo: *la vie de* l'Amiral de Colignis, *Amſterd.* 1643. in 4. prodiiſſe memorat, Chriſtian Gottlieb Buderus in *Bibliotheca hiſtorica ſtruuiana* p. 375. Quae vero fides vitae Colinii gallicae tribuenda ſit, quam notiſſimus ille commentariorum fictitiorum compilator Gatien Sandras de Courtilz dedit *Coloniae* vt titulus mentitur 1686. & 1691. in 12. verba docere poterunt, quibus auctorem deſcripſit Mr. Voltaire in libro, qui inſcribitur *le Siécle de* Louis XIIII. Tom. II. *Berlin* 1751. in 12. p. 416 ſqq. vbi ait: Sandras de courtils, *né a* montargis *en* 1644. *on ne place ici ſon nom, que pour avertir les* Français *& ſurtout les étrangers combien ils doivent ſe défier de tous ces faux mémoires imprimés en* hollande. courtils *fut un des plus coupables écrivains de ce genre. il inonda l'*europe *de fictions, ſous le nom d'hiſtoires. il était bien honteux, qu'un capitaine du régiment de champagne allât en* hollande *vendre des menſonges aux libraires. lui & ſes imitateurs qui ont écrit tant de libelles contre leur propre patrie, contre de bons princes qui dédaignent de ſe vanger, & contre les citoiens qui ne le peuvent, ont mérité l'exécration*

eration publique. il a compoſé - - - la vie de l'amiral Coligni - - - *& beaucoup d'autres ouvrages, qui ont amuſé & trompé les eſprits faibles. m. à.* paris *en* 1712. Vitam JOANNIS DE SERRES pluribus verbis expoſuit Niceron l. c. p. 316 ſqq.

XXXXI.

Της Θειας Γραφης, Παλαιας δηλαδη και νεας διαθηκης, ἁπαντα. Diuinae Scripturae nempe Veteris ac Noui Teſtamenti, omnia, Recens a viro doctiſſimo & linguarum peritiſſimo diligenter recognita, & multis in locis emendata, variisque lectionibus ex diuerſorum Exemplarium collatione decerptis, & ad Hebraicam veritatem, in veteri Teſtamento reuocatis aucta & illuſtrata. *Francofurti, Apud Andreae Wecheli heredes, Claudium Marnium & Joan. Aubrium*, 1597. in fol. pp. 1098. quatuor foliis prioribus non numeratis.

Ad eam librorum claſſem, elegantiſſima BIBLIORVM editio, omnino referenda eſt, qui, noſtra aetate, rarius occurrunt. Sequuti fuerunt typographi, editionem *baſileenſem* BIBLIORVM graecorum, quae an. 1545. ex *officina typographica heruagiana* prodiit, & cum *aldino* exemplari prorſus congruit. Illa a mendis, a viro quodam doctiſſimo, & linguarum peritiſſimo, quem alii Franciſcum Junium, alii Fridericum Sylburgium fuiſſe exiſtimant, antequam prelo ſubiiceretur, diligenter recognita, a mendis purgata, & cum diuerſis aliis exemplaribus v. c. *complutenſi, antverpienſi, argentinenſi*, ac *romano* adcurate collata fuit. Praeterea variae lectiones huic editioni additae, & cum hebraeo textu collatae ſunt, & quaenam ex illis, cum veritate hebraea conueniant, proditum eſt.

Ad N. T. quod adtinet, exemplar Roberti Stephani patris & filii, typographi, exſcripſerunt, atque varias lectiones, quae non tantum in eo exemplari, ex codicibus regiis collectae continebantur, ſed & in *complutenſi* atque in aliis editionibus, & quorumdam adnotationibus, reperiri potuerunt, adiiciendas editor curauit. Neſcimus quid Auctores *actor. eruditor. lipſienſ.* an. 1688. p. 75. impulerit, vt ſcriberent hanc editionem, cum fragmentis veterum interpretum, Aquilae, Symmachi, Theodotionis, & reliquorum prodiiſſe. In praefatione quidem typographorum, omnium quidem verſionum graecarum breuis exhibetur hiſtoria, & inter lectiones variantes, nonnullae ex iſtis interpretibus excerptae conſpiciuntur, fragmenta autem ipſa adlata non fuerunt. Conf. de hac editione Jacobi Vſſerii *de graeca Septuaginta interpretum verſione ſyntagma, Londin.* 1655. in 4. Cap. IIX. p. 83. Jo. Morini *Exercitationes biblicae de hebraei graecique textus ſinceritate, Germana LXX. interpretum translatione dignoſcenda, illiusque cum vulgata collectione* P. I. *Paris.* 1633. in 4. L. I. Exercit. VIIII. Cap. I. num. 7. Jo. Millii *prolegomen. in N. T. graecum* pag. 136. Wolfgang. Franzii *de interpretatione S. S. Liber, Viteb.* 1693. in 4. p. 30. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. III. Cap. XII. pag. 326. Jacobi le Long *Bibliothec. ſacra* Tom. I. pag. 191 ſeqq. Theophil. Sinceri *Bibliotheca hiſtorico-critica librorum opuſculorumque variorum & rariorum, Norimb.* 1736. in 8. p. 4 ſqq. G. L. O. Knoch *Hiſtoriſch-critiſche Nachrichten, von der anſehnlichen Bibel-Sammlung die ſich zu* Braunſchweig, *in der hochfürſtlich. Grauenhofsbibliothek befindet* P. II. *Wolfenbüttel* 1750. in 8. p. 157 ſeqq.

XXXXII.

XXXXII.

BIBLIA cum gloſſa ordinaria. Tom. IIII. in fol. formae maximae.

Tomus I. a libro Geneſeos ad libellum vsque Ruth. folior. 253.

Tomus II. a primo libro Regum, ſiue libro I. Samuelis ad Pſalterium vsque folior. 326.

Tomus III. a libro prouerbiorum, ad Malachiam vsque folior. 301.

Tomus IIII. a primo libro Machabaeorum, ad Apocalypſin vsque, folior. 328.

Omnium primam, & rariſſimam editionem BIBLIORVM eſſe cenſemus, quae cum *gloſſa*, vt vocatur, *ordinaria*, in lucem prodierunt. Adſeruatur exemplar nitidiſſimum in Bibliotheca portenſi publica, litteris gothicis admodum luculentis, chartis impreſſum, quae ſi craſſitiem ſpectaueris, membranis pergamenis proxime adcedunt. Per omnem codicem, littera initialis reperitur nulla, ſed omnes minio & caeruleo colore adpictae, & interdum floribus pictis, adeo exornatae ſunt, vt omnem folii marginem impleant. Neque typographi, neque loci, neque anni reperitur indicium, ſed codicem ante annum 1483. & forte ipſo illo anno, in lucem fuiſſe emiſſum, verba, primae parti, manu adſcripta, ſatis ſuperque docent: *Anno domini Milleſimoquadringenteſimooctogeſimotercio* (1483). *In die ſancti luce euangeliſte Honorabilis dominus* Ihoes Czeyszener, *vicarius & capellanus in Ecleſia ſancti Michaelis parochiali In Ihen. ex hac luce migrauit. Qui hanc primam partem* BIBLIE *gloſa duplici ornatam. cum aliis tribus partibus monaſterio* bte Marie vgis *in ſuis extremis legauit. In* Boſaw. *Cuius anima requieſcat in pace. Amen.* Ex hoc monaſterio boſaugienſi, poſtea opus, in bibliothecam porten-

portenſem transmigrauit. *Gloſſae ordinariae* auctor praecipuus eſt Walafridus Strabo, ſiue Strabus, Germanus, ab oculorum vitio ita dictus. Vixit Seculo, a Chriſto nato VIIII. & diſcipulus Rhabani Mauri, monachusque fuldenſis, ordinis benedictini fuit. Ex decano poſtea coenobii S. Galli, reichenauienſis in dioeceſi conſtantienſi, factus Abbas, anno DCCCXXXXVIIII. obiit. Vid. de illo Polycarp. Leyſeri *hiſtoria poetarum & poematum medii aeui* pag. 235 ſeqq. Chriſtian. Schoettgenii *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & infim. Latinit.* L. XXI. p. 864. ſeqq. vbi plures memorantur ſcriptores, qui illum partim Angloſaxonem, partim Germanum fuiſſe ſcribunt. Ex patrum potiſſimum eccleſiaſticorum ſcriptis, & praeſertim ex praeceptoris Rhabani Mauri commentariis, *gloſſam* compilauit, quae apud homines meliorum litterarum rudes, tantam obtinuit auctoritatem, vt *ordinaria* imo & *lingua ſcripturae* diceretur. Petrus Lombardus illam plerumque *auctoritatis* nomine adlegat, & Thomas de Aquino, tam magni aeſtimat, vt in *Commentario* ſuo, *in epiſtolas* Paulli, illius verba, ſubinde veluti ex ipſo ſcripturae ſacrae codice deprompta, explicet. Quae Richardi Simonii de illa fuerit ſententia, vid. in *Hiſtoria critica veteris Teſtamenti* L. III. Cap. XI. p. 414. Acceſſerunt deinde ad *gloſſam ordinariam*, alia quaedam v. c. Hugonis de S. Caro, Cardinalis, de quo vid. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. IIX. p. 849 ſeqq. *poſtillae*, ſiue *breues commentarii in vniverſa* BIBLIA. Reperitur etiam in codice noſtro, breuior quaedam *gloſſa*, locis quibusdam obſcurioribus illuſtrandis deſtinata, quae quoniam intra textus lineas ſcribi ſolebat, *interlinearis gloſſa* adpellatur, & ab *ordinaria* diſtinguitur. Auctor illius eſt Anſelmus, ſcholaſticus & canonicus laudunenſis, in Gallia, qui anno MCXVII. mortuus dicitur. Vid. de illo Jo. Alb. Fabricii *Bibliothec. med. & infim. Latinit.* L. I. p. 305 ſqq. de illius *gloſſa* vid. Richard. Simon. l. cit.

Jo.

Jo. Frid. Mayeri *Bibliotheca biblica Lipſ.* 1714. in 4. Diſſert. IIII. §. II. pag. 50. De variis BIBLIORVM cum *gloſſa ordinaria*, editionibus vid. Richard. Simon. *Hiſtoria critica N. T.* Cap. XXVII. p. 378. Jacobi le Long *Biblioth. ſacra* Tom. II. p. 1010. & quam Chriſt. Schoettgenius l. cit. p. 868. teſtem producit *hiſtoriam litterariam* Galliae Tom. V. p. 62.

XXXXIII.

BIBLIA cum concordantiis veteris & noui Teſtamenti & ſacrorum canonum: nec non & additionibus in marginibus varietatis diuerſorum textuum: ac etiam canonibus antiquis quattuor euangeliorum inſertis ſumma cum diligentia reuiſa correcta & emendata.

Simachus atque Theodotion vel ſeptuaginta
  Addo Aquilam & quorum nomina lata patent
Quos per ab Hebreis ad grecos deinde latinos
  Biblia migrauit: factaque digna legi eſt.
Concedunt nobis: me namque interprete ſolo
  Biblia ab hebreo fonte latina fluit.
Contigit hic relegi per tot modo ſecula ſolum
  Hieronymum: & cunctos laude perire viros.

in fol. folior. 317. except. praemiſſ. & indicibus.

Litteris, quae ad gothicos adcedunt characteres, BIBLIA impreſſa ſunt, *Lugduni*, quod haec verba, in fine conſpicua, teſtantur. BIBLIA *cum concordantiis veteris & noui Teſtamenti nec non & iuris canonici: ac diuerſitatibus textuum: canonibusque euangeliorum ac quibusdam temporum incidentibus, in margine poſitis: per venerabilem patrem: fratrem* Albertum Caſtellanum venetum *ordinis predicatorum ſtudio-*

*dioſiſſime reuiſa correcta & emendata: & ad inſtar correctiſſimorum exemplarium tam antiquorum quam nouorum incontrata comparata & collata: ac per M. *Jacobum Sacon Lugduni *impreſſa. Expenſis notabilis viri dni.* Anthonii Koberger de Nuremburgis *Feliciter explicit. Anno domini. M. D. XII. I. Calendas Auguſti.* His verbis typographi inſigne, quod etiam in titulo ſe offert, oculis ſubiicitur. Exhibetur etiam in titulo imaguncula S. Hieronymi, cum hac epigraphe: *Sanctus* Hieronymus *interpres* BIBLIE. Omnis codex biblicus, figuris ligno inciſis refertus eſt; quibus nihil inconcinnius in illo genere conſpeximus. In praefatiuncula ad lectorem Impreſſor & bibliopola, quae in opere praeſtiterunt, his verbis expoſuere: - - *Primo loco pulchram & ſane vtilem acceſſiſſe totius operis diuiſionem, deinde quattuor non aſpernenda indicia, ſeu repertoria: quorum primum librorum nomina ac ordinem quo ſe conſequuntur metrice complectitur. ſecundum eadem ſed litterario ſeu alphabetico ordine & ſoluta oratione perſequitur: tertium item metrice omnia que in ſingulis capitibus totius biblie continentur ſingulis fere verbis indicat. quartum autem ordine alphabetico optimam quamque ac deſideratiſſimam materiam, vbi reperias demonſtrat. Tertio loco concordantias (vt dicunt) aliorum locorum* BIBLIE *in marginibus annotauimus: & argumenta ſeu ſummaria in frontibus capitulorum prenotauimus. Omnia demum terſe ac fideliter impreſſimus.* &c. Quod ad indices poeticos adtinet, vtriusque hic adſcribimus ſpecimen. Prior inchoatur hac ratione

Geneſis. Exo. Leui Numerorum Deuteronomi
Poſt Joſue Judicum Ruth. Regum. Paralip. Eſdre
Tobias Judith Heſter Job Pſalteriumque &c.

Poſterioris initium tale eſt

I. *Gen.*

I. II.
Gen. dier. opera de ligno vite ne edant
Sex Prohibet
III. IIII.
adam & eua. occiditur a Caym trans-
peccant Abel
V. VI. VII.
fert in paradyſum a noe noe & fili eius
Enoch & archa fit intrant
VIII. IX.
Noe de archa nudatus coram filiis
Egreditur Dormit
X. XI.
Filii & filie Noe babel egreditur
Variantur Turris &
XII.
de Terra
Abraam &c.

Indices excipit 1) *ad diuinarum litterarum, verarumque diuitiarum amatores exhortatio.* 2) narratio *de interpretibus* BIBLIORVM *graecis, &* S. Hieronymo. 3) *de quadriformi ratione diſtinguendi ſiue exponendi ſcripturam ſacram, hiſtorica vel litterali, allegorica, anagogica, tripologica* (tropologica) *vel morali.* 4) *de diuiſione totius* BIBLIE. 5) *Epiſtola* S. Hieronymi *ad* Paulinum *Presbyterum de omnibus diuine hiſtorie libris.* Haec omnia folia XIIII. complent. Cuilibet libro *praefatio* S. Hieronymi praemittitur. Initio Exodi verſiculi leguntur de decem Aegypti plagis. Nouo Teſtamento praemittuntur *Canones, qui inuenti fuerunt, ad cognoſcendum, in quibus locis, ſacri quattuor euangeliſte concordauerint vel ſimilia dixerint : & in quibus locis. omnes vel aliqui eorum idem ſcripſerint, vel quilibet eorum aliquid particulariter poſuerit.* Figurae N. T. ligno inciſae, meliores ſunt illis, quae in V. T. reperiuntur, aliumque artificem produnt. Index, qui in fine codicis conſpi-

conſpicitur, interpretationes hebraicorum nominum, ſecundum alphabeti ordinem, complectitur, fol. 25. BIBLIORVM iſtorum fecerunt mentionem Jacob. le Long Tom. I. *Biblioth. ſacr.* p. 254. Michael Maittaire in *Annal. typogr.* Tom. II. p. 226. Alberti Caſtellani, qui BIBLIORVM recognitionem in ſe ſuſcepiſſe dicitur, inter Scriptores ordinis Praedicatorum, haud incelebre nomen eſt. Multis editis inclaruit ſcriptis, quorum catalogum exhibet Jacobus Echardus in *Scriptoribus Ordinis Praedicatorum, notis hiſtoricis & criticis illuſtrat.* Tom. II. *Paris.* 1721. in fol. pag. 48. Illum circa annum 1522. admodum ſenem fuiſſe mortuum commemorant. Conf. Anton. Poſſevini *Apparat. ſac.* Tom. I. p. 30.

XXXXIIII.

BIBLIA ſacra Ad optima quaeque ueteris, ut uocant, tralationis exemplaria ſumma diligentia, pariq; fide caſtigata. His Adiecimus Hebraicarum Graecarum, caeterarumq; peregrinarum uocum, cum illarum uaria a noſtra prolatione, interpretationem. Indices inſuper tres, quibus Res, ac Sententiae, Annotationes ex ſacris doctoribus ſelectae, Locorumque inſignium deſcriptio complectuntur. *Lugduni apud Sebaſtianum Gryphium Anno a Chriſto nato* M. D. L. (1550) Tom. II. in fol. form. maior. pp. 684. 182. 284. 67. 138. 44. 115. & 22, ſi ea quae Volumini primo praemittuntur, adpendicem, & indices in titulo memoratos exceperis.

Recte Jacobus le Long in *Biblioth ſacr.* Tom. I. Cap. IIII. pag. 261. ſententiam de ſplendidiſſima & oppi-

oppido rara editione expoſuit, cum ſcribit: *Haec editio characterum forma & nitore, nulli cedit, niſi illae* (illi) *quae anno 1642 e typographia regia prodiit.* Inter omnes BIBLIORVM latinorum editiones, quae huc vsque oculis noſtris ſe obtulerunt, nullam deprehendimus, quae chartae puriſſimae ſplendore, litterarum maiuſcularum nitore, & formae auguſtae magnitudine, intuentibus ſe magis commendare poſſit, quam hoc bibliothecarum cimelion. Dicauit Sebaſtianus Gryphius ſplendidiſſimum opus, *reuerendiſſimo domino* D. Joanni Bellaio *ſingulari totius ordinis purpurati ornamento, digniſſimoque* Pariſiorum *praeſuli.* In epiſtola dedicatoria, duobus potiſſimum nominibus ſe adductum fuiſſe, ſcribit Gryphius, vt hanc inſtrumenti vtriusque hiſtoriam, maioribus auguſtioribusque typis excuſam illi conſecraret: partim vt tanti viri, velut numinis cuiusdam tutelaris, nomine, in ipſo ſtatim limine praefulgente, nonnulla ex eo toti operi dignitas, & quaedam quaſi maieſtas accederet: *partim quod vniuerſum*, ita pergit Gryphius, *quantus quantus erit, inſtituti huius fructum clariſſimae veſtrae familiae, atque adeo* Guilielm. Langaeo *fratri tuo amantiſſimo, fortiſſimoque* Galliarum ὑπεραςπιστῇ *optimo iure deberi intelligeremus. Is etenim, donec vitam morte commutauit, aurem nobis vellere non deſtitit, vt valere iuſſis inſulſiſſimis aliquot Neotericorum libellis, meris* (*vti aiebat*) *piperis & turis cucullis, praeſtantiſſimum quenque veterum, ea typorum amplitudine excuderemus, qua & nominis noſtri dignitati poſſemus conſulere, & ſummam optimi cuiusque gratiam beneficio noſtro emereri. Quod quidem hominis ſapientiſſimi conſilium, quamuis etiam tum non inutile videretur: fecit tamen temporum iniquitas, ſuperiorumque bellorum tempeſtas, vt commodius in tempus id differre cogeremur. Verum quando ita ſuperis viſum eſt, vt tot tandem malis defungeremur, diſcuſſisque bellorum nubibus, mari aliquanto pacatiore, vela faceremus, viſum eſt & nobis animum recipere, & priſti-*

num inſtitutum, intermiſſum, omni animi contentione repetere: idque eo libentius, quod ingraueſcente iam aetate, oculorumqne acie iugi lectione nonnihil hebetata, re ipſa ſimus edocti, minutiores illae, & viſum propemodum fugientes litterulae, quantum luminibus afferant, & detrimenti. Porro cum probatiſſimum quemque veterum (modo vita diuturnior contigerit) eadem typorum amplitudine ſtatuerim excudere, auſpicatiſſime tamen viſus ſum facturus ſi quemadmodum Aratus *ille a ſuo* Joue, *ita nos quoque a diuinis exorſi, Legis vtriusque hiſtoriam, hoc eſt vniuerſum fidei noſtrae myſterium, velut primum in aciem emitteremus.* &c. Volumini I. praemittuntur 1) *Librorum veteris & noui Teſtamenti ordo.* 2) Hieronymi *prologus galeatus.* 3) *Index Teſtimoniorum, a* Chriſto *& apoſtolis, in N. T. citatorum, quae huc, in id congeſta ſunt, vt pii lectores natiuam quorundam intelligentiam, facile aſſequi valeant, quae ab ipſo* Chriſto *vero interprete, & ſpiritu eius, per apoſtolos tradita: perſpiciant; in quem vſum ea adduxerint apoſtoli & Euangeliſtae.* 4) *Index alter, in quo itidem Noui inſtrumenti teſtimonia ex vetere excerpta annotauimus, ſi non ad verbum iuxta ſententiam, ex quorum collatione cum iis a quibus videntur deſumta, non parum lucis accedet chriſtianis lectoribus.* 5) *Epiſtola beati* Hieronymi *ad* Paulinum *presbyterum, de omnibus diuinae hiſtoriae libris.* Hanc excipit 6) *Praefatio* S. Hieronymi *Presbyteri in Pentateuchum* Moyſis. Ceterum haec BIBLIA, in octo diſtributa ſunt partes, quarum quaelibet nouum orditur paginarum numerum, nouumque titulum praefixum habet. Volumen I. duas complectitur partes, quarum 1. libros Pentateuchi ad Jobum vsque ob oculos ponit. 2. continet Pſalmorum librum, prouerbia, Eccleſiaſten, Canticum canticorum Salomonis, librum ſapientiae, & Eccleſiaſticum Jeſu, filii Sirach. Voluminis II. 1) pars per typothetarum errorem pagina inchoatur 166. & prophetarum ſcripta complectitur. 2) Machabaeorum libros duos, 3) Euan-

3) Euangeliſtas quatuor, 4) Acta Apoſtolorum, 5) epiſtolas Paulli & catholicas Jacobi, Petri, Joannis, & Judae, 6) Apocalypſin B. Joannis apoſtoli. His omnibus & in V. & N. Teſtamento Hieronymi praemittuntur paſſim praefationes. Liber Nehemiae, in hac, vt & in aliis editionibus, Esdrae vocatur ſecundus, librumque III. & IIII. comites habet. In titulo voluminis primi, nec non in fine apocalypſeos, typographi reperiuntur inſignia, quibus ad nomen ſuum ſpectauit, ſaeuum ſcilicet id animal, a fabularum ſcriptoribus fictum, & gryphis nomine dictum, hoc adſcripto lemmate: *Virtute Duce, Comite Fortuna.* Haec praeterea in Apocalypſeos fine, verba adſcripta leguntur: Sebaſtianus Gryphius *excudebat* Lugduni *Anno* 1550. Secundo volumini addita ſunt. 1) *Hebraea, Chaldaea, Graeca & Latina nomina, virorum, mulierum, populorum, idolorum, vrbium, fluuiorum, montium caeterorumque locorum, quae in* BIBLIIS *leguntur, reſtituta, cum latina interpretatione: additis etiam* BIBLIORVM *locis, in quibus ita ſcripta leguntur: qua in re interpretationem, quae in* BIBLIIS Compluti *excuſis erat, fere ſecuti ſumus, adiecta nominibus, quorum proprii characteres ignorabantur, D. littera, quae dubiam eſſe interpretationem ſignificet: Graecis vero G. littera, quae petitam eſſe a Graecis interpretationem admoneat.* folior. 34. 2) *Index rerum & ſententiarum V. & N. T,* folior. 16. & dimid. 3) *Index ſelectarum ex ſacris Doctoribus annotationum, quae ſtudioſis maxime conferant veluti quaedam tum* BIBLIORVM *textus propugnacula, tum aduerſus graſſantes in eundem errores antidota* folior. 8. & dimid. Nonnulla errata typographica & e V. & e N. Teſtamento excerpta, in ſecunda tituli Voluminis I. pagina, lectorum oculis expoſita ſunt. Quod nos quidem ſciamus, haec rariſſima BIBLIA, a nemine hucusque deſcripta fuerunt. Capita nondum in verſiculos diſtincta, variantes vero & loca παράλληλα, margini adſcripta ſunt. Verba quibus Jehouah Ser-

 penti

penti maledixit Gen. III. p. 3. hac ratione expreſſa ſunt: *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius: ipſa conteret caput tuum & tu inſidiaberis calcaneo eius.* Vocula *ipſa* * notata, & in margine adpoſita habet, *ipſum:* Eodem anno 1550. ex eadem officina typographica prodierunt *Biblia ſacra, iuxta vulgatam editionem ad vetuſtiſſima exemplaria caſtigata* V. Voluminibus in 12. vid. die *Merckwürdigk. der Königl. Biblioth. zu Dr.* Tom. I. p. 406.

XXXXV.

Das ALLTE TESTAMENT deutzsch. Marti. Luther. *Wittemberg. M. DXXIIII.* (1524.) in 8.

Rariſſimus codex, multis figuris, eleganter ligno inciſis, ornatus, in tres partes diſtinctus eſt. Prima, cuius titulum adſcripſimus, foliis 220. abſoluitur, & Pentateuchum ob oculos ponit, cuius in fine hæc leguntur verba: *Gedrukt zu* Wittemberg *durch* Melchior Lotther *den iungen M. D. XXIIII.* Secundae partis titulus eſt: *Das ander teyl des* ALTEN TESTAMENTS. *Wittemberg.* Conſtat fol. 275. & complectitur *das Buch Joſua, das Buch der Richter, das Buch Ruth, das erſt und ander teyl des Buchs Samuel, das erſte und ander teyl von den Königen, das erſte vnd ander teyl der chronica, das Buch Eſra, das Buch Nehemia, das Buch Eſther,* cuius in calce haec adpoſita ſunt verba: *Ende des andern teyls des* ALTEN TESTAMENTS. *Gedruckt zu* Wittenberg, Melchior Lotter, *der iünger. Im iar nach Criſti gebürt Tauſent fünffhundert vnd vier vnd zwentzig.* (1524). *Das dritte teyl des* ALLTEN TESTAMENTS. *Wittemberg M. D. XXV.* (1525.) continet *das Buch Hiob, den Pſalter, die ſprüch Salomo, den prediger Salomo, das Hobelied Salomo.* Hæc omnia fol. 136. impreſſa ſunt. Praefationes, quas Lutherus libris biblicis praemiſit, ſuo loco poſitae conſpiciuntur. Ex recen-

ſione

ſione partis primae, quae legitur in denen *Nachrichten von einer halliſchen Biblioth.* Tom. III. p. 10 ſqq. reliqua facile diiudicari poterunt. Conf. Viri Excellentiſſ. Jacobi Burckhardi *Hiſtoria Bibliothecae auguſtae, quae* Wolffenbutteli *eſt*, P. I. *Lipſ.* 1744. in 4. Lib. I. Cap. IIII. p. 135 ſqq. Jacob. Frideric. Reimmanni *Catalogus Biblioth. theologic.* p. 246 ſqq. Pars prima anno 1525. recuſa fuit, vt verba editionis, quae ante oculos verſatur, in fine conſpicua, produnt: *Gedruckt zu* Wittemberg Michel Lotther *M. D. XXV.* Adiicitur illi parti, quod in editione anni 1524. non inuenitur, *Das beychtgebet* D. Martini Luther, & *Eyn ander andechtig beychtgebet* Manaſſe *des Königes* Judae.

XXXXVI.

Die Propheten alle deudſch. D. M. Luther. 1544. in 8. folior. 382.

In fine editionis a Jacobo le Long in *Biblioth. ſacr.* omiſſae, haec leguntur verba: *Gedruckt zu* Erffurdt *durch* Melcher Sachſſen *in der Arcken Noe. M. D. XLIIII.* (1544). Cuiuslibet propetiae initio, Martini Lutheri praefatio & figura ligno inciſa conſpicitur.

XXXXVII.

Das newe Testament. Doct. Mart. Luth. *Begnadet mit Churfurſtlicher zu Sachſen Freiheit. Wittemberg Gedruckt durch Hans Lufft*, 1579. in 8. folior. 407.

Non adeo frequentes eſſe libros, qui anno 1579. & annis ſequentibus, ex officina Jo. Lufftii prodierunt, teſtatur Georgius Guſtauus Zeltnerus in der *kurtzgefaſten Hiſtorie der gedruckten Bibel-Verſion und anderer*

Schrifften Mart. Lutheri *Norimb.* 1727. in 4. p. 105. not. (x). Jacobo le Long illa plane incognita fuit editio. Verba 1 Joh. V. ſuo jam loco inſerta conſpiciuntur. Omnia præterea, quæ in den *Nachrichten von einer halliſchen Biblioth.* Tom. III. p. 16 ſqq. de editione an. 1546. adnotata fuerunt, de hac quoque dici poterunt.

XXXXIIX.

EVANGELIVM Matthei, Marci, Luce, Joannis auſz der Translacion Eraſmi von Roterdam ynsz deutſche gebracht in 8.

Quis verſionis fuerit auctor, quo anno, & a quo typographo expreſſa fuerit, ignoramus, cum exemplari, quod ante oculos verſatur, titulus & nonnulla folia in fine deſunt. Librum initio Seculi XVI. *Lipſiae* typis fuiſſe excuſum, ideo credimus, quod in titulo Evangelio Lucae praemiſſo, ciuitatis lipſienſis compareant inſignia. Verſionem a variis fuiſſe compoſitam, verba praefationis, in euangelium Matthaei, teſtari videntur, vbi haec legimus: - - *Derhalben hab ich Got zu Lob vñ furderung menſchlicher erkentnisz der woll und gutheit* Chriſti *der zweyen vornemlichiſten euangeliſten* (*vmb kurtz willen*) Mathei *und* Johannis *gezeugnis, in kleine form vorfuegt zu trucken, welche auch durch hochvorſtendige, In clarer vñ vorſtendiger deutſche Sprache dann vorhin ytzundt neulich gebracht ſein, Domit ſich ein itzlicher chriſtgleubiger menſch an allen ortern deſter bequemer darin mag vben, Got allein zu lob vnd ere, Amen.* Cuilibet euangelio ſingularis praefigitur titulus. Capitibus, in tribus euangeliis poſterioribus, argumenta præmittuntur, quae in Matthæi euangelio omiſſa ſunt. Verſionis ſpecimina haec eſſe poterunt: Luc. XII. legitur: *Es hatte etwan einem reychem manne ſeinn agker volligklich fruchte gebracht,*

bracht, vnd er gedachte in ym ſelber ſprechende, was ſol ich thun; wen ich habe nicht do ich meine fruchte hin ſameln muge, vnd er ſprach, das wil ich thun, ich wil zubrechen meine ſchewnen und wil groſsere bawen, vn̄ do wil ich alle die gutter, die mir gewachſen ſein hinſameln, vnd will ſprechen zu meiner ſeble, Seble du haſt vil gutter ym vorradt auff vil yar, hab rwge (ruhe) *isz, und tringk, vnd frewe dich, Es ſprach aber Got zu yme. Dw thore in diſer nacht werden ſie deine ſehle wider von dir forderun, Wesz werdenn nwh dieſe dingk ſeinn, die dw geſammeltt haſt, alſo geſchieth deme der ym einen vorradth machtt, vnnd iſt nicht reych bey gotthe.* Luc. XXII. *vn̄ er iſt auszgegangen, als er phlag an den oelberck, ym haben aber auch nachgefolgt ſeine iunger, vn̄ als er kam, an den ort ſprach er zu yn̄, Bettet das yr nicht eingehet in vorſuechunge, vn̄ er iſt von yn hinwegk gegangen, leichte einen ſteinwurf, iſt auf ſeine knie gefallen hat gebetet vn̄ geſprochen: Vater ſo du wildt, ſo nim hinweg dis trinckgefeſse von mir, - - vnd ſein ſchweyſch was als die Bluthtroppen die gelawffen habenn auff die erde vnnd als er was von dem gebeth auffgeſtanden vnd zu ſeinen iungern kommen, fant er ſie ſchlaffende vor betruebnisz, vn̄ er ſprach zu yn. Waz ſchlaffet yr, ſtehet auff un̄ bettet auf das yr nicht eingehit in vorſuchunge, als er noch redte ſehet ein ſchar, vnd der genanth was* Judas *einer aus den zwelffen gieng yn fur, vnd er nahete zu Jeſu das er yn kuſsete.* Jeſus *aber ſprach zu ym.* Juda *mit dem kuſse vorretteſt du dem ſohin des menſchen. Es ſahen aber die wellich bey yme warenn, was zukunfftig was, vnnd ſprachen tzu yme, Herre ſolle wir nicht mit dem ſchwerte ſchlahen. Vnd einer ausz yn ſchlug den knecht des furſthenn der Priſter, vnnd hib ym abe den rechthenn obrlappen. Es antworte aber* Jeſus *vnnd ſprach tzu ynenn. Halteth ynne bis alher, Vnd als er hatte angerurth ſeinenn obrlappen machte er yhnn wider geſunt.* Joh. XII. Lazarus *aber was eyner von der zall der beyſitzer am Tiſch.* Maria *nam ein pfunt vngents von edlem*

lem probirten Nardo vnd ſalbete die fuesz Jheſu, *vnd truckenet abe ſeine fusz mit iren haer. Daszhausz aber iſt erfullet worden vom ruche oder ſchmack des vngentsz.* Haec ſane ſpecimina, verſionem ſatis eſſe incomtam, produnt. Α'ρχιερεὺς, qui in euangelio Matthæi, Marci, & Lucae *der oberſte Prieſter*, it. *der Fürſte der Prieſter* adpellatur, per omnem Johannem vocatur der *Biſchoff*, quod etiam docet, verſionem a diuerſis eſſe adornatam. Ille præterea, qui Joannem tranſtulit, ſæpe numero variis ſynonymis vſus eſt, e.g. Cap. VIIII. *Da er ſollichs geredte, ſpey er aus auff die erden, vnd machete einen kot aus den ſpeychel, vnnd ſtreich* oder ſchmieret *den kot auff die augen des blinden vñ ſprach zu ym, Gee hyn waſche dich in der ſchwemme*, wett, oder weyer, *Siloe, das deutt als vill als geſandt.* C. XI. Jeſus *der weinete* oder zehrete. *Es was aber ein grufft* oder ſpeluncke. Cap. XII. *Nun iſt das gericht* oder vrteyl *der werlt. Nun wirt der Furſt diſer werlt auszgetriben* oder verbannet *werden. Vnd wo ich von der Erden erhohet* oder aufgehenckt *werde, wil* oder werde *ich alle ding* oder alle Menſchen *zu mir zihen &c.*

XXXXVIIII.

Dat NYEUWE TESTAMENT ons heren. Jheſu Chriſti, Als ſinte Mattheus, ſinte Marcus, ſinte Lucas eñ ſinte Johannes, beſcreuen hebben met alder naerſticheit ouerſien ende verduytſt. Met ſinte Pauwels Epiſtolen eñ die wercken Apoſtelen Ende dye openbaringhe Johannis met dye figueren. Noch ſiin hierbi geſet die Epiſtelen wten ouden Teſtamente, die men Jaerlick hout inder heyliger kerken. Chriſtus ſpreeckt Marci int XVI. Capittel. Gaet in alle dye werelt ende predict dat Evangelium, alle creatueren Wye dat ghelooft,

gheloofr ende ghedoopt is, ſal ſalich ſyn. in 8. fol. 392.

Editio, a Jacobo le Long, Mich. Maittaire, aliisque, qui in recenſendis bibliorum vtriusque Teſtamenti, editionibus, operam collocarunt, non memorata fuit. In fine, editionis tempus, hac ratione deſignatur: *Dyt* NYEUWE TESTAMENT *is gheprent nac dye alder correcxſte Exemplaeren, dye met Gracie ende Preuilegie gheprent zyn, Ende is voleynt te* Leyden *in* Hollandt *By my* Pieter Janzoon *Int Jaer ons Heeren MCCCCC ende XXXVI.* (1536.) *den IIII dach van Auguſto. Lof. God. van. Al.* Initium facit *Almanack geduerende tot LXIIII. Jaren.* Reperitur tabula etiam ligno inciſa, vt in faſtis nonnullis hoc tempore fieri conſpicimus. In illa duodecim Zodiaci ſignorum influxus deſcribitur, quem quodlibet ſignum, in membrum aliquod humanum habere, vulgo exiſtimant. Praemittitur inſuper euangelio Matthaei *dye tafele, om te vinden dye Epiſtelen ende Evangelie, alſomen die binnen den geheel ende Jare in der Kercken houden.* Apocalypſi adiiciuntur *de Epiſtelen wt den ouden Teſtamente ghenommen, die men iaerlick in der Kercken leeſt op ſommighe daghen.* Eas ſequuntur *die Epiſtelen wt den ouden Teſtamente, die men binnen den iare houdt in der kercken van den heyligen.* Verba 1 Joh. V, 6. 7. 8. hac ratione leguntur: *Dese is die daer cōet met water ēn bloet* Jeſus Chriſtus, *nz met water allene, maer met water ēn bloet, Ēn die geeſt is, die daer tuyget, want die geeſt warachtich is. Want drie zynder die daer getuych geuen wten hemel, die Vater dwoort, ēn die heylige geeſt, ēn deſe drie zyn ēē. En drie zynder die getuygenis geuen inder aerden, die geeſt dat water ēn daz bloet, ēn die drie zȳ ēē.* Figuris ſatis eleganter, ab artifice ligno inciſis, hæc editio, & inprimis Apocalypſis ornata eſt.

L.

Συμφωνία ἢ σύλλεξις τῆς διαθήκης τῆς καινῆς συλλέξαντος ΞΥΣΤΟΥ τοῦ ΒΕΤΟΥΛΗΙΟΥ τοῦ τῆς Αὐγούστης τῶν Βινδελικῶν γραμματοδιδασκάλου. Noui Teſtamenti Concordantiae graecae, Opus magno vſui omnibus ſacrarum ſcripturarum vere ſtudioſis futurum: ſingulari nuper XYSTI BETVLEII *bonarum literarum apud inclytam Vindelicorum Auguſtam doctoris*, induſtria collectum inque lucem editum. *Cum Caeſ. Majeſt. gratia & priuilegio ad quinquennium. Baſil.* in fol. folior. 288.

Annus, quo editus eſt liber, in fine expreſſus fuit: Baſileae *ex officina* Joannis Oporini. *Anno ſalutis humanae M. D. XXXXVI.* (1546.) *menſe Januario.* Quantae liber ſit raritatis, haec verba teſtantur in *Catalog. Bibliotb.* Salthen. p. 208. conſpicua: *Omnium primae, ac proinde etiam rariſſimae ſunt hae* Concordantiae, *quas deinde ſecutae ſunt* Stephanianae & Schmidianae. *Et quanquam allegatione verſuum, vtpote tunc nondum inuentorum, deſtitutae ſint; hoc tamen prae ſequentibus iam dictis habent peculiare, quod diuerſas vnius vocis ſignificationes notauerit & diſtinxerit* XYSTVS, *id quod* Stephanus & Schmidius *omiſere.* Conf. Jac. le Long *Bibliotb. ſacr.* Tom. I. p. 456. & 545. Dicauit BETVLIVS opus ſuum, Jo. Welſero & Jacob. Herbrot, auguſtanae ciuitatis Coss. In illa, opus hortantibus in primis & impellentibus Bonif. Lycoſthene, Ambroſio Blaurero, Sim. Grynaeo, Wolfgang. Muſculo, & Wolfgang. Weyſſenburgo ſe ſuſcepiſſe profitetur. In praefatione ad lectorem commemorat, quibus potiſſimum modis haec *Symphonia graeca* a *latinis* differat *concordantiis*, quas tamen velut exemplar ab initio ſibi propoſuerat. Praefationem ſequuntur Jacobi Crellii, Joh. Cratonis, Sebaſtiani Caſtalionis, Andreae Dietheri, Conradi Geſneri & Rodol-

Rodolphi Gualtheri Carmina encomiaſtica, graeca pariter & latina. Natus fuit XYSTVS BIRCK, ſiue BETVLEIVS, Auguſtae Druſi, quae hodie Memmingà vocatur, anno 1500. vid. Viri celeberr. Samuel. Formey *Ducatiana ou Remarques de feu* M. le Duchat *ſur divers ſujets d'hiſtoire & de litterature à Amſterd.* 1738. in 8. Tom. II. p. 359. Studiis, in variis ſcholis & academiis, ad finem perductis, primum in officinis typographicis Cratandri, Frobenii, Bebelii relegendis & emendandis plagulis, operam dedit & poſtea anno 1530. ſcholae baſileenſi S. Theodori præpoſitus fuit. Tandem inde euocatus, in patriam conceſſit, & ibidem ſcholae, quae a S. Anna nomen adepta eſt, annos XVI. præfuit. Obiit XIII. Kal. Jul. anno 1554. aetatis anno LIIII. Vitam illius data, quod aiunt, opera conſcripſit Joan. Niſaeus, quae editioni Lactantii *cum piis ac eruditis* XYSTI BETVLEII *commentariis Baſil. apud Henric. Petri* 1563. in fol. editae praemittitur. Conf. Joſ. Simleri *Biblioth.* p. 689. Henric. Pantaleonis *Proſopographia* P. III. *Baſil.* 1566. p. 254. Melchior Adami *vitae germanor. philoſophor.* p. 74 ſqq. Niceron *Memoires* Tom. XLII. p. 312 ſqq. Philipp. Jacob. Crophii *Hiſtoriſche Erzehlung von dem Vrſprung und Schickſalen des Gymnaſii zu* S. Anna *in* Augſpurg, *und dem Leben und Schrifften der darinnen ehemals lehrenden Profeſſorum & Rectorum, Augſpurg* 1740. in 8. P. I. §. 7. p. 14 ſqq. & alibi paſſim.

LI.

CONCORDANTIAE Bibliorum vtriusque Teſtamenti Veteris & Noui, perfectae & integrae, quas reuera maiores appellare poſſis. Opus ſacrarum literarum ſtudioſis apprime vtile, denuo poſt omnes, quae praeceſſerunt editiones, multis deprauatis locis commode reſtitutis & caſtigatis, ſummo

dioſiſſime reuiſa correcta & emendata : & ad inſtar correctiſſimorum exemplarium tam antiquorum quam nouorum incontrata comparata & collata : ac per M. Jacobum Sacon Lugduni *impreſſa. Expenſis notabilis viri dni.* Anthonii Koberger de Nuremburgis *Feliciter explicit. Anno domini. M. D. XII. I. Calendas Auguſti.* His verbis typographi inſigne, quod etiam in titulo ſe offert, oculis ſubiicitur. Exhibetur etiam in titulo imaguncula S. Hieronymi, cum hac epigraphe: *Sanctus* Hieronymus *interpres* BIBLIE. Omnis codex biblicus, figuris ligno incisis refertus eſt, quibus nihil inconcinnius in illo genere conſpeximus. In praefatiuncula ad lectorem Impreſſor & bibliopola, quae in opere praeſtiterunt, his verbis expoſuere : - - *Primo loco pulchram & ſane vtilem acceſſiſſe totius operis diuiſionem, deinde quattuor non aſpernenda indicia, ſeu repertoria : quorum primum librorum nomina ac ordinem quo ſe conſequuntur metrice complectitur. ſecundum eadem ſed litterario ſeu alphabetico ordine & ſoluta oratione perſequitur : tertium item metrice omnia que in ſingulis capitibus totius biblie continentur ſingulis fere verbis indicat. quartum autem ordine alphabetico optimam quamque ac deſideratiſſimam materiam, vbi reperias demonſtrat. Tertio loco concordantias (vt dicunt) aliorum locorum* BIBLIE *in marginibus annotauimus : & argumenta ſeu ſummaria in frontibus capitulorum prenotauimus. Omnia demum terſe ac fideliter impreſſimus.* &c. Quod ad indices poeticos adtinet, vtriusque hic adſcribimus ſpecimen. Prior inchoatur hac ratione

Geneſis. Exo. Leui Numerorum Deuteronomi
Poſt Joſue Judicum Ruth. Regum. Paralip. Eſdre
Tobias Judith Heſter Job Pſalteriumque &c.

Poſterioris initium tale eſt

I. *Gen.*

I.	II.	
Gen. dier. opera	*de ligno vite ne edant*	
Sex	Prohibet	
III.	IIII.	
adam & eua.	*occiditur a Caym*	*trans-*
peccant	Abel	
V.	VI.	VII.
fert in paradyſum	*a noe*	*noe & fili eius*
Enoch	& archa fit	intrant
VIII.	IX.	
Noe de archa	*nudatus coram filiis*	
Egreditur	Dormit	
X.	XI.	
Filii & filie Noe	*babel*	*egreditur*
Variantur	Turris	&
XII.		
de Terra		
Abraam &c.		

Indices excipit 1) *ad diuinarum litterarum, verarumque diuitiarum amatores exbortatio.* 2) narratio *de interpretibus* BIBLIORVM *graecis, &* S. Hieronymo. 3) *de quadriformi ratione diſtinguendi ſiue exponendi ſcripturam ſacram, hiſtorica vel litterali, allegorica, anagogica, tripologica* (tropologica) *vel morali.* 4) *de diuiſione totius* BIBLIE. 5) *Epiſtola* S. Hieronymi *ad* Paulinum *Presbyterum de omnibus diuine hiſtorie libris.* Haec omnia folia XIIII. complent. Cuilibet libro *praefatio* S. Hieronymi praemittitur. Initio Exodi verſiculi leguntur de decem Aegypti plagis. Nouo Teſtamento praemittuntur *Canones, qui inuenti fuerunt, ad cognoſcendum, in quibus locis, ſacri quattuor euangeliſte concordauerint vel ſimilia dixerint: & in quibus locis. omnes vel aliqui eorum idem ſcripſerint, vel quilibet eorum aliquid particulariter poſuerit.* Figurae N. T. ligno inciſae, meliores ſunt illis, quae in V. T. reperiuntur, aliumque artificem produnt. Index, qui in fine codicis conſpi-

conſpicitur, interpretationes hebraicorum nominum, ſecundum alphabeti ordinem, complectitur, fol. 25. BIBLIORVM iſtorum fecerunt mentionem Jacob. le Long Tom. I. *Bibliotb. ſacr.* p. 254. Michael Maittaire in *Annal. typogr.* Tom. II. p. 226. Alberti Caſtellani, qui BIBLIORVM recognitionem in ſe ſuſcepiſſe dicitur, inter Scriptores ordinis Praedicatorum, haud incelebre nomen eſt. Multis editis inclaruit ſcriptis, quorum catalogum exhibet Jacobus Echardus in *Scriptoribus Ordinis Praedicatorum, notis hiſtoricis & criticis illuſtrat.* Tom. II. *Paris.* 1721. in fol. pag. 48. Illum circa annum 1522. admodum ſenem fuiſſe mortuum commemorant. Conf. Anton. Poſſevini *Apparat. ſac.* Tom. I. p. 30.

XXXXIIII.

BIBLIA ſacra. Ad optima quaeque ueteris, ut uocant, tralationis exemplaria ſumma diligentia, pariq; fide caſtigata. His Adiecimus Hebraicarum Graecarum, caeterarumq; peregrinarum uocum, cum illarum uaria a noſtra prolatione, interpretationem. Indices inſuper tres, quibus Res, ac Sententiae, Annotationes ex ſacris doctoribus ſelectae, Locorumque inſignium deſcriptio complectuntur. *Lugduni apud Sebaſtianum Gryphium Anno a Chriſto nato M. D. L.* (1550) Tom. II. in fol. form. maior. pp. 684. 182. 284. 67. 138. 44. 115. & 22. ſi ea quae Volumini primo praemittuntur, adpendicem, & indices in titulo memoratos exceperis.

Recte Jacobus le Long in *Biblioth ſacr.* Tom. I. Cap. IIII. pag. 261. ſententiam de ſplendidiſſima & oppi-

oppido rara editione expoſuit, cum ſcribit: *Haec editio characterum forma & nitore, nulli cedit, niſi illae* (illi) *quae anno 1642 e typographia regia prodiit.* Inter omnes BIBLIORVM latinorum editiones, quae huc vsque oculis noſtris ſe obtulerunt, nullam deprehendimus, quae chartae puriſſimae ſplendore, litterarum maiuſcularum nitore, & formae auguſtae magnitudine, intuentibus ſe magis commendare poſſit, quam hoc bibliothecarum cimelion. Dicauit Sebaſtianus Gryphius ſplendidiſſimum opus, *reuerendiſſimo domino* D. Joanni Bellaio *ſingulari totius ordinis purpurati ornamento, digniſſimoque* Pariſiorum *praeſuli.* In epiſtola dedicatoria, duobus potiſſimum nominibus ſe adductum fuiſſe, ſcribit Gryphius, vt hanc inſtrumenti vtriusque hiſtoriam, maioribus auguſtioribusque typis excuſam illi conſecraret: partim vt tanti viri, velut numinis cuiusdam tutelaris, nomine, in ipſo ſtatim limine praefulgente, nonnulla ex eo toti operi dignitas, & quaedam quaſi maieſtas accederet: *partim quod vniuerſum*, ita pergit Gryphius, *quantus quantus erit, inſtituti huius fructum clariſſimae veſtrae familiae, atque adeo* Guilielm. Langaeo *fratri tuo amantiſſimo, fortiſſimoque* Galliarum ὑπεραςπιςῇ *optimo iure deberi intelligeremus. Is etenim, donec vitam morte commutauit, aurem nobis vellere non deſtitit, vt valere iuſſis inſulſiſſimis aliquot Neotericorum libellis, meris* (*vti aiebat*) *piperis & turis cucullis, praeſtantiſſimum quenque veterum, ea typorum amplitudine excuderemus, qua & nominis noſtri dignitati poſſemus conſulere, & ſummam optimi cuiusque gratiam beneficio noſtro emereri. Quod quidem hominis ſapientiſſimi conſilium, quamuis etiam tum non inutile videretur: fecit tamen temporum iniquitas, ſuperiorumque bellorum tempeſtas, vt commodius in tempus id differre cogeremur. Verum quando ita ſuperis viſum eſt, vt tot tandem malis defungeremur, diſcuſſisque bellorum nubibus, mari aliquanto pacatiore, vela faceremus, viſum eſt & nobis animum recipere, & priſti-*

num inſtitutum, intermiſſum, omni animi contentione repetere: idque eo libentius, quod ingraueſcente iam aetate, oculorumque acie iugi lectione nonnihil hebetata, re ipſa ſumus edocti, minutiores illae, & viſum propemodum fugientes litterulae, quantum luminibus afferant, & detrimenti. Porro cum probatiſſimum quenque veterum (modo vita diuturnior contigerit) eadem typorum amplitudine ſtatuerim excudere, auſpicatiſſime tamen viſus ſum facturus ſi quemadmodum Aratus *ille a ſuo* Joue, *ita nos quoque a diuinis exorſi, Legis vtriusque hiſtoriam, hoc eſt vniuerſum fidei noſtrae myſterium, velut primum in aciem emitteremus.* &c. Volumini I. praemittuntur 1) *Librorum veteris & noui Teſtamenti ordo.* 2) Hieronymi *prologus galeatus.* 3) *Index Teſtimoniorum, a* Chriſto *& apoſtolis, in N. T. citatorum, quae huc, in id congeſta ſunt, vt pii lectores natiuam quorundam intelligentiam, facile aſſequi valeant, quae ab ipſo* Chriſto *vero interprete, & ſpiritu eius, per apoſtolos tradita: perſpiciant; in quem vſum ea adduxerint apoſtoli & Euangeliſtae.* 4) *Index alter, in quo itidem Noui inſtrumenti teſtimonia ex vetere excerpta annotauimus, ſi non ad verbum iuxta ſententiam, ex quorum collatione cum iis a quibus videntur deſumta, non parum lucis accedet chriſtianis lectoribus.* 5) *Epiſtola beati* Hieronymi *ad* Paulinum *presbyterum, de omnibus diuinae hiſtoriae libris.* Hanc excipit 6) *Praefatio* S. Hieronymi *Presbyteri in Pentateuchum* Moyſis. Ceterum haec BIBLIA, in octo diſtributa ſunt partes, quarum quaelibet nouum orditur paginarum numerum, nouumque titulum praefixum habet. Volumen I. duas complectitur partes, quarum 1. libros Pentateuchi ad Jobum vsque ob oculos ponit. 2. continet Pſalmorum librum, prouerbia, Eccleſiaſten, Canticum canticorum Salomonis, librum ſapientiae, & Eccleſiaſticum Jeſu, filii Sirach. Voluminis II. 1) pars per typothetarum errorem pagina inchoatur 166. & prophetarum ſcripta complectitur. 2) Machabaeorum libros duos, 3) Euan-

3) Euangeliſtas quatuor, 4) Acta Apoſtolorum, 5) epiſtolas Paulli & catholicas Jacobi, Petri, Joannis, & Judae, 6) Apocalypſin B. Joannis apoſtoli. His omnibus & in V. & N. Teſtamento Hieronymi praemittuntur paſſim praefationes. Liber Nehemiae, in hac, vt & in aliis editionibus, Esdrae vocatur ſecundus, librumque III. & IIII. comites habet. In titulo voluminis primi, nec non in fine apocalypſeos, typographi reperiuntur inſignia, quibus ad nomen ſuum ſpectauit, ſaeuum ſcilicet id animal, a fabularum ſcriptoribus fictum, & gryphis nomine dictum, hoc adſcripto lemmate: *Virtute Duce, Comite Fortuna.* Haec praeterea in Apocalypſeos fine, verba adſcripta leguntur: Sebaſtianus Gryphius *excudebat* Lugduni *Anno* 1550. Secundo volumini addita ſunt. 1) *Hebraea, Chaldaea, Graeca & Latina nomina, virorum, mulierum, populorum, idolorum, vrbium, fluuiorum, montium caeterorumque locorum, quae in* BIBLIIS *leguntur, reſtituta, cum latina interpretatione: additis etiam* BIBLIORVM *locis, in quibus ita ſcripta leguntur: qua in re interpretationem, quae in* BIBLIIS Compluti *excuſis erat, fere ſecuti ſumus, adiecta nominibus, quorum proprii characteres ignorabantur, D. littera, quae dubiam eſſe interpretationem ſignificet: Graecis vero G. littera, quae petitam eſſe a Graecis interpretationem admoneat.* folior. 34. 2) *Index rerum & ſententiarum V. & N. T,* folior. 16. & dimid. 3) *Index ſelectarum ex ſacris Doctoribus annotationum, quae ſtudioſis maxime conferant veluti quaedam tum* BIBLIORVM *textus propugnacula, tum aduerſus graſſantes in eundem errores antidota* folior. 8. & dimid. Nonnulla errata typographica & e V. & e N. Teſtamento excerpta, in ſecunda tituli Voluminis I. pagina, lectorum oculis expoſita ſunt. Quod nos quidem ſciamus, haec rariſſima BIBLIA, a nemine hucusque deſcripta fuerunt. Capita nondum in verſiculos diſtincta, variantes vero & loca παράλληλα, margini adſcripta ſunt. Verba quibus Jehouah Ser-

 penti

penti maledixit Gen. III. p. 3. hac ratione expreſſa ſunt: *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ſemen tuum, & ſemen illius: ipſa conteret caput tuum & tu inſidiaberis calcaneo eius.* Vocula *ipſa* * notata, & in margine adpoſita habet, *ipſum.* Eodem anno 1550. ex eadem officina typographica prodierunt *Biblia ſacra, iuxta vulgatam editionem ad vetuſtiſſima exemplaria caſtigata* V. Voluminibus in 12. vid. die *Merckwürdigk. der Königl. Biblioth. zu Dr.* Tom. I. p. 406.

XXXXV.

DIS ALLTE TESTAMENT deutzſch. Marti. Luther. *Wittemberg. M. DXXIIII.* (1524.) in 8.

Rariſſimus codex, multis figuris, eleganter ligno inciſis, ornatus, in tres partes diſtinctus eſt. Prima, cuius titulum adſcripſimus, foliis 220. abſoluitur, & Pentateuchum ob oculos ponit, cuius in fine hæc leguntur verba: *Gedrukt zu* Wittemberg *durch* Melchior Lotther *den iungen M. D. XXIIII.* Secundae partis titulus eſt: *Das ander teyl des* ALTEN TESTAMENTS. *Wittemberg.* Conſtat fol. 275. & complectitur *das Buch Joſua, das Buch der Richter, das Buch Ruth, das erſt und ander teyl des Buchs Samuel, das erſte und ander teyl von den Königen, das erſte vnd ander teyl der chronica, das Buch Eſra, das Buch Nehemia, das Buch Eſther,* cuius in calce haec adpoſita ſunt verba: *Ende des andern teyls des* ALTEN TESTAMENTS. *Gedruckt zu* Wittenberg, Melchior Lotter, *der iünger. Im iar nach Criſti geburt Tauſent fünffhundert vnd vier vnd zwentzig.* (1524). *Das dritte teyl des* ALLTEN TESTAMENTS. *Wittemberg M. D. XXV.* (1525.) continet *das Buch Hiob, den Pſalter, die ſprüch Salomo, den prediger Salomo, das Hobelied Salomo.* Hæc omnia fol. 136. impreſſa ſunt. Praefationes, quas Lutherus libris biblicis praemiſit, ſuo loco poſitae conſpiciuntur. Ex recenſione

ſione partis primae, quae legitur in denen *Nachrichten von einer halliſchen Biblioth.* Tom. III. p. 10 ſqq. reliqua facile diiudicari poterunt. Conf. Viri Excellentiſſ. Jacobi Burckhardi *Hiſtoria Bibliothecae auguſtae, qua* Wolffenbutteli *eſt*, P. I. *Lipſ.* 1744. in 4. Lib. I. Cap. IIII. p. 135 ſqq. Jacob. Frideric. Reimmanni *Catalogus Biblioth. theologic.* p. 246 ſqq. Pars prima anno 1525. recuſa fuit, vt verba editionis, quae ante oculos verſatur, in fine conſpicua, produnt: *Gedruckt zu* Wittemberg Michel Lotther *M. D. XXV.* Adiicitur illi parti, quod in editione anni 1524. non inuenitur, *Das beychtgebet* D. Martini Luther, & *Eyn ander andechtig beychtgebet* Manaſſe *des Königes* Judae.

XXXXVI.

Die Propheten alle deudſch. D. M. Luther. 1544. in 8. folior. 382.

In fine editionis a Jacobo le Long in *Biblioth. ſacr.* omiſſae, haec leguntur verba: *Gedruckt zu* Erffurdt *durch* Melcher Sachſſen *in der Archen Noe. M. D. XLIIII.* (1544). Cuiuslibet propetiae initio, Martini Lutheri praefatio & figura ligno inciſa conſpicitur.

XXXXVII.

Das newe testament. Doct. Mart. Luth. *Begnadet mit Churfurſtlicher zu Sachſen Freiheit. Wittemberg Gedruckt durch Hans Lufft*, 1579. in 8. folior. 407.

Non adeo frequentes eſſe libros, qui anno 1579. & annis ſequentibus, ex officina Jo. Lufftii prodierunt, teſtatur Georgius Guſtauus Zeltnerus in der *kurtzgefaſten Hiſtorie der gedruckten Bibel-Verſion und anderer*

 Schriff-

Schriſſten Mart. Lutheri *Norimb.* 1727. in 4. p. 105. not. (x). Jacobo le Long illa plane incognita fuit editio. Verba 1 Joh. V. ſuo jam loco inſerta conſpiciuntur. Omnia præterea, quæ in den *Nachrichten von einer halliſchen Biblioth.* Tom. III. p. 16 ſqq. de editione an. 1546. adnotata fuerunt, de hac quoque dici poterunt.

XXXXIIX.

EVANGELIVM Matthei, Marci, Luce, Joannis ausz der Translacion Eraſmi von Roterdam ynsz deutſche gebracht in 8.

Quis verſionis fuerit auctor, quo anno, & a quo typographo expreſſa fuerit, ignoramus, cum exemplari, quod ante oculos verſatur, titulus & nonnulla folia in fine deſunt. Librum initio Seculi XVI. *Lipſiae* typis fuiſſe excuſum, ideo credimus, quod in titulo Evangelio Lucae praemiſſo, ciuitatis lipſienſis compareant inſignia. Verſionem a variis fuiſſe compoſitam, verba praefationis, in euangelium Matthaei, teſtari videntur, vbi haec legimus: - - *Derhalben hab ich Got zu Lob vn̄ furderung menſchlicher erkentnisz der woll und gutheit* Chriſti *der zweyen vornemlichiſten euangeliſten* (*vmb kurtz willen*) Mathei *und* Johannis *gezeugnis, in kleine form vorfuegt zu trucken, welche auch durch hochvorſtendige, In clarer vn̄ vorſtendiger deutſche Sprache dann vorhin ytzundt neulich gebracht ſein, Domit ſich ein itzlicher chriſtgleubiger menſch an allen ortern deſter bequemer darin mag vben, Got allein zu lob vnd ere, Amen.* Cuilibet euangelio ſingularis praefigitur titulus. Capitibus, in tribus euangeliis poſterioribus, argumenta præmittuntur, quae in Matthæi euangelio omiſſa ſunt. Verſionis ſpecimina haec eſſe poterunt: Luc. XII. legitur: *Es hatte etwan einem reychem manne ſeinn agker volligklich fruchte gebracht,*

bracht, vnd er gedachte in ym ſelber ſprechende, was ſol ich thun; wen ich habe nicht do ich meine fruchte hin ſameln muge, vnd er ſprach, das wil ich thun, ich wil zubrechen meine ſchewnen und wil groſsere bawen, vñ do wil ich alle die gutter, die mir gewachſen ſein hinſameln, vnd will ſprechen zu meiner ſehle, Sehle du haſt vil gutter ym vorradt auff vil yar, hab rwge (ruhe) *isz, und tringk, vnd frewe dich, Es ſprach aber Got zu yme. Dw thore in diſer nacht werden ſie deine ſehle wider von dir fordernn, Wesz werdenn nwh dieſe dingk ſeinn, die dw geſammeltt haſt, alſo geſchieth deme der ym einen vorradth machtt, vnnd iſt nicht reych bey gotthe.* Luc. XXII. *vñ er iſt auszgegangen, als er phlag an den oelberck, ym haben aber auch nachgefolgt ſeine iunger, vñ als er kam, an den ort ſprach er zu yñ, Bettet das yr nicht eingehet in vorſuechunge, vñ er iſt von yn hinwegk gegangen, leichte einen ſteinwurf, iſt auf ſeine knie gefallen hat gebetet vñ geſprochen: Vater ſo du wildt, ſo nim hinweg dis trinckgefeſse von mir, - - vnd ſein ſchweyſch was als die Bluthtroppen die gelawffen habenn auff die erde vnnd als er was von dem gebeth auffgeſtanden vnd zu ſeinen iungern kommen, fant er ſie ſchlaffende vor betruebnisz, vñ er ſprach zu yn. Waz ſchlaffet yr, ſtehet auff uñ bettet auf das yr nicht eingehit in vorſuchunge, als er noch redte ſehet ein ſchar, vnd der genanth was* Judas *einer aus den zwelffen gieng yn fur, vnd er nahete zu Jeſu das er yn kuſsete.* Jeſus *aber ſprach zu ym.* Juda *mit dem kuſse vorretteſt du dem ſohin des menſchen. Es ſahen aber die wellich bey yme warenn, was zukunfftig was, vnnd ſprachen tzu yme, Herre ſolle wir nicht mit dem ſchwerte ſchlahen. Vnd einer ausz yn ſchlug den knecht des furſthenn der Priſter, vnnd hib ym abe den rechthenn ohrlappen. Es antworte aber* Jeſus *vnnd ſprach tzu ynenn Halteth ynne bis alher, Vnd als er hatte angerurth ſeinenn ohrlappen machte er yhnn wider geſunt.* Joh. XII. Lazarus *aber was eyner von der zall der beyſitzer am Tiſch.* Maria *nam ein pfunt vngents von edlem*

lem probirten Nardo vnd ſalbete die fuesz Jheſu, *vnd truckenet abe ſeine fusz mit iren haer. Daszhausz aber iſt erfullet worden vom ruche oder ſchmack des vngentsz.* Haec ſane ſpecimina, verſionem ſatis eſſe incomtam, produnt. Α'ρχιερεύς, qui in euangelio Matthæi, Marci, & Lucae *der oberſte Prieſter*, it. *der Fürſte der Prieſter* adpellatur, per omnem Johannem vocatur der *Biſchoff*, quod etiam docet, verſionem a diuerſis eſſe adornatam. Ille præterea, qui Joannem tranſtulit, ſæpe numero variis ſynonymis vſus eſt, e.g. Cap. VIIII. *Da er ſollichs geredte, ſpey er aus auff die erden, vnd machete einen kot aus den ſpeychel, vnnd ſtreich* oder ſchmieret *den kot auff die augen des blinden vñ ſprach zu ym; Gee hyn waſche dich in der ſchwemme*, wett, oder weyer, *Siloe, das deutt als vill als geſandt.* C. XI. Jeſus *der weinete* oder zehrete. *Es was aber ein grufft* oder ſpeluncke. Cap. XII. *Nun iſt das gericht* oder vrteyl *der werlt. Nun wirt der Furſt diſer werlt auszgetriben* oder verbannet *werden. Vnd wo ich von der Erden erhohet* oder aufgehenckt *werde, wil* oder werde *ich alle ding* oder alle Menſchen *zu mir zihen &c.*

XXXXVIIII.

DIt NYEUWE TESTAMENT ons heren. Jheſu Chriſti, Als ſinte Mattheus, ſinte Marcus, ſinte Lucas eñ ſinte Johannes, beſcreuen hebben met alder naerſticheit ouerſien ende verduytſt. Met ſinte Pauwels Epiſtolen eñ die wercken Apoſtelen Ende dye openbaringhe Johannis met dye figueren. Noch ſiin hierbi geſet die Epiſtelen wten ouden Teſtamente, die men Jaerlick hout inder heyliger kerken. Chriſtus ſpreeckt Marci int XVI. Capittel. Gaet in alle dye werelt ende predict dat Evangelium, alle creatueren Wye dat gheloofr,

gheloofr ende ghedoopt is, ſal ſalich ſyn. in 8. fol. 392.

Editio, a Jacobo le Long, Mich. Maittaire, aliisque, qui in recenſendis bibliorum vtriusque Teſtamenti, editionibus, operam collocarunt, non memorata fuit. In fine, editionis tempus, hac ratione deſignatur: *Dyt* NYEUWE TESTAMENT *is gheprent nac dye alder correcxſte Exemplaeren, dye met Gracie ende Preuilegie gheprent zyn, Ende is voleynt te* Leyden *in* Hollandt *By my* Pieter Janzoon *Int Jaer ons Heeren MCCCCC ende XXXVI.* (1536.) *den IIII dach van Auguſto. Lof. God. van. Al.* Initium facit *Almanack geduerende tot LXIIII. Jaren.* Reperitur tabula etiam ligno inciſa, vt in faſtis nonnullis hoc tempore fieri conſpicimus. In illa duodecim Zodiaci ſignorum influxus deſcribitur, quem quodlibet ſignum, in membrum aliquod humanum habere, vulgo exiſtimant. Praemittitur inſuper euangelio Matthaei *dye tafele, em te vinden dye Epiſtelen ende Evangelie, alſōmen die binnen den geheel ende Jare in der Kercken houden.* Apocalypſi adiiciuntur *de Epiſtelen wt den ouden Teſtamente ghenommuen, die men iaerlick in der Kercken leeſt op ſommighe daghen.* Eas ſequuntur *die Epiſtelen wt den ouden Teſtamente, die men binnen den iare houdt in der kercken van den heyligen.* Verba 1 Joh. V, 6. 7. 8. hac ratione leguntur: *Dese is die daer cōet met water eñ bloet* Jeſus Chriſtus, *nz met water allene, maer met water eñ bloet, Eñ die geeſt is, die daer tuyget, want die geeſt warachtich is. Want drie zynder die daer getuych geuen wten hemel, die Vater dwoort, eñ die heylige geeſt, eñ deſe drie zyn ēē. En drie zynder die getuygenis geuen inder aerden, die geeſt dat water eñ daz bloet, eñ die drie zȳ ēē.* Figuris ſatis eleganter, ab artifice ligno inciſis, hæc editio, & inprimis Apocalypſis ornata eſt.

L.

Συμφωνία ἡ σύλλεξις τῆς διαθήκης τῆς καινῆς συλλέξαντος ΞΥΣΤΟΥ τοῦ ΒΕΤΟΥΛΗΙΟΥ τοῦ τῆς Αὐγούστης τῶν Βινδελυκῶν γραμματοδιδασκάλου. Noui Teſtamenti Concordantiae graecae, Opus magno vſui omnibus ſacrarum ſcripturarum vere ſtudioſis futurum: ſingulari nuper XYSTI BETVLEII *bonarum literarum apud inclytam Vindelicorum Auguſtam doctoris*, induſtria collectum inque lucem editum. *Cum Caeſ. Majeſt. gratia & priuilegio ad quinquennium. Baſil.* in fol. folior. 288.

Annus, quo editus eſt liber, in fine expreſſus fuit: Baſileae *ex officina* Joannis Oporini. *Anno ſalutis humanae M. D. XXXXVI.* (1546.) *menſe Januario.* Quantae liber ſit raritatis, haec verba teſtantur in *Catalog. Bibliotb.* Salthen. p. 208. conſpicua: *Omnium primae, ac proinde etiam rariſſimae ſunt hae* Concordantiae, *quas deinde ſecutae ſunt* Stephanianae *&* Schmidianae. *Et quanquam allegatione verſuum, vtpote tunc nondum inuentorum, deſtitutae ſint; hoc tamen prae ſequentibus iam dictis habent peculiare, quod diuerſas vnius vocis ſignificationes notauerit & diſtinxerit* XYSTVS, *id quod* Stephanus *&* Schmidius *omiſere.* Conf. Jac. le Long *Bibliotb. ſacr.* Tom. I. p. 456. & 545. Dicauit BETVLIVS opus ſuum, Jo. Welſero & Jacob. Herbrot, auguſtanae ciuitatis Coſs. In illa, opus hortantibus in primis & impellentibus Bonif. Lycoſthene, Ambroſio Blaurero, Sim. Grynaeo, Wolfgang. Muſculo, & Wolfgang. Weyſſenburgo ſe ſuſcepiſſe profitetur. In praefatione ad lectorem commemorat, quibus potiſſimum modis haec *Symphonia graeca* a *latinis* differat *concordantiis*, quas tamen velut exemplar ab initio ſibi propoſuerat. Praefationem ſequuntur Jacobi Crellii, Joh. Cratonis, Sebaſtiani Caſtalionis, Andreae Dietheri, Conradi Geſneri & Rodol-

Rodolphi Gualtheri Carmina encomiaſtica, graeca pariter & latina. Natus fuit XYSTVS BIRCK, ſiue BETVLEIVS, Auguſtae Druſi, quae hodie Memmingà vocatur, anno 1500. vid. Viri celeberr. Samuel. Formey *Ducatiana ou Remarques' de feu* M. le Duchat *ſur divers ſujets d'hiſtoire & de litterature à Amſterd.* 1738. in 8. Tom. II. p. 359. Studiis, in variis ſcholis & academiis, ad finem perductis, primum in officinis typographicis Cratandri, Frobenii, Bebelii relegendis & emendandis plagulis, operam dedit & poſtea anno 1530. ſcholae baſileenſi S. Theodori præpoſitus fuit. Tandem inde euocatus, in patriam conceſſit, & ibidem ſcholae, quae a S. Anna nomen adepta eſt, annos XVI. præfuit. Obiit XIII. Kal. Jul. anno 1554. aetatis anno LIIII. Vitam illius data, quod aiunt, opera conſcripſit Joan. Niſaeus, quae editioni Lactantii *cum piis ac eruditis* XYSTI BETVLEII *commentariis Baſil. apud Henric. Petri* 1563. in fol. editae praemittitur. Conf. Joſ. Simleri *Biblioth.* p. 689. Henric. Pantaleonis *Proſopographia* P. III. *Baſil.* 1566. p. 254. Melchior Adami *vitae germanor. philoſophor.* p. 74 ſqq. Niceron *Memoires* Tom. XLII. p. 312 ſqq. Philipp. Jacob. Crophii *Hiſtoriſche Erzehlung von dem Vrſprung und Schickſalen des Gymnaſii zu* S. Anna *in* Augſpurg, *und dem Leben und Schrifften der darinnen ehemals lehrenden Profeſſorum & Rectorum*, *Augſpurg* 1740. in 8. P. I. §. 7. p. 14 ſqq. & alibi paſſim.

LI.

CONCORDANTIAE Bibliorum vtriusque Teſtamenti Veteris & Noui, perfectae & integrae, quas reuera maiores appellare poſſis. Opus ſacrarum literarum ſtudioſis apprime vtile, denuo poſt omnes, quae praeceſſerunt editiones, multis deprauatis locis commode reſtitutis & caſtigatis, ſummo

ſummo ſtudio ac labore illuſtratum. *Antuerpiae, ex officina Chriſtophori Plantini* 1585. in 4. fol. 521.

Quis iſtas CONCORDANTIAS compilauerit, & quo tempore prima omnium editio prodierit, pro certo adfirmare non poſſumus. Varias CONCORDANTIARVM *latinarum* editiones recenſet Jacobus le Long Tom. I. *Biblioth. ſacr.* p. 456 ſqq. vbi etiam Joan. Buxtorfii, Jo. Trithemii & Jacobi Echardi ſententia, de primis CONCORDANTIARVM *latinarum* auctoribus exponitur. Inter editiones impreſſas, prima plerumque cenſetur, quae Hugonis de Colonia nomine prodiit *Baſil.* 1479. in fol. vid. Michael Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 403. Jacob. le Long l. cit. p. 457. qui iſtum librum *Bononiae* 1479. in lucem exiiſſe arbitratur. Conf. not. 5. apud Maittairium l. cit. vbi nonnulla dubia, contra ejusmodi CONCORDANTIARVM editionem, proferuntur. Sed aliis primum CONCORDANTIARVM auctorem indagandum relinquimus. Editioni ſatis nitidae & rarae, quam hoc loco recenſemus, praemiſit Typographus praefatiunculam, in qua hanc alteram CONCORDANTIARVM editionem, longe quidem prioribus, tam aliorum, quam ſuis emendatiorem & locupletiorem, nondum omnibus tamen numeris ſuis reſtitutam eſſe & expurgatam ſcribit. Inprimis cum nemo ſit, qui ignoret, inter tot numerorum myriades, ipſos etiam, qui operi caſtigando, praemio conducti, praeſunt, facile falli potuiſſe. Quaelibet pagina in *quatuor*, vt vocant, *columnas* diſtributa eſt, quarum quaelibet centum lineas complectitur, e quibus, facile quilibet coniicere poterit, opus litteris minutiſſimis, non ſine maximo typographi & correctoris labore exſcriptum eſſe. Si Jacobo le Long l. cit. p. 458. fidem habemus, anno iam 1581. *Antuerpiae ex officina plantiniana*, CONCORDANTIAE *latinae* in 8. in lucem emiſſae fuerunt.

LII.

LII.

Concordanz vnd Zeyger der ſprüch vnd hiſtorien, aller Bibliſchen Bücher alts vñ news Teſtaments teutſch regiſters weisz verfaszt vñ zuſamenbracht. Durch M. LIENHART BRVNNER *verweſer des wort Gots zu Wormbs. Truckt mit keyſerlicher Gnad vñ freyheit. Bey Wolff Köpphl. zu Straſzburg. Anno M. D. XXX.* (1530.) in fol. folior. 256.

Operis inſignem raritatem produnt verba *Catalog. Biblioth.* Reimmann. P. I. p. 215. & quae apud Cl. Vogtium in *Catalog. libror. rar.* p. 152. leguntur, vbi BRVNNERVS primus nominatur auctor, qui *Concordantias biblicas*, lingua germanica concinnare adgreſſus eſt, cuius proinde liber admodum rarus, in pauciſſimorum hominum conſpectum venit. Conf. *Catalog. Biblioth.* Salthen. p. 209. Editionem quidem recentiorem *Argentorat.* 1546. adlatam conſpicimus in Jacobi le Long *Biblioth. ſacr.* Tom. I. p. 459. ſed veremur vt eiusmodi editio vsquam inueniatur. In auerſa tituli pagina, haec ad bibliopolas & typographos legitur admonitio: *Ich will alle Buchfürer vnd Trucker gewarnet haben: mir diſſe* Concordantz: *wölche mit groſſen koſten vnd arbeyt vollendt, nit nach trucken wöllen, Bey verlierung der peen vnnd ſtraff, inhalt meines Priuilegiumbs, mir von keyſerlicher gnad vnd freyheit zugelaſſen vnd beſtätigt. Alſo ſey ein jeder gewarnt ſich vor ſeinem ſchaden zu bütten.* Dicauit librum ſuum BRVNNERVS *Dem Durchleuchtigen Hochgepornen Fürſten und Herren: Herrn* Philipſen, *Landtgrauen zu* Heſſen, *Grauen zu* Katzenelenbogen, *zu* Dietz, Ziegenhain, *vnd* Nida. Cauſſam iſtius rei his verbis exponit: *Vnd wiewol ich gläublich bericht binn, das E. F. G. pflege alle tag ein capitel im alten, vnd eins im neuwen Teſtament zu leſen, das ſelbig mit iren Dienern*

zu

zu handlen erwegen vnd zu bedencken, auff das geyſtlich vrteyl fleiſsig Acht zu geben, alſo das derſelbigen etwan jhene nachuolgen muſſen, ſo ampts vnd namens halb vor gön ſolten, Hat mir dennocht gefallen diſſe meine Arbeit zuzuſchreiben, auff das ich jr villeicht vrſach gebe, ſöllichen weg deſter geſliſſener zu wandlen, ſo der gotsförchtigen gemein, wie ich hoff, ausz gott dem herren, durch mich vorgeſchriben iſt, vnd etwan ausz diſſem buch die geſchrifft zu vergleichen, nach rechter vnderſcheidung, vnd nach geyſtlichem vrteyl. Dann ſollichs durch hülff diſer Concordantzen *vil leichter geſchehen mag, weder ſo auch gelerte vnd muſsige leut die nichts thun dann die geſchrifft handlen allein ausz ir gedechtnusz handlen ſolten. Dann durch übung des gedechtnusz würt freyheit vnd fürgang des geiſts gebindert vnd matt gemacht, ſo ſunſt freydig und mutſam, die züſamen geſchriebnen ſprüch einsmals anſihet, bedenckt, vnderſcheidet vnd richtet, oder joch ſich ſelbs dadurch erfriſchet zu ernſtlichem gebett vmb gottſäligen verſtandt, welches meiner hoffnung E. F. G. ſo von fürſtlichen geſchefften ſunſt offt abgezogen, vilmer fürſtendig ſein vnnd fürderen mag, zu gon den weg Gottes, vnd vnder ſo groſſen weltlichen ſorgen, ausz der welt mit hertzen vnd ſinn zu wachſen, nemlich durch* Chriſtum *in gott den herren* &c. Scripta eſt dedicatio zu Wormbs *auff den vierden Tag des Mertzens, des Tauſent fünffhunderten vnd Dreyſigſten Jars.* Dedicationem excipit *Canon Regel vnd Bericht: wie man disz Buch brauchen vnd verſtön ſol.* BRVNNERVM bibliis vſum fuiſſe, nondum in verſiculos diſtinctis, literae teſtantur A. B. C. D. &c. quas capitibus diſtinctionum & numerorum loco adpoſuit. v. c. 1 Moſe III. C. *vnd du würſt jm in die verſen peyſſen* (Lutherus ſtechen). Apocal. II. E. *vnd will jm geben weiſſen ſtein.* Jerem. XXXI. G. *Bisz zum bühel* gareth, (hügel Gareb). Jeheſ. (Heſekiel) XXI. B. *das Schwert iſt gepalirt* (gefegt) *das es glitzen* (blinken). 1 Moſ. XXX. B. Ruben *fand Alrun* (dudaim) *vff dem Feld.* ibid. B. *lasz ihn diſſe nacht bey dir ſchlaffen*

ſen vmb die Alrun (dudaim) *deines ſuns.* Ho. li. VII. D. *die Alrunen* (lilien) *geben den rauch* (geruch). Jeſ. XIII. D. *jre heuſer werden ſein voller affen* (vnd ihre häuſer voller Ohim ſeyn). Pſal. XLIX. A. *Vnd auff der harpffen mein retzel* (vnd ein fein geticht auf der Harfen). Jeſ. XVIIII. A. *der herr reyt daher auf einer ringfærigen wolcken* (der Herr wird auf einer ſchnellen Wolken fahren). ibid. B. *ror vnd bintzen* (Schilf) *werden welck* (verwelcken). Daniel. II. C. *Bey* Arioch *des Königs profoſen* (dem oberſten Richter). Jeſ. LX. A. *die Dromodarien* (die Läufer aus Midian). Jeſ. LV. A. *buchsbaum würt aufgeben an ſtat des Dorns* (Es ſollen Tannen für Hecken wachſen). Ex his, quae decerpſimus, prout nobis ſe obtulerunt, locis, quilibet perſpiciet, BRVNNERVM in primis in prophetarum ſcriptis, verſione fuiſſe vſum, quae a Lutheri verſione maximopere diſcedit. Auguratur igitur ex hac diverſitate, neque non ſine ratione augurari videtur Reimmannus l. cit. BRVNNERVM, in concinnandis hisce *concordantiis*, vna cum Lutheri verſione, & quidem omnium prima, & Ludovici Hetzeri, famoſi Anabaptiſtae translatione eſſe vſum, qui prophetas eo tempore, iam tum e ſermone ebraico, in germanicum traduxerat, & Scripturam S. *Wormatiae* 1530. ap. eund. Wolfium Köphll, e cuius officina BRVNNERI *Concordantiae* prodierunt, in lucem emiſerat. Silentio quoque præterire non poſſumus, quod e libris, qui dicuntur apocryphi, nullum dictum, nullaque formula aut phraſis, in hiſce *concordantiis* adducta fuerit. Typographus modo dictus, haec in calce adpoſuit verba: *Getruckt mit keyſerlicher Gnad vnd Freyheyt in der hohen löblichen frey Statt*, Straszburg, *durch* Wolffen Köpphll. *Anno M.D.XXX.* (1530). LIENHARDVM ſiue Leonhardum BRVNNERVM, e Paſtore wormatienſi, tandem fuiſſe factum Paſtorem landavienſem, e loco Petri Gedultig gerenrodenſis, a Cl. Vogtio l. c. adducto patet, quae omnia ſunt, quae de viro iſto nobis innotuere. Miramur autem, quod iſte

iſte vir in recentiſſima *lexici eruditorum* editione non inuenerit locum, quem tamen mereri omnino videtur.

LIII.

*) Collectio quorumdam grauium Authorum, qui ex profeſſo, vel ex occaſione ſacrae ſcripturae, aut diuinorum officiorum, in vulgarem linguam translationes, damnarunt. Quorum nomina, pagina ſequens, indicabit. Vna cum decretis ſummi pontificis, & cleri Gallicani, eiusque epiſtolis Sorbonae cenſuris, ac Supremi Pariſienſis Senatus Placitis. Juſſu ac mandato eiusdem Cleri Gallicani edita. *Lutetiae Pariſiorum apud Antonium Vitré, Regis & Cleri Gallicani typographum* 1661. in 4. mai. pp. 122. 270. 109. & 81.

Opus in Germania perrarum, ac ſapientioribus inter Gallos inuiſum, multa exhibet notatu digna. Eorum, quae heic in vnum corpus geſta ſunt, duplex eſt genus. Alia ſunt integri doctorum catholicorum de hoc argumento libelli: I) Stanislai quippe Hoſii *de ſacro vernacule legendo:* II) Petri Lizetii, J. C. Aduocati regii in ſenatu pariſienſi, eiusdemque ſenatus principis, *dialogus de ſacris libris in vulgare eloquium minime vertendis* &c. III) Spiritus Roterus, Ordinis praedicatorum, ſacrae theologiae Profeſſor, *de non vertenda ſcriptura ſacra in vulgarem linguam:* IIII) Jacobi Ledesma Soc. Jeſu, *de ſcripturis diuinis, quavis lingua paſſim non legendis* &c. V) *Diſcours de l' Advis*

*) Hanc libri recenſionem acceptam referimus, Chriſtiano Guil. Franciſc. Walchio P. P. J. amico noſtro honoratiſſimo, qui eam beneuole nobiſcum communicauit.

l'Advis donné à R. P. en Dieu, Meſſire Pierre de Gondy, Eveſque de Paris, *ſur la Propoſition, qu'il fit aux theologiens, touchant la traduction de la ſainte Bible en langage vulgaire, par* Maurice Poncet, Doceur en Theologie. Alia vero *fragmenta;* ſiue potius teſtimonia, diuerſorum auctorum circa verſiones vulgares S. Scripturae; vel diuinorum officiorum, Joannis Gerſonis, Jodoci Clichtouaei, Ambroſii Catharini, Alphonſi a Caſtro, Petri a Soto, Nicolai Sanderi, Robert. Bellarmini, Joannis Baptiſtae Scortiae. Cetera, communi hoc titulo ornantur: *Acta, decreta, & epiſtolae ſummorum pontificum, conciliorum, & coetuum cleri. Gallicani, ſcholae Sorbonicae, ac Senatus pariſienſis.* Habentur ibi I) *Statutum concilii Toloſani* ann. 1228. II) *declaratio S. Facultatis Sorbonicae aduerſus translationes vulgares ſacrorum bibliorum & officiorum eccleſiaſticorum.* ann. 1661. d. 4. ian. facta, quum verſio *breuiarii* gallica prodiiſſet. III) *Exceptum ex cenſura in* 32. *titulos partita, lata in propoſitiones, quasdam* Eraſmi, die 17. Dec. an. 1527. IIII) *Excerpta ex regiſtris Parlamenti Pariſienſis* vol. 66. d. f. 107. Vol. 67. fol. 123. & Vol. 75. V) *Lettres du Roi* François I. *à la faculté de Theologie de* Paris, *pour corriger les bibles de* Robert Eſtienne d. 27. Oct. 1546. VI) *Cenſura facultatis in biblia* Roberti Stephani. VII) *Lettres du Roy* Henry II. *à la faculté de Theologie de* Paris *pour cenſurer les Bibles de* Robert Eſtienne. IIX) *Advis de la faculté de theologie ſur la requeſte preſentée au Roy par les Imprimeurs & Libraires jurez tendant à fin, que les erreurs contenus en certains livres, reprouvez par le Catalogue de la dite faculté, ſoient mis au commencement des dits livres comme* errata. *Ceque doit faire pour les raiſons qui s'enſuivent.* VIIII) *Cenſurae diverſae.* X) *ſumma capita, quae obſeruata in bibliis* M. Renati Benoiſt, doctoris Theologi. Adduntur huic articulo, integra acta Sorbonici collegii contra verſionem hanc Renati Benedicti, de qua vid. Jacob.

le Long *Biblioth. ſacr.* Tom. I. p. 330. X) *Mandement de* Monſeigneur l'Archevêque de Paris, *portant defence de lire la bible en langue vulgaire, fait le* 2. *Septembr.* 1650. XI) *Extrait du Proces verbal de l'Aſſemblée generale du Clergé de* France, *tenue à* Paris *en l'année* 1660. vbi ſingula cleri gallicani decreta, pontificis Romani epiſtolae, & Regis Galliarum mandata, contra verſionem *miſſalis romani* gallicanam, a presbytero quodam Voyſin, *Paris* MDCLX. (1660) editam, promulgata exhibentur. Inſigniter apta eſt haec collectio, ad cognoſcendam veram pontificiorum de lectione Scripturae S. laicis prohibenda doctrinam, recentiori aeuo ac nonnullis negatam. Quid de ea iudicauerit Arnaldus, notauit P. Baile *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. III. pag. 2358. art. Poncet not. (G). Nicol. Lengletum du Fresnoy hanc de eo memini ferre ſententiam : *voila un livre qui fait peu d'honneur aux* François *puisqu'il defend lire la Bible.*

LIIII.

M*agiſtri* PETRI COMESTORIS ſcholaſtica hiſtoria. in fol. folior. 252.

Nemini facile hoc opus incognitum eſſe poterit, quod omni tempore in romana eccleſia, per omnem fere Europam, diurna quaſi nocturnaque manu, verſatum fuit. *Il n'y avoit rien*, ait Richard. Simon Tom. II. de l'*hiſtoire critique du Nouveau Teſtament* p. 320. *en ce tems-là de plus grand ni de plus éſtimé pour l'Ecriture ſainte, que le* PIERRE COMESTOR, *qui a été traduit dans pluſieurs langues de l'*Europe. *On ne liſoit la bible que de la maniére qu'elle étoit dans ce compilateur, & avec ſes gloſes. Cet uſage a duré longtems en* France. Compoſuit PETRVS COMESTOR hoc opus ad Guilielmum ad albas manus dictum,

dictum, ab anno 1169. ad annum vsque 1175. Archiepiſcopum ſenonenſem, & poſtea Cardinalem & Archiepiſcopum rhemenſem. Cauſſam ſuſcepti laboris fuiſſe ait, *inſtantem petitionem ſociorum, qui cum hiſtoriam ſacrae ſcripturae in ſerie & gloſſis diffuſam lectitarent, breuem nimis & inexpoſitam, opus adgredi illum compulerunt, ad quod pro veritate hiſtoriae conſequenda recurrerent.* Varias editiones & verſiones recenſet Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. III. p. 1135 ſeqq. inter quas etiam haec, de qua ſermonem inſtituimus, comparet. Litteris gothicis admodum luculentis & nitidis, chartae inſcripta eſt puriſſimae, quae craſſitie ſua, ad membranas pergamenas proxime accedit. In fine haec leguntur verba: *Incarnationis dñice anno MCCCCLXXXIII.* (1483) *preclarum hoc opus Scolaſtice hiſtorie. factoribus* Johanne de Greningen. *nec non* Heinrico de Inguiler. *impreſſorie artis magiſtris. in inclita* Argentinorum *ciuitate poſſibili emendatione preuia impreſſum. Menſis Auguſti die XXVIII. feliciter eſt conſummatum.* Conf. Theophil. Sinceri *Neue Sammlung von lauter alten und raren Büchern*, I. Stück. *Frankf.* 1733. in 8. mai. p. 31 ſqq. Inſignis raritatis codicem hunc eſſe cenſemus, cum nonſolum Michaeli Maittaire incognitus fuerit, ſed per omnes etiam *annales typographicos*, nullus reperiatur liber, qui ab Henrico de Inguiler impreſſus fuerit. Adſeruatur hic codex in bibliotheca ſcholae prouincialis portenſis publica.

LV.

Scholaſtica hiſtoria *magiſtri* PETRI COMESTORIS Sacre ſcripture ſeriem breuem nimis & expoſitam exponentis. in fol. folior. 229.

Et haec editio, litteris gothicis exſcripta, ab ea, de qua expoſuimus, ſi chartae & litterarum nitorem ſpe-

 ctaue-

ctaueris, longe diſcedit. In fine haec adpoſita habet verba: *Explicit ſcolaſtica hiſtoria* magiſtri PETRI COMESTORIS. *Impreſſa* Baſileae. *Anno dni. M. CCCC. LXXXVI.* (1486). *Finita poſt feſtum Katherine.* Jo. Alb. Fabricius illam l. c. adduxit. Conf. Michael. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 477. qui memorat, quod ex hac editione notatu digna citentur in *Auctario ad* Flacii *Catalog. teſtium veritatis* n. XII. p. 93. 94.

LVI.

Scholaſtica hiſtoria *magiſtri* PETRI COMESTORIS, ſacre ſcripture ſeriem breuem nimis & expoſitam exponentis. in folio, folior. 207.

Typographus *hiſtoriae* charactere litterarum gothico excuſae, haec adſcripſit verba, in fine conſpicua: *Scholaſtica hiſtoria* magiſtri PETRI COMESTORIS. *Impreſſa* Argentine *finit feliciter. Anno ſalutis noſtre Milleſimo quingenteſimo* (1500) *XV. die menſis Julii.* Joanni Alberto Fabricio, & Michaeli Maittaire editio incognita fuit. Omnium optima, & recentiſſima, quod nos quidem ſciamus, eſt editio, quam iuſſu Benedicti XIII. Pontificis rom. adornauit eminentiſſimus & illuſtriſſ. Princeps ANGELVS MARIA R. E. Cardinalis Bibliothecarius QVIRINVS. Cum eminentiſſimus Princeps, hiſtoriam iſtius editionis, omnium optime ipſe expoſuerit, in *Commentariis de rebus ad illum pertinentibus* P. II. Libr. I. Cap. XVI. p. 267. edit. *tigurin.* 1750. in 8. inſigne ornamentum recenſioni noſtrae, adcedere credidimus, ſi ipſa illius verba hic tranſcribamus. *Vix me* brixianis *infulis*, inquit eminentiſſimus Princeps, *& una ſimul Conſultoris S. Officii gradu auxerat Pontifex, quum deſiderium ſuum mihi expoſuit, vt* Venetiis *typis rurſus cuderetur* PETRI COMESTORIS Hiſtoria ſcholaſtica, *addito*

addito Indice locupletiſſimo, ſeu potius alphabetica eiusdem Hiſtoriae Synopſi, quam paulo ante adornauerat, Romae*que imprimendam curauerat* P. Angelus Maria a Cruce, *Ord. Clericorum, qui vocantur Scholarum piarum. Votis ſeu iuſſis Pontificis libentiſſime obſequutus, curam ſuſcepi, vt per* Antonium Bortolum, *Typographum* Venetum, *nona ea editio perficeretur. Praeceſſerat iam* Beneuentana *a triginta ferme annis, eandemque his verbis commendauerat idem Pontifex in XIIX. Synodo ſua Dioeceſana tit.* 2.

„Mandamus vt de libro huiusmodi (*ſacro Bibliorum* „*codice*) vel eo ſaltem veteris, nouique Teſtamenti „narrationem complectente, a celeberrimo Scholaſticae Hiſtoriae Magiſtro PETRO COMESTORE „clariſſimis, ac ſapientiſſimis interpretationibus explicatam, qui modo in noſtra ciuitate ex antiqua, „& mendoſa impreſſione, nouis, & purgatis typis „in lucem prodiit, ſinguli ſupradicti, ac Clerici „omnes, ad ſuperiores ordines alias non promouendi, infra menſem omnino prouideantur. Acceptum autem ne ſeponant: verum ad Ezechielis in„ſtar, lectioni illius attendentes, volumen illud, „quod a Deo eſt, inexplebili auiditate comedant.„

Prodiit autem Veneta an. MDCCXXIX. (1729). *quo ipſo cum* Benedictus XIII. Beneuentum *iterum conceſſiſſet, tempus illud valde opportunum arbitratus ſum, eandem publicandi, & quidem cum epigraphe iſta:*

Reuerendiſſimis & ſanctiſſimis Patribus Praeſide Metropolita

VINCENTIO MARIA
VRSINO
Ord. Praed.
Pont. Opt. Max.
In Beneuentanae Prouinciae Synodo congregatis
PETRVS COMESTOR
Se Siſtit

Vt qui olim eiusdem Sapientiſſimi Metropolitae cura
E gothicorum caracterum tenebris ereptus
Priorem Beneuenti vitam recepit
Noua nunc Venetorum typorum luce clareſcens
Fauſtis Patrum acclamationibus
Excipiatur.

PETRVS COMESTOR, qui & alio cognomine *Manducator*, Gallis *le Mangeur*, adpellatus fuit, id accepit, teſte Trithemio *de Scriptor. eccleſ.* Cap. CCCLXXX. p. 96. cognomen, *quod ſcripturarum auctoritates, in ſuis ſermonibus & opuſculis, crebrius allegando, quaſi in ventrem memoriae manducarit.* Conf. Jo. Henr. a Seelen *Selecta litteraria Lubec.* 1726. in 8. p. 564. not. (14). Daniel. Georg. Morhofii *Polyhiſtor philoſophic.* L. I. Cap. XIIII. §. I. p. 84. edit. *Lubec.* 1714. in 4. qui aliam cognominis adfert cauſſam, & ideo COMESTOREM dictum exiſtimat, *quod omnes ſcholaſticos deuorauerit, quem elegantius latina lingua helluonem librorum dicemus.* Natione Gallus ac Canonicus & Decanus fuit B. Mariae trecenſis (Troyes). Mortuus eſt Academiae pariſienſis Cancellarius circa annum 1178. In Abbatia S. Victoris pariſienſi hoc eius legi epitaphium:

PETRVS *eram quem petra tegit*
Dictusque COMESTOR;
Nunc comedor; viuus docui,
Nec ceſſo docere.
Mutuus vt dicat, qui me videt
Incineratum
Quod ſumus iſte fuit
Erimus quandoque, quod hic eſt.

praeter alios memorat Germain Brice, Tom. II. de la *Deſcription nouvelle de la ville de* Paris, *à Paris* 1713. in 8. p. 158. Vid. de illo & ſcriptis eius Henric. Gandauenſis *de Scriptor. eccleſ.* Cap. XXXII. p. 123. Trithemius l. cit. & in *Annal. hirſaugienſib.*

Tom. I.

Tom. I. *Monaſter. S. Galli* 1690. p. 435. Philip. Labbeus *de Scriptor. eccleſiaſtic. Paris* 1660. in 8. Tom. II. p. 199. vbi ridiculum illi videtur, Trithemii de cognominis ratione, commentum. Robert. Bellarminus *de Scriptor. eccleſ. Paris* 1658. in 8. pag. 324 ſeqq. Anton. Poſſeuinus in *Apparat. ſacr.* Tom. III. p. 46. Gerard. Jo. Voſſius *de Hiſtoric. latin.* L. II. Cap. LIII. p. 405. Guil. Caue *Hiſtor. litter. de Scriptor. eccleſ.* p. 682 ſqq. Caſimir. Oudinus in *Commentar. de Scriptor. & ſcriptis eccleſ.* Tom. II. Col. 1526 ſqq. Louis Ellies du Pin *nouvelle Bibliotheque des Auteurs eccleſiaſtiques* Tom. VIIII. pag. 231. Caeſar Egaſſius Bulaeus in *Hiſtoria vniuerſitat. pariſienſis* ad Ann. 1151. p. 374. ad Ann. 1178. p. 443. Jacobus le Long in *Biblioth. ſacr.* Tom. II. p. 683. Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infim. Lat.* Lib. III. pag. 1134. ſeqq. Quod nonnulli tradunt PETRVM COMESTOREM Gallum, Gratiani & Petri Lombardi Italorum fuiſſe fratrem germanum, treſque hos, vno puerperio, ex adulterio, aut alio illicito concubitu, eſſe progenitos, veluti fabula, & ingenii commentum, hodie a pleriſque exploditur. Conf. Guid. Panzirolus *de claris legum interpret.* Lib. III. Cap. II. p. 318. Caſpar. Zieglerus in *Diſſertat. de Juris canonici origine & incrementis Jen.* 1745. in 4. §. XXXVII.

LVII.

JACOBI WIMPHELINGI De Integritate libellus cum epiſtolis praeſtantiſſimorum virorum hunc libellum approbantium & confirmantium.

Ringmanni Phileſii Jambicum ad ephoebos

Rurſus libellum terſiorem preſſum habes
Vide puer ſequaris hunc procliuius.

Mores hic integros certe doceberis
Pelletur ipſa extra Venus praecordia.
Et excitabitur ſacrae ſcripturae amor
Refertur Auguſtinus vſus ſaeculo
Et veritatem, & imbibes conſtantiam
Legas precor, nec cura ſit quod inuidie
Integritatis hoſtibus nihil placet.
Videbis & Frugalitatis mox librum:
O quam mouebit ille auaros perditos,
Ridemus iſtiusmodi cunctos viros.

in 4. fol. 37.

Omnia JACOBI WIMPHELINGI opuſcula, noſtra aetate, eſſe rariſſima, Viri Cl. Gerdeſii teſtimonio iam comprobauimus, in *Analectis* noſtris *litterar. de libris rar.* p. 1099. Hoc autem quod iam ex oblivione & ſitu producimus, vtilitate ſua, prae reliquis ſe commendat. *Le livre de la pureté, de integritate*, ait Louis Ellies du Pin, Tom. XIIII. de la *Bibliotheque des Auteurs eccleſiaſtiques* p. 117. *eſt un des plus beaux, des plus éloquens & des plus utiles traitez, de* WIMPHELINGE. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XXXIIX. p. 17. Scripſit librum JACOB. WIMPHELINGVS ad Jacobum Sturmum, quem Thomas Wolphius iunior primum in lucem emiſit *Argentorat.* 1505. in 4. & Joanni Gallinario budorino dicauit, qui apud Tribotes in S. Petri templo, grammaticam, rhetoricam, & alias eius generis diſciplinas docuit. Diſtinxit WIMPHELINGVS librum in capita XXXV. quorum quatuor poſteriorum, hic adſcribimus argumenta, propterea quod illis monachorum & inprimis auguſtinianorum, in ſe concitauerat odium, quod eo proceſſit, vt rem etiam ad Pontificem deferrent, a quo WIMPHELINGVS citatus quidem fuit, ſed nunquam comparuit, & tandem adnitentibus amicis Pontifici reconciliatus fuit. Rem omnem pluribus verbis enarrat

rat Niceron l. cit. p. 10. Conf. Henr. Wharton *Adpendix ad* Guil. Caue *hiſtor. litterar. Scriptor. eccleſ.* p. 185. Capitum argumenta haec ſunt. 1) Auguſtinus *neque frater*, *neque monachus cuculla indutus vnquam fuit*, quod multis argumentis Cap. XXXII. & XXXIII. confirmatur. 2) *Falſum & fictum eſt prouerbium: Scientia latet in cucullis excludendo ſeculares.* Ad hanc theſin comprobandam luculentum catalogum *virorum doctorum* Cap. XXXIIII. adfert, *qui de philoſophia*, *de Canonibus & legibus*, *de medicina*, *de poeſi*, *de oratoria*, *de hiſtoria*, *de grammatica ſcripſerunt*, *& cucullis nunquam fuerunt induti.* 3) *Maximi & profundiſſimi theologi fuerunt ſeculares*, *nulla vnquam cuculla induti.* Veritatem iſtius rei, magno & inſigni theologorum numero demonſtrat, qui ſeculares fuerunt, libriſque editis, in omni theologiae genere inclaruerunt. Catalogus eorum exſtat Cap. XXXV. cuius in fine de Trithemii libro, cui titulum fecit, *de Scriptoribus eccleſiaſticis*, tale legitur iudicium: *Non me mouet liber de Scriptoribus eccleſiaſticis: in cuius locis innumeris erratum eſſe: ad oculum demonſtrare poſſem: ſi non illius auctori admodum mihi caro, deferendum arbitrarer: quod vel mendoſis titulis: vel a variis fratricellis multos ſcriptores ex ordine ſuo fuiſſe: cum non fuerint falſo iactantibus facile perſuaſus falli potuit atque ſeduci.* Ex Epilogo Capiti XXXV. adpoſita, adparet, quod WIMPHELINGVS librum *de integritate*, *ex heremitorio* S. Guilhermi *in ſuburbano* friburgenſi anno 1505. ſcripſerit, e quo intelligimus librum an. 1503. vt editio a Nicerono l. cit. p. 17. adlata, prae ſe fert, nondum eo tempore in lucem exiiſſe. Editio, qua, dum haec ſcribimus, vtimur, ſecunda eſt, & Nicerono aliiſque incognita fuiſſe videtur. Adiiciuntur illi Palladis Theologi heidelbergenſis, Georg. Zingelii Theologi & canonici eyſtetenſis, Joannis Romani, vtriusque iuris doctoris, Vlrici Zaſii, legum doctoris, Henrici Bebelii, poetae, Beati Rhenani, ſletſtatini, Rudigeri,

 epiſto-

epiſtolae ad Jacobum Wimphelingum, quibus ſententiae, de Auguſtino, ab illo prolatae, ſubſcribunt. Poſterior in primis illum hiſce compellat verbis: *venias, obſecro, ad nos, dulciſſime* JACOBE: *gratiſſimus eris omnibus hoſpes: Tutus eris ab inſidiis aemulorum tuorum. Auditurus es vnum ex concanonicis noſtris, qui tibi ad oculum demonſtrabit, ſermones iſtos ad heremitas, qui ſancto* Auguſtino *inſcribuntur alterius eſſe, nec illius* Auguſtini: *qui vnus ex quattuor eſt eccleſiae cardinibus atque columpnis. Ceterum intelleximus doctiſſimum dominum* Thomam Phedram *Canonic.* S. Joann. lateran. *bybliotecarium papae per omnia tecum ſentire idque in abditis bybliotece repperiſſe quod a te de ſancto patre noſtro* Auguſtino *ſcriptum eſt. Ne ſis igitur animo conſternatus: ſed ad nos quantocius aduola. Ex Dumetis.* Praeter epiſtolas huic editioni adcedit *Endecaſillabum Phaleuticum* (Hendecaſyllabon phalaecium) Joannis Eſticampiani, luſacii, poetae laureati, *in ſimpliciſſimam libelli de integritate*, JACOBI WIMPHELINGI *doctiſſimi hominis, commendationem.* Joannis Gallinarii *Endecaſyllabicon ad Lectorem.* Joannis Keyſersbergii, *de concubinis adquirendis ſententia*, quam Joannis Adelphi & Jacobi Ruthgeri argentinenſ. precibus Gallinarius hac ratione in verſus redegit:

Fit leue quod ſtulto pellex ſe iungat amanti
Fit graue quo pacto ſit ſegreganda tibi
Praeceptum tibi do promtum mihi crede, reconde
Argentum, Cererem, vinaque liber eris.

Rhythmus octocaſyllabicus

Ein frau man bald geſeſſelt hat
Wye ledig werſt ich gyb dyr rat
Beſchlies dyn gelt auch brot und win
By dyre lang keyn frau mag syn.

Editionis tempus, typographus his verbis deſignauit: Joannes knoblouchus *Ciuis* Argentinenſis *ex Archetypo, denuo imprimebat. Anno quingenteſimo ſexto ſupra milleſimum* (1506) *XI. Kalendas Nouembris.*

LIIX.

LIIX.

Appologetica declaratio WYMPHELINGII in libellum ſuum de integritate: de eo. An ſanctus Auguſtinus fuerit monachus. Cum epiſtolio Thome Wolphii iunioris. Keyſerspergii epiſtola elegantiſſima de modo predicandi paſſionem domini. Oratio WYMPHELINGII metrica, in 4. folior. 12.

Qua ratione JACOBVS WIMPHELINGVS monachorum auguſtinianorum, ſibi contraxerit odium, iam expoſuimus. Cum vero ab omni quaſi latere impetum monachi in illum facerent, hanc *apologiam* conſcribere, & eorum impetum reprimere coactus fuit. Nicerono & aliis de eiusmodi *apologia* nihil innotuiſſe videtur, quod eius raritatem valde confirmat. Examinat & refellit, in illa, aduerſariorum ſuorum obiectiones, nouisque argumentis ſententiam ſuam, Auguſtinum neque fuiſſe monachum, neque ſermones ad Heremitas conſcripſiſſe, confirmat. *Apologiae* initio, Auguſtinum, hac ratione, verba facientem introducit: *Monachus non fui: praeſertim non ſimilis veſtrum, nec vos ſimiles mei, ingenium, mores, ſtudium, vita: & omnis conuerſatio longe diſcrepant. Ego poſt ingreſſum religionis ſcilicet criſtiane: id eſt poſtquam triceſimo anno baptiſatus: cuculla id eſt veſte illa, quae ſacro fonte iam renatis imponitur, indutus ſum, mundum, delicias & opes contemnere cepi, frugalitatem dilexi, hereſiarchas vici, Foemina intra domum meam, nulla penitus vnquam conuerſata eſt, nec germana quidem ſoror, nec patrui aut patris filiae. Non quod de ſorore & neptibus mecum commorantibus vlla naſci potuerit mali ſuſpitio. Sed quoniam illae ſine aliis foeminis eſſe non poterant, quin ad eas aliae a foris intrarent, de quibus offendiculum aut ſcandalum infirmioribus naſci potuiſſet. Sic diceret*

vt

vt reor Auguſtinus &c. Auguſtinum non eſſe ſermonum ad Heremitas auctorem, hoc in primis argumento, euincere ſtudet: *Sermones ad Heremitas, non eſſe illius noſtri* Auguſtini, *in plerisque locis euidenter oſtendi poteſt. Vt de aliis innumeris nunc taceam pudet me de ſplendore & patre eloquentiae* Auguſtino *praedicari, quod ipſe barbaris illis vocabulis: qualia ſunt verbum* choriſare, *& nomen* burſarius *vſus ſit, quae in ſermonibus illis reperiuntur, decem annorum puer hodie nitidius loqueretur. Quid dicam de argumento de acerrimis inuectiuis contra genium & morem pientiſſimi manſuetiſſimique patris,* Auguſtini? *quid de turpi & ruſtica ſententia? proferam vel vnum abſurdum & foetidum locum in ſermone de coena domini, vbi ad* Judam *loquens introducitur* Auguſtinus *bis verbis.* Nunquid matrem cum qua concubueras a paraliſi liberauit? *ſicut hoc in re ipſa apocrifum; ita in ſtilo ineptum & inſulſum. Si vtique vrbaniſſimus* Auguſtinus *ignominioſiſſimum hunc* Judae *inceſtum, de ipſo ſcribere voluiſſet, honeſtioribus nimirum verbis, & modeſtiore periphraſi vteretur* &c. In concluſione apologiae, ſe, ſuasque lucubratiunculas omnes, & potiſſimum *apologiam, pro republica chriſtiana,* de qua mox nonnulla dicemus, cenſurae ſedis apoſtolicae, & in primis Julii II. pontificis, ſubmittit. *Apologiam* excipit *epiſtola elegantiſſima* Johannis Keyſersbergii *de modo praedicandi dominicam paſſionem & de nuditate crucifixi.* Cauſſa, ob quam Keyſersbergius iſtam ſcripſerat epiſtolam, haec eſt: Praedicauerat quidam Salaſſa, in dominicâ paſſione, coram omni populo, virginibus, & matronis, ſatis inconſiderate, inter alia, *Chriſtum ex omni parte nudum in Cruce pependiſſe,* verbis Ambroſii *Chriſtus in cruce pependit ſicut eum natura profudit,* innixus. Quidam Keyſersbergii amicus, paullo poſt tam ineptum ſermonem Salaſſae moderaturus, rationibus & teſtimoniis, alio in loco contrarium ſuſtinuerat. Id aegre ferens Salaſſa, contra illum e ſuggeſtu acriter inuectus eſt, & in ius

eum

eum vocauit, actionemque contra illum inſtituit. Ille vero pacis & patientiae amans per litteras Keyſersbergium conſuluit, quid illi, de Salaſſae ſermone videatur. Keyſersbergius itaque in hac epiſtola reſponſoria, ſententiam ſuam exponit, & Salaſſam ſatis inconſiderate & abſurde egiſſe, pronunciat, cum dixerit, *Chriſtum femoralia in cruce non habuiſſe* &c. propterea quod *multa, cum inuolutione & in genere adferre liceat, ſine ſcandalo; quorum particularium edictio, & inprimis in concione publica, fiat ſcandaloſa, & multa praeterea latine dicta, turpiter non ſonent, quae vernaculo ſermone prolata turpia ſint, & modeſtiam laedere videantur.* Haec omnia multis exemplis & teſtimoniis comprobat. Inuehitur hac occaſione, in eos ſacerdotes, qui gloriae ſibi ducunt, cum ſermones ipſorum, quos recitant, vnius horae excedunt ſpatium. Ita vero ille: *Damnaui ego, illas longas praedicationes, de paſſione domini, fieri in paraſceue ſolitas, & id ex vanitate inanis gloriae, procul dubio ortum habuiſſe adſerui: qua quilibet alterum ſuperare voluit. Primus ad horam praedicauit, more antiquorum doctorum. Alius, de alio conuentu, duas praedicauit, & ſermonem longius protraxit, indeque fuit forſitan laudatus, quo factum eſt, vt ſequenti anno, primus non minus adparere voluerit, & tres horas praedicauit. Alter ſequenti anno quatuor, & ita factum eſt, vt ad hanc fatuitatem deuentum ſit, vt VII. IIX. & VIIII. horas praedicetur: Ita vt inſtar cuculorum alterutrum ſe vincere conaretur. Legant* omnes *concionatores,* Chriſoſtomum, Leonem, Gregorium, &c. *ſi vnquam reppererint ſermonem, qui vna hora recitari non poſſit.* &c. His verbis charactere ſatis antiquo, in noſtro exemplari, manu in margine adſcriptum eſt: *O fatuitas praedicatorum.* Keyſersbergii epiſtola, ſcripta eſt *ex Argentina:* adiicitur illi *defenſio & munimenta, contra* Salaſſam, *de nuditate crucifixi,* vbi variis patrum & doctorum eccleſiaſticorum teſtimoniis probat, Chriſtum non omni ex parte nudum, cruci fuiſſe

fuiſſe adfixum. Adducitur etiam teſtimonii loco, deſcriptio reliquiarum metrica, quas Carolus magnus, e terra ſancta ad Aquisgranum pertuliſſe fertur, & ibidem in latere imaginis S. Mariae virginis, incluſae fuerunt:

Aduena ſiſte pedem locus hic tibi mira relatu
Chriſtifere oſtendet virginis induſium
Subligarem & pannum quo noſtre membra ſalutis
In cruce carnigeri tecta fuere Dei.
Panniculi & quibus eſt puer ad preſepe volutus
Factus & immunis frigoris omnipotens
Adde etiam pannum baptiſte morte ſacratum
Septenni ſpatio haec cernere quisque poteſt.
Carolus *a Graecis noſtram huc aduexit ad vrbem*
Hoc poſuitque loco, laus tibi ſumme Deus.

Oratio WIMPHELINGI *metrica*, cuius in titulo mentio facta eſt, verſibus elegiacis ad Chriſtum, *pro remiſſione peccatorum* ſcripta eſt. Illam ſequitur *ignoti amici epiſtola, ad aemulum* WIMPHELINGI. Exhibet illius auctor epitomen libri *de integritate*, & amicum ſuum hortatur, vt cum reliquis ſociis, WIMPHELINGVM laceſſere deſinat. Coronidis loco illi adponitur *Hexaſtichon* Phileſii V. (Ringmanni Vogeſigenae) *in eum, qui ſcripſerat, libellum, de integritate cum auctore ſuo, flammis egere magis, quam cenſore.* Editionis tempus huius collectiunculae quidem non indicatur, illam tamen an. 1505. *Argentinae* in lucem eſſe prolatam, coniicimus ex epiſtola Thomae Wolphii iunioris, Decretorum doctoris ad JACOBVM WIMPHELINGVM, Theologum, illi praemiſſa, quae eodem anno, *prid. Kalend. Aug.* ſcripta dicitur.

LVIIII.

LVIIII.

Ad Julium II. Pontificem max. Querulosa excuſatio JACOBI WIMPHELINGII ad inſtantiam Fratrum Auguſtinenſium ad curiam Romanam citati: vt propria in perſona ibidem compareat: propterea quod ſcripſit diuum Auguſtinum non fuiſſe monachum vel fratrem mendicantem. in 4. folior. 4.

Hanc *elegiam hecatoſtichon* praemiſſa epiſtola, dicauit JACOBVS WIMPHELINGVS *generoſo clariſſimoque domino* Philippo de Duno & lapide ſuperiore, *nobiliſſimae* Argentinenſis *eccleſiae praefecto.* Excipit illam breue WIMPHELINGI, ad Julium II. Pont. max. epiſtolion: *Scripſi beatiſſime pater F. Auguſtinenſes regulam & nomen ab Epiſcopo ſaeculari accepiſſe: nec id putabam eis ſtomachum mouere cum & ſummi Pontifices qui ipſorum & alias clauſtralium regulas confirmarunt (quod longe maius eſt) ſeculares fuerint ſacerdotes, Qualis & Tu es* Juli *Pontifex Optime maxime, cui me & mea dedo ſubiicio commendoque.* Cauſſam qua commotus, haec de Auguſtino verba, libro de integritate inſereret, hanc eſſe in Elegia ſcribit:

Eſt ſchola brisgoici *paſſim celebrata* Friburgi
  Clara politorum nobilitate virum
Inter diuerſos iſtic diſcordia fratres
  Conuentusque duos ſex quaſi luſtra fuit
Hic Auguſtinum: Guilhelmum *praedicat alter*
  Certat vterque prior dignior hincque fore
Dignior atque prior ſacra in ſtatione videri
  Clauſtricole plebis geſſit vterque ſtatus
Hic ſacramento iuſtum ſubducit honorem
  Tam fuerant tepidis pectora dura viris
Rex rhomanus erit teſtis (tam corda tumebant)
  Flectere nec precio ne potuiſſe prece

Tum me Conradus Sturtzel *clariſſimus orat*
(Quo doctore vſu eſt noſtra iuuenta bono)
Vt relegam hiſtorias: vt queram primus vter ſit
Vt voluam variis ſcripta probata libris
Hoc ego dum facio mihi pagina multa reuelat
Neſcia cuius erant pectora noſtra prius
Auguſtine *vſus quod nunquam veſte cuculla es*
Nec mendicaris: relligioſus eras
Relligioſus eras: chriſtique ligatus amore
Sed mendicanti nulla cuculla tibi
Hanc praeceptori rem ſcripſimus ordine noſtro
Cui certe poteram iure negare nihil
Haec ſumma, hinc omnis ſurgit certaminis ordo
Hinc crucior: patior: cauſſa cuculla fuit:
Quam male res fratres pia veraque torſerit ipſos
Nullus in hoc noſtro climate neſcit homo &c.

Exponit praeterea cauſſas, quae ipſum impediant, quominus a pontifice quidem citatus, in curia romana comparere queat.

Argentinus *adeſt praeſul cum conſule teſtis*
Et cum principibus clara caterua piis
Quod iam ſim variis morbis confectus & annis
Et quod ſim ad tantum non ſatis aptus iter
Et labor: & ſtudium: pituita: podagra: & orexis
Jam pridem vires deſtituere meas
Quid quod me tenerum chari genuere parentes
Et macie affectum corporeque exiguum
Hinc fit vt aut pedibus vel equo vel qualiter itur
Non facient tantam languida membra viam
Porro me iuuenem nemo quia vidit equeſtrem
Eſſe ſenex poſſem qualis equeſter ego?
Si mihi ſuppeterent vires inuiſere Romam
Quam cuperem pedibus oſcula ferre tuis
Cernere & antiqua monumenta & moenia Rhome
Atque acte vite facta piare mee. &c.

Itaque rogat Pontificem vt
Aequa libretur cauſſa bilance ſua,

ipſi

ipſi concedatur patronus, & cum ipſe comparere nequeat, rem omnem eo inſtruat, vt argentinenſis Praeſul, loco Pontificis, iudicis munus agat. Quo tempore JACOBVS WIMPHELINGVS hanc *elegiam* ediderit, non ſatis conſtat. Niceronus l. c. p. 20. illam quidem circa annum 1512. compoſitam eſſe exiſtimat, ſed variis commonemur cauſſis, vt illam aliquot annis antiquiorem, & anno circiter ſeculi XVI. ſeptimo aut octauo euulgatam eſſe cenſeamus.

LX.

JACOBI WIMPFELINGII Apologia pro republica chriſtiana.

M. Ringmanni Phileſii Tetraſtichon ad Lectores.

Excipiant aequa lectores mente libellum
Atrum nec rabido virus ab ore vomant
Cuncta ſalutiferi iuſſis ſunt Conſona Chriſti
Quae ſiquis damnet, damnat & ipſe Deum.

in 4. folior. 44.

Jure JACOBVS WIMPHELINGVS, hanc *apologiam pro republica chriſtiana*, ſatyrae titulo in Jureconſultos, & cauſſarum patronos inſcribere poterat. Omnia enim, quae inueniri potuerunt, in eorum ignominiam & contemtum vnquam prolata, ſtudioſe conquiſiuit. Dicauit *Apologiam* Jacobo Sturmio, Franciſco Paullo heidelbergenſi, Jacobo Bruno, ac Seb. Vurmſio, friburgenſis gymnaſiorum philoſophiae auditoribus. Thomas Volphius iunior, in epiſtola praemiſſa, ad doctorem Albertum de Ratſamhauſen in Stein, quem Theſeum ſuum adpellat, ſcripta *prid. Id.* 1505. Opuſculi ſe profitetur editorem, quod WIMPHELINGVS, fortaſſe criticorum cenſuram paullo acerbiorem metuens, a diſcipulis ſuis cremari iuſſerat.

iuſſerat. Sequuntur epiſtolam duo *epigrammata* Matthiae Ringmanni Ph. V. *hypponactia iambica ad Lectores.* In prologo WIMPHELINGVS, coram Deo fatetur, neque in facultatis iuridicae, neque ſacratiſſimarum legum contemtum, neque in odium cuiuspiam, qui praeclaram legum & canonum artem profitetur, aut exercet, ſe edidiſſe iſtam *apologiam*, ſed duntaxat vt comprimatur quorundam petulantia, qui cum ſint non ſolum nudi legiſtae; ſed etiam grammaticae rudimentorum expertes, vt propria illorum manus euidenter demonſtrat, minus ſobrie de theologis & cunctis philoſophis atque oratoribus locuti ſunt, theologosque vocant *auaros hypocritas*, *hereſum auctores, in concionibus ſuis ſteriles, largas conſcientias habentes,* cum multis aliis probris & contumeliis. Parum enim abfuit, quo minus vniuerſis theologis *veſperas ſiculas* imprecarentur. *Tam atroci*, vt ait, *infamatione, merito laceſſitus, coactus fuit, eis qui theologiam ſupprimere cupiunt, vtcumque reſpondere. Haud eo animo, vt ſtudium aut exercitium iuris poſitiui, quod humano generi & vtile & neceſſarium eſſe ſciat, floccifacere, aut theologos ſacris litteris abutentes, excuſare velit, ſed vt diuinam ſcripturam, theologicamque facultatem, defendere videatur.* In *proteſtatione* prologo adiecta, inter alia, *apologiam* omnibus doctis, & vere chriſtianis dei timorem & amorem habentibus, ipſi potiſſimum apoſtolicae ſedi & pontifici Julio II. diſcutiendam caſtigandamque, cum omnis ſubiectionis humillima profeſſione ſubmittit, denuoque libellum ſuum *de integritate* ſubiicit, & cauſſam exponit, ob quam a fratribus mendicantibus, laceſſitus, & infamia & calumnia adfectus fuerit. *Apologia* ipſa LI. abſoluitur capitibus, quorum argumentum tabula praemiſſa, ob oculos ponit. In fine quatuor reperiuntur carmina, quorum titulos hic adſcribimus. 1) *Theologia ſiue ſapientia inuitat adoleſcentes, ſacris initiandos, ad ſui ſtudium, tum honeſtum, tum ad beatitudinem conducens.* 2) *Hexaſtichon ex heroico & alciaico* M. Ringmanni

Voge-

Vogeſigenae phelesii. 3) Philomuſus (Jac. Locher) *theologus, in laudem ſacrarum litterarum.* 4) *Contra eos, qui cum ſacris ſint initiati, nihilominus tamen ſpe queſtus, qnotidie replicant, latrant, rabulantur, ac etiam contra eos, qui nil vel legunt vel ſciunt, niſi vt infinitis ſe onerent ſacerdotiis & praebendis, Elegia pathetica* Joannis Gallinarii budorini. Typographus haec addidit verba, quae docent, contra quem potiſſimum WIMPHELINGVS calamum ſtrinxerit: *Finit Apologia* VIMPF. *pro repub. chriſtiana, contra epiſtolam* Franciſci Schaczer de Rotuila *doctoris.* Phorce *in aedibus* Thomae Anshelmi *Sexta Kal. Apriles Anno M. D. VI.* (1506). In vltima libelli pagina hae leguntur ſententiae:

Veritas odium parit. Theren.
Sed ſub iuſto iudice vincit. Hesdr.

LXI.

JACOBI VIMPFELINGII *Schlettſtattenſis Theoſophi* Oratio de ſancto ſpiritu. in 4. folior. 8.

Edidit orationem Ringmannus Phileſius, & nomine *inclyti ac generoſi d.* Philippi de Duno, baronis in lapide ſuperiore, *ſummae aedis* argentinenſ. *praepoſiti digniſſimi* inſcripſit. In epiſtola dedicatoria ſcripta Argen. *K. Septembr. A.* 1506 prolixum exhibet catalogum opuſculorum, quae WIMPHELINGVS huc vsque ediderat. *Orationem* WIMPHELINGVS *de Spiritu ſancto*, ad inclytam vnuierſitatem heidelbergenſem, perorauerat. Edita eſt Phorcae *in aedibus* Thom. Anshelmi *Anno M. D. VII.* (1507.) *Menſe Majo.*

LXII.

Adoleſcentia JACOBI WIMPHELINGII cum nouis quibusdam additionibus per Gallinarium denuo reuiſa ac elimata. Additiones he ſunt. Epiſtola Enee ſiluii de litterarum ſtudiis. Ex Lactantio quedam pulcerrima. Epiſtola VIMPHELINGII Reſponſiua Volphii. Carmen Philomuſi de nocte vino & muliere. Moralitates VIMPHELINGII. Sententie morales ex Franciſo Petrarcha. Epithaphia quedam in Joannem Dalburgium epiſcopum Wormenſem. Et alia quaedam paſſim inſerta:

Ad Ludimagiſtros, pedagogos & gymnoſophiſtas
Gallinarii Exaſtichon.

Moribus indomitam tetricis frenare iuuentam
Eſſe modus: medium: principiumque ſolet.
Siue quod intonſa eſt viciis obnoxia pubes
Siue quod in varias flexilis ipſa vias.
Aurea ſufficiet tibi pharmata (pharmaca) VINIPHELINGVS
Que ſuperant coi ſancta recepta ſenis.

in 4. folior. 88.

Omnia, quae in editione *argentinenſi* anno 1511. impreſſa, in *Analectis noſtris litterariis de libris rarioribus* p. 1096 ſqq. deſcripta reperiuntur, etiam in hac antiquiore, ſed aeque rara, ſubiiciuntur oculis. *Impreſſum* eſt volumen, vt typographi verba, in fine conſpicua, teſtantur, Argentine *felici auſpicio*, *impenſis & opera* Jo. Knoblauch. *Anno Salutis MCCCCCV.* (1505) *XX. die Februarii.* His verbis ſubiiciuntur typographi inſignia. Id vero ſingulare & ſibi proprium haec editio habet, quod fol. 80. 81 & 83. tres exhi-

exhibeantur figurae, ligno ſatis eleganter inciſae. Prima ſimulacrum mortis, ſecunda hominis toga induti, pileo in quo eminent plumae, ornati, qui ſiniſtra ſacculum argento refertum, geſtat, & tertia tandem, hominis in lecto exſpirantis, cui praeter ſacerdotem, & niſi fallimur medicum, vxor, & quidam ex propinquis mœſtus adſtat, refert delineationem. Hunc WIMPHELINGI librum, adoleſcentibus valde vtilem, in ſcholis argentinenſibus, olim a doctoribus fuiſſe enucleatum, teſtatur Joannis Gallinarii budorini epiſtola, ad Conrad. Carolum diuae aedis Petri iunioris argent. Canonicum & Scholaſticum, Rectoremque parochialis eccleſiae Sletſtatinae Id. Mart. 1503. ſcripta, quam praemiſit Baptiſtae Mantuani *eclogis*, *Argentorat.* 1503. in 4. editis.

LXIII.

JACOBI WIMPFELINGII *Schlettſtatenſis*, Elegantiarum medulla: Oratoriaque Precepta· In Ordinem iuuentu facilem: copioſe: clare: breuiterque reducta. in 4. folior. 25.

Opuſculum litteris gothicis *impreſſum* eſt, vt in fine legitur, Argentine *per* Matthiam Brant. Quo tempore id factum fuerit, non conſtat. Praemittuntur duae epiſtolae, altera JACOBI WIMPHELINGI dedicatoria, ad Theodoricum Greſmund moguntinum, iuniorem, ſcripta XII. Junii 1493. altera Greſmundi, quo gratias WIMPHELINGO agit. Niceron Tom. XXXIIX. des *Memoires* p. 14. editionem *ſpirenſem* 1508. in 4. pp. 42. adducit.

LXIIII.

Iſidoneus Germanicus Ad R. P. D. Georgium de Gemmingen Spirenſem prepoſitum JACOBI V. *Sletſtatin.* Epiſtola eiusdem. Ad filios Philippi. Com. Rhe. Pala. In Fridericum victorioſiſſimum Bauarie ducem oratio funebris. Ac ipſius epigrammata in eundem, in 4. folior. 34.

Librum, quem JACOBVS WIMPHELINGVS Sletſtatinus, *ſuaſore & impulſore* Caſpar. Murrhone, *confratre*, *& ſummo amico*, *obiter*, (vt in concluſione libri ait) *lucubrauit*, ſatis ſuperque deſcripſimus, cum illius editionem *Argentor.* 1497. in 4. in *Analectis litterar.* p. 1098. produceremus. Haec, quae nobiscum communicata fuit editio, ſine die & conſule in lucem prodiit. Titulus plura promittit, quam libellus ipſe complectitur. *Epiſtola* enim JACOBI WIMPHELINGI *ad filios* Philippi *Comitis palatini*, *Oratio funebris*, atque *epigrammata* in Fridericum, Bauariae *ducem* non comparent. Praemittitur epiſtola dedicatoria Jacobi Han, argentinenſis, ad Henricum Comitem & Dominum in Hennemberg, cui inſignia gentilitia Comitis, ligno inciſa, adpoſita ſunt. Illam epiſtolam ſequitur ea, quam JACOB. WIMPHELINGVM ad Georgium Gemmigerum ex Nemeto XI. Kal. Jul. an. 1499. ſcripſiſſe, in *Analectis* l. cit. diximus. Illi etiam gentis Gemmigerorum inſignia ſubiecta ſunt. Praeter nonnulla *epigrammata moralia* JAC. WIMPHELINGI, huic editioni acceſſerunt *Elegiacum* WIMPHELINGI *ad* Chriſtum, *pro remiſſione omnium & grauiſſimorum peccatorum*, *Elegiacum & Sapphicum* J. W. *ante ſummum ſacrificium.* Forte eadem haec editio eſt, cuius Jacob. Burckhardus P. II. *Commentar. de linguae latinae quibus in* Germania *per XVII. Saecula amplius vſa ea eſt fatis. Wolffenbuttel.* 1721. in 8. p. 375. not. (x) mentionem fecit.

LXV.

Auiſamentum de concubinariis non abſoluendis quibuscumque ac eorum periculis quamplurimis. A theologis Colonienſibus approbatum, cum additionibus ſacratiſſimorum canonum.

Contra Venerem ſacerdotum poeta gentilis.
Hoſce procul abeſſe iubeo. diſcedite ab aris
Quos tulit heſterna gaudia nocte Venus
Caſta placent ſuperis. pura cum veſte venite
Et manibus puris ſumite fontis aquas.

Si apud gentiles ſacerdotes ſacrificaturos immundicia deteſtabilis fuit quando magis apud chriſtianos qui corpus Chriſti ſumunt. Sanctus Jheronimus ait. O ſacerdos tibi licito de altari viuere non luxuriare permittitur. Therentius Veritas odium parit. Hesdras ſed ſub iuſto iudice vincit. in 4. folior. 8.

Niſi omnia nos plane fallunt, opuſculi litteris gothicis impreſſi, auctor eſt Jacobus Wimphelingus, acerrimus morum, illa, qua viuebat aetate, cenſor, quocum, vt dictum a nobis iam fuit, iis circiter temporibus, grauiſſimae cum monachis & inprimis fratribus mendicantibus, intercedebant inimicitiae. Verbis tituli ſubiicitur figura ligno inciſa, quae refert meretricem, vel ſi mauis amicam, puluinari inſidentem, cuius a tergo ſtat diabolus auribus aſininis ornatus. *Ad Confeſſorem* opuſculum perſcriptum eſt, *ex* Argentina *anno 1507.* In prima parte variae proponuntur *concluſiones*, quibus demonſtratur, quod *fornicarius ſeu concubinarius, ſeu notorius, ſeu occultus, ſiue ſit laicus ſiue ſit domicellus, ſiue ſacerdos, nulla prorſus ratione poſſit abſolui, niſi concubinam abiiciat.* Secunda parte varia exponuntur *pericula, quae incurrunt ſacerdotes concubinarii.* In tertia parte ponitur

tur ob oculos aliud *periculum nedum ſacerdotum, ſed omnium concubinariorum, quoad contritionem & confeſſionem.* Hanc excipit *exhortatio de concubinis abiiciendis & concubinariorum abiectionibus inualidis,* quam ſequuntur nonnulli *canones ex decretalibus de cohabitatione clericorum & mulierum.* Haec omnia multis citationibus & teſtimoniis e ſcriptura ſacra, patribus eccleſiaſticis, conciliorum decretis, vtriusque iuris libris, theologorum ſcholaſticorum ſcriptis &c. confirmantur. In fine comparet diſtichon *de eligendo plebanatu qualis eſſe debeat.*

Felix plebanus, felixque parochia ſub qua
Nec Naaman, Abraam. *nec* Sem. *nec viuit* Helias.

Diſtichi Expoſitio ſtatim ſubiicitur: *Per* Naaman *intellige leproſos, per* Abraam *iudeos, per* Sem *nobiles, aut thirannorum officiales. per* Heliam *monachos aut potius fratres mendicantes. a quibus parochie diu libere fuerunt. Et indubie tum etiam floruit religio & vita chriſtiana eccleſiaque ductu ſpiritus ſancti directa fuit.*

LXVI.

CRATIS, *Thebani Cynici philoſophi*, Epiſtole aureis ſentenciis referte theologie conſentanee. in 4. folior. 8.

Opuſculum litteris gothicis exſcriptum eſt. Titulo libri imago duorum philoſophorum cynicorum, pallio, cuculla, pera & baculo inſtructorum, ligno inciſa ſubiecta eſt, ſub qua hi leguntur verſiculi:

Pallia non cynicum faciunt atrique cuculli
Non baculus curuus pera nec ipſa facit.
Aſt animus recti ſemper ſeruator & equi
Et qui fortune ſpernere dona poteſt.

CRATETEM philoſophum cynicum, *epiſtolas* ſcripſiſſe, teſtatur Diogenes Laertius L. VI. ſegm. 98. p. 362. edit. Marc. Meibomii *Amſtelaed.* 1692. in 4. vbi ait: φέρεται δὲ τοῦ Κράτητος βιβλίον ἐπιστολαὶ, ἐν αἷς ἄριστα

ἄριστα φιλοσοφεῖ, τὴν λέξιν ἐστιν ὅτε παραπλησίως Πλάτωνι. Corruptum quidem hunc locum eſſe exiſtimat Aegid. Menagius in *Obſeruat.* ad h. l. p. 266. & verba ad Hipparchiam referenda, & hac ratione legenda φέρεται δὲ πρὸς τὸν Κράτητα βιβλίον ἐπιστολαί, eſſe exiſtimat. Id autem contra omnem codicum conſenſum fieri, iam adnotauit Jo. Albert. Fabricius L. II. *Biblioth. graec.* Cap. X. p. 424. Quidquid illius ſit, id pro certo conſtat, *epiſtolas*, quae hodie ſub CRATETIS nomine circumferuntur, eſſe ſuppoſititias. Jo. Alb. Fabricius l. cit. *quatuordecim* tantummodo CRATETIS *epiſtolas* eſſe ait, quae in collectione *epiſtolarum diuerſorum philoſophorum, oratorum, rhetorum*, &c. graeca, *Venet. ex officina aldina* 1499. in 4. & in eadem collectione, cum verſione latina, Jacobo Cuiacio, falſo tributa, *Colon. Allobrog.* 1606. in fol. reperiuntur. Eodem Fabricio teſte, verſio latina *epiſtolarum* CRATETIS, verbis incipit: *Redi cum ſumma celeritate.* Iſta verba nos docent, verſionem, quae ante oculos verſatur, ab illa, quae in collectione exſtat cuiaciana, longe eſſe diuerſam. Reperiuntur enim in noſtro codice XXIIII. CRATETIS *ad ſocios, adoleſcentes*, Patroclum, Macrodum, Emnopolum, *ad diuites, theſſalonicenſes, athenienſes*, Hipparchiam *coniugem*, Aperum & Horionem *epiſtolae*, quarum prima inchoatur: *Fugite non ſolum fines malorum iniuſtitiam & intemperantiam.* Per omnem libellum nulla reperitur, in cuius principio verba a Fabricio citata legantur. Forte illa, quae in Collectione a Fabricio memorata, ad *Originem* ſcripta dicitur, in noſtro codice eſt, quae *Horionis* nomen in fronte gerit. CRATETIS *epiſtolis* in noſtro codice ſubiicitur, *epiſtola* Socratis *ad* Platonem, Heracliti *philoſophi ad vitam humanam*, & Democriti *philoſophi contrarium.* Verſio ab Athanaſio conſtantinopolitano, Abbate archienſi, profecta dicitur, cuius epiſtola *ad diuum Principem*, Karolum Aragonum *primogenitum*, CRATETIS *epiſtolas* antecedit. Refert in illa, quod, cum litteris Caroli commendatitiis Pa-

normum ad Siciliae proregem, pro capiendi monaſterii poſſeſſione quidem ſe contulerit, poſſeſſionem tamen non habere potuerit, ſed quorundam philoſophorum & præſertim CRATETIS cynici inuenerit *epiſtolas*, quas, ob praeſtantiam earum latinas fecerit, eique dicauerit, ne vacuus ad illum rediret. Pollicetur etiam in fine epiſtolae, *ſe complura graeca, latina effecturum, ſi monaſteriolum* Caroli *opera, adſequutus fuerit.* Fecerunt iſtius Athanaſii & verſionis *epiſtolarum* CRATETIS, praeter Jo. Albert. Fabricium l. cit. mentionem Joſias Simlerus in *Biblioth.* p. 75. Chriſtophor. Hendreich in *Pandectis brandeburg.* p. 319. qui illum *Abbatem arrbienſem* adpellant. Editionem, quam nobis inſpicere licet, curauit Joannes Stabius, auſtriacus, philoſophus & mathematicus, qui, illam, epiſtolio praemiſſo, *ex* Ingolſtadio *diuerſorio litterario*, ſcripto, dicauit Joa. Gracco Pyerio vulgo Crachenberger dicto, *Chorographo* Auſtriae, Apollinis *vicario.* Iſti epiſtolio addidit *phaleutium carmen*, quo philoſophum cynicum, ab exteriore corporis, & interiore mentis habitu deſcribit. In fine *epiſtolarum* reperitur *Carmen phaleucicum* Conradi Celtis, *ad* Joannem Tritemium *Druidam*, *Abbatem in* Spanhaim, quo eius laudes a poeta decantantur. Typographus haec verba adpoſuit: *Impreſſum* Nürmberge *per* Ambroſium Hüeber. *Anno domini* 1501. Conf. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. p. 149. vbi vero, ſicut & p. 144. typographus, niſi plane fallimur, minus accurate Ambroſius Nueber ſcribitur. Littera enim initialis N. in noſtro exemplari, longe aliam prae ſe fert formam quam littera H. qua typographi nomen inchoatur. Editionem iſtius verſionis *Viennae Auſtriae* prodiiſſe, teſtantur Joſ. Simlerus & Chriſtophorus Hendreichius ll. citt. Omnium ſine dubio editio prima eſt, quae in collectione *Epiſtolarum cynicarum* latina, cum Phalaridis nimirum *Epiſtolis*, a Franciſco Aretino, e graeco, latine redditis, & Marci Bruti *epiſtolis*, cum Mithridatis *ad eas reſcripto*, a Raimitio (Rimicio)

in

in latinum translatis, Paris. circa annum 1470. in 4. teſte Andrea Chevillier in libro de *l'Origine de l'Imprimerie de* Paris, *Paris* 1694. in 4. p. 36. in lucem edita fuit. Jacobus quidem Mentelius in *Paraeneſi ad* Bernard. de Mallinckrot *de vera origine typographiae, Pariſ.* 1650. in 4. hanc collectionem non *Pariſiis*, ſed *Argentorati* prodiiſſe exiſtimat, ſed vindicat illam *Lutetiae Pariſiorum*, Andr. Chevillier l. c. p. 51. Adducitur collectio a Mich. Maittaire in *Annal. typogr.* Tom. I. p. 294. a Jo. Alb. Fabricio l. cit. Longe diverſa eſt ab Athanaſii verſione, illa, quam dedit Eilhardus Lubinus, qui *veterum* auctorum *graecorum* Hippocratis, Heracliti, CRATETIS Bruti, Anacharſidis, Theanus, Democriti, Diogenis, Phalaridis, Apollonii Tyanei, Euripidis, *& aliorum epiſtolas, gr. & latin. Heidelb. ex officina commeliniana* 1601. in 8. in lucem exire iuſſit. Editio anni 1609. in 8. memoratur in *Catalog. Biblioth* tellerianae p. 409. Conf. de CRATETE philoſopho cynico Diogenes Laertius L. VI. ſegm. 85-93. p. 354 ſqq. Suidas Tom. II. p. 370. edit. Ludolph. Küſteri *Cantabrig.* 1705. in fol. Thom. Stanleii *Hiſtoria philoſophiae* P. V. p. 536 ſqq. edit. *Lipſ.* 1711. in 4. Jo. Jacob. Brucker *Hiſtor. philoſoph.* Tom. I. p. 742 ſqq. & 888 ſqq. Joh. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* l. cit. & alibi paſſim. P. Baile *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. II. p. 1471 ſqq. ſub voce Hipparchia. De Joanne Stabio, auſtriaco, poeta laureato, Maximiliani Imperatoris I. hiſtorico & coſmographo, vid. Joſ. Simlerus in *Bibliotheca* p. 417. e qua illa ſuppleri poterunt, quae ex Kœnigii *Biblioth. veter. & noua* nimis ſuccincte in *lexico erudit.* T. IIII. col. 762. de illo, adlata fuerunt. Joannes Cuſpinianus in *praefatione ad Lectorem, vitae* Maximiliani praemiſſa, in *Opere de Caeſaribus atque Imperatoribus romanis* p. 601. edit. *Baſil.* 1561. in fol. illi tale ſcripſit elogium: *Erat* Joannes Stabius *iudicii acutiſſimi vir, raraeque doctrinae, qui pluribus annis ſub eo* (Maximiliano) *militarat, multa adiecturus allaturusque* (iis,

quae

quae Cuſpinianus de Maximiliano ſcripſerat), *quae poſteritas fuiſſet admirata: vtpote qui caſtra eius ſequutus, ſemper lateri adhaeſit annis iam aſſiduis ſedecim. Et cum* Auſtriam Carinthiamque *graphice depinxerat, ac ſtemma domus* auſtriacae *ingenioſiſſime in lucem produxerat, deprompturus adhuc multa & ſpecioſa & inſignia, potiſſimum nunc aulicis liberatus tempeſtatibus & tranquillitati redditus, eccleſiae* viennenſis *factus Decanus. Sed eminentioribus omnibus inuidet inuida mors, quae hunc inſperato, cum moliretur ingentia, quaedam,* Graetzii *in* Stiria *nobis abſtulit, Kalend. Januarii vigeſimi ſecundi anni poſt milleſimum quingenteſimum* (1522.) *cum* Maximilianum *ſcribendum ſuſcepiſſemus eius ductu.*

LXVII.

Epiſtole MAVMETIS *Turcarum Imperatoris* elegantiſſime multa prudentia acrimonia referte. in 4. folior. 18.

Raritatem iſtarum *epiſtolarum* teſtatur Joan. Auguſtinus Egenolfus, ſcholae crucianae dresdenſis olim Rector, in epiſtola dedicatoria, nouae, quam curauit editioni, *epiſtolarum* MAHVMETIS, de qua mox plura dicemus, praemiſſa. In fine editionis, litteris gothicis impreſſae, typographus haec adſcripſit verba: *Impreſſum* Liptzk *per* Jac. Abiegnum (Thanner) Herbipolenſem *Ciuem liptzens. Anno domini M. CCCC. XCVIII.* (1498.) *penultima die Octobris.* Michaeli Maittaire & eius continuatori Joh. Henric. Leichio, editio incognita fuit, qua ſe vſum eſſe profitetur Egenolfus l.c. Secunda eſt, quae Lipſiae, Joannis Maii, romhiltenſis, Profeſſoris rhetorices, in Academia lipſienſi cura prodiit. Primam emiſerat an. 1488. in 4. Eius in fronte iſti leguntur, teſte Jo. Henric. Leichio in *Annal. typogr. lipſienſ.* p. 63. verſiculi:

Jo.

Jo. Maius *ad Lectorem*

Suſcipe quisque volės tibi ſponte ſua venientes,
Aequanimos ciues, magnanimosque duces.
Quidue vide, virtus, animus, ſapientia, poſſit,
Et veteres illas noſſe quid hiſtorias.
Hoſtibus inſurgi, aut meritis bene gratia reddi
Debeat, aut populus qua ratione regi
Ergo age, qui magni curſus tibi contulit orbis,
Munera Laudini *plena fauore legas*

In editione, qua vtimur, nil tale reperimus; dicavit illam editor Martino Polichio Mellerſtatenſi, *optimarum rerum, artium, medicinaeque doctori, illuſtriſſimi Principis* Friderici *Ducis* Saxoniae, *& Electoris phyſico iurato.* Ex ſyro, graeco, ſcythico atque turcico ſermone *epiſtolae* dicuntur translatae a Laudinio ſiue Laudino equite hieroſolymitano, cuius epiſtola ad Francinum Beltrandum, Comitem, editionibus, quas vidimus, omnibus, praemittitur. Quo tempore iſtae litterae primum typis exſcriptae fuerint, non conſtat. In denen *Merkwürdigk. der königl. Biblioth. zu Dr.* recenſetur Tom. I. p. 463. editio in 4. folior. 22. cuius in fine haec leguntur verba: *Epiſtolae* Magni Turci *finiunt, a* Laudino Equite Hieroſolymitano *editae* G. F. T. quas litteras Chriſtianus Goetze interpretatur *Gerardus Flander Taruiſii.* Editionis annus non additus fuit. *Anno* 1510. *III. Id. Aug.* prodierunt Symmachi Conſ. Rom. *Epiſtolae familiares; item* Laudini Equitis Hieroſolymitani *in Epiſtolas* Turci magni *traductio.* Argentorati *ex officina* Joannis Schotti, *impenſis* Georgii Maxilli, in 4. vid. Joſ. Simleri *Bibliotheca* pag. 444. Michael. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. pag. 218. In *Catalogo Biblioth.* tellerianae pag. 409. memoratur collectio epiſtolarum, quae complectitur: *Epiſtolarum* Symmachi *Lib. II. Diui* Ambroſii *Epiſtolas in* Symmachum II. *& Epiſtolas* Magni Turci *a* Laudino Equite Hieroſol. lat. *redditas, Baſil. ex officin. Frobenii* 1549. in 8. Conf. Joſ. Simleri *Bibliotheca*

theca l. cit. In Thom. Hyde *Catalog. Biblioth.* bodleian. Tom. I. p. 460. occurrit editio *Marpurg. Cattorum* 1604. in 8. M. Jo. Auguſtin. Egenolfus illas edidit hoc titulo: *Magni Turci i. e.* MAHOMETI *Secundi, Turcarum Imperatoris, Epiſtolae, in gratiam ſtudioſae iuuentutis, cum breuibus notis, & diuerſis lectionibus: Anno MDCLXXX.* (1680). *denuo editae. Dresdae typis viduae & heredum Melchioris Bergen, Elect. Sax. Typogr.* in 8. pp. 71. Recentior *egenolfiana* eiusmodi prodiit titulo: *Epiſtolae* MAHOMETIS, *Turcarum Imperatoris elegantiſſimae, multa prudentia acrimoniaque refertae. Accedunt vita* MAHOMETIS, *breuis item hiſtoria, de Imperatoribus conſtantinopolitanis, Tyrannis turcicis, Regibusque Hungariae, & alia quorum index in fine ſubiectus, cura & ſtudio* Simonis Goebelii, Romhildenſis, *Francof. & Lipſiae apud Jo. Bielken, Bibliopol.* 1690. in 12. Gilbertus Cognatus illas inſeruit *Epiſtolarum laconicarum atque ſelectarum farragini* primae, quae *Baſil.* 1554. *ex officina Jo. Oporin.* in 16. prodiit. vid. Joſ. Simleri *Biblioth.* l. cit. Jo. Alb. Fabricii *Bibliothec. graec.* L. II. Cap. X. p. 431. Habemus *laconicarum Epiſtolarum Theſaurum bipartitum opera* M. Joannis Buchleri a Gladbach *collectum & digeſtum. Colon.* 1606. in 12. in quo reperiuntur Magni Turci *epiſtolae* p. 623-651. Jo. Aug. Egenolfus in epiſtola dedicatoria ad Jo. Chriſtophor. Schmidium Scholae torgenſis Subrectorem, *originales,* vt vocant, *epiſtolarum, bibliothecis in italicis, e quibus depromtas vertere potuerit interpres, adſeruari adhuc nequaquam dubitat:* ſed nobis perplacet opinio Auctoris der *Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu Dr.* l. cit. qui illas ſuppoſititias, & a quodam exercitii cauſſa, ſermone ſtatim latino, conſcriptas eſſe exiſtimat. In hetruſcum ſermonem conuerſae, exſtant hoc titulo: *Lettere del gran* MAHUMETO II. *Imper. de Turchi, ſcritte à diverſi Rè, Principi, Signori e Republiche, con le riſpoſte loro, ridotte nella volgar lingua da* Lodovico Dolce;

Dolce; *inſieme con le lettere di* Falaride, *Tiranno degli Agrigentini, tradotte dal greco dal Medeſimo, In Venezia* 1563. in 8. Vid. Nicol. Fr. Haym *Notizia de' libri rari nella lingua italiana* p. 197. Niceron *Memoires* Tom. XXXII. p. 19. In Nicolai Baſſaei *Collectione in vnum corpus omnium librorum, Hebraeorum, Graecorum, Latinorum, nec non Germanice, Italice, Gallice & Hiſpanice ſcriptorum, qui in nundinis Francofurtenſibus ab anno* 1564. *vsque ad nundinas Auctumnales* 1592. *venales extiterunt, Francof.* 1592. in 4. P. III. p. 20. liber 1573. excuſus dicitur. De MAHVMETE II. FATIH, Amurathi II. filio, omnivm fere hominum, qui vnquam vixerunt ſceleratiſſimo, qui patri an. Chr. 1450. in imperio ſucceſſit, *Corollaria* ſuae editioni adiecit Jo. Auguſtin. Egenolfus, quae vide. Conf. praeter alios hiſtoriae turcicae ſcriptores Demetrii Kantemir *Geſchichte des osmaniſchen Reichs, Hamburg.* 1745. in 4. p. 99 ſqq. Quis Laudinus, ſiue vt nonnulli eum vocant, Landinus fuerit, non ſatis conſtat. Adſeruatur in Bibliotheca regia dresdenſi eius *Exhortatio de laudibus ſapientiae ac virtutis. ad* D. Malitiam Caraffam, in qua Laudivius, Eques hieroſolymitanus nominatur. Vid. die *Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu Dr.* Tom. I. p. 510. Jo. Henric. Leichius adduxit in *Supplemento Maittairiano* p. 136. ſub eodem Laudiuii nomine libellum *ad* Franc. Beltrandum Barchinonenſem *de vita* S. Hieronymi, *Romae* 1495. in 4. Ipſe vero Laudinus vel ſi mauis Laudiuius in epiſtola ad Francin. Beltrandum Comitem, *epiſtolis* MAHVMETIS praemiſſa, mentionem facit *Commentariorum*, quos olim ad ſummum pontificem ſcribere adgreſſus ſit, ob ſuſcepti vero operis magnitudinem, in aliud tempus remiſerit.

LXIIX.

LXIIX.

Legenda ſanctiſſime matrone Anne genitricis virginis Marie matris & Hieſu Chriſti Auie. in 4. folior. 21.

In fine libri, charactere litterarum gothico exarati, quem rarum eſſe docet *Theſaurus bibliothecalis*, Tom. II. pag. 74. haec leguntur verba: *Impreſſum* Liptzk *per* Melchiorem Lotter. *Anno dni MDII.* (1502). *XV. Kalendas Septembris.* Editionem iam anno 1497. *Lipſiae ex officina Melchioris Lotteri* fuiſſe euulgatam, docet Michael. Maittaire Tom. I. *Annal. typogr.* pag. 651. Compilatoris *legendae* nomen non compertum habemus: illum ex ordine Minorum fuiſſe, haec eius in praefatione teſtantur verba: *vt in lucem prodeat quod ignoratur. nec latere deceat multis profuturum. Hinc inclinatus ego de* obſeruantia Minorum *minimus amore trium arborum* Anne. Marie *benedicte. atque fructus* Hieſu *prolis diuine. de remuneratione ſalubri confiſus. quamquam a nonnullis etiam deſuper amoroſe pulſatus. quod vtcunque ex diuerſis veritati conſonum laborioſe licet non infructuoſe comperi in vnum ſimpliciter redigere curaui* &c. Cum omnia quae de libro, figmentis fabuliſque referto, dici poterant, iam in *Theſauro bibliothecali* legantur, capita XVII. e quibus *legenda* contexta eſt, tantummodo adſcribimus. I. *Capitulum* eſt, *de parentela* S. Anne *&* *parentibus eius, de genealogia & poſteritate ſororis eius* Esmerie. *quarum mater* Emerentia. *pater vero* Stollanus. II. *de laudabili conuerſatione ſancte* Anne, *in iuuentute, & quomodo matrimonialiter coniuncta eſt viro* Joachim, *& quomodo vixerunt in matrimonio.* III. *quomodo oblatio* Joachim *in templo fuit reprobata. & de vtriusque triſticia & frequentatione ac angelica ſecuratione de naſcitura filia.* IIII. *Quare* Anna *tot annis infecunda permanſerit. & quomodo ſimul conuenerunt ſecundum dictum euangelicum iuxta*

iuxta auream portam in iheruſalem, *& oblata eius accepta fuerant.* V. *Quomodo* Anna *concepit* Mariam *peperit & educauit. in templo preſentauit & de morte* Joachim. VI. *Quomodo* Anna *viduata ammonitione euangelica tradita eſt ſecundo viro. cuius nomen* Cleophas *frater* Joſeph *nutricii domini. de quo etiam concepit* Mariam *matrem trium apoſtolorum & vnius diſcipuli domini. & de morte* Cleophe. VII. *Quomodo tertio viro tradita eſt* Salome. *ex quo terciam* Mariam *peperit matrem duorum apoſtolorum* Jacobi *&* Johannis. *& quomodo filias docuerat & de morte* Salome. *etiam quo die nata ſit virginis* Marie *puerpera. & quo die mortua.* IIX. *Quatenus non abſurdum erat etiam verecundum tertio nubere. & de quadam virgine. que iccirco mirabilem viſionem vidit antequam viſa noluit beate* Anne *ſeruire in deuotione.* VIIII. *de quodam* Procopio *doctiſſimo. poſtmodum* heremita *beate* anne *deuoto, &* Archiepiſcopo Pragenſi *qui valde predicavit ſanctam* Annam *venerandam atque eius feſtum celebrandum.* X. *de quodam prodigio* (prodigo) *adoleſcente qui per ammonitionem beati* Jacobi. *beate* Anne *deuote ſeruiuit. circa quem meritis* Anna *mira contigerunt. & de eius cultus ampliatione.* XI. *de quodam* epiſcopo *in* Anglia. *impedire volenti cultum ſancte* Anne *& mirabiliter plagato. & quomodo deuotio maior ad eius ſolennitatem & honorem ſuccreuit.* XII. *de duabus beate* Anne *deuotis. quibus ſemetipſam in viſione preſentauit. & de his. que eas pro ſua veneratione ac remuneratione docuerat.* XIII. *Quomodo manifeſtauit ſe duobus ſibi deuotis videlicet vni* Heremite *& cuidam* clerico. *& de magnificis circa eosdem per eam exhibitis.* XIIII. *de miraculis quibus choruſcat. nec choruſcare deſinit. & primo de naufragis liberatis & vidua paupercula in porco conſolata.* XV. *de muliere multum infirma per ipſam inuocatam curata. & imagine ſibi facta. & quadam peſtilentia ſubito coram ymagine ſua liberata & ſuſpicata.* XVI. *de* Margaretha *quadam religioſa beata* Anne *&* Joachim

chim *deuota. & ab eis docta. cui mirabiliter beata* Anna *aſſuit in morte. & de quodam febricitante morti vicino. curato.* XVII. *de digito ſancte* Anne *in* Colonia agrippina *& miraculis & oſculatione eiusdem & quomodo perſeuerantibus in ſuo ſeruitio diligenter aſſiſtit. & reſilientibus aut tepeſcentibus non amplius ſuccurrit.* Multa, quae hic occurrunt figmenta, ex *Euangelio de natiuitate Mariae*, & ex *Proteuangelio Jacobi* deſumta ſunt, & vt alios iam libros taceamus, leguntur in Jo. Alb. Fabricii *Codice apocrypho Noui Teſtamenti, Hamburg*. 1703. in 8. p. 1. ſqq. Conf. D. Georg. Henr. Goetzii Diſſert. *de cultu* Annae, *auiae* Chriſti *in* Miſniam *inuecto*, in eius *Meletematibus annaebergenſibus varii argumenti*, *Lubec.* 1707. in 8. p. 1042 ſqq.

LXVIIII.

De puriſſima & immaculata conceptione virginis Marie. & de feſtiuitate ſancte Anne matris eius. in 4. folior. 8.

Diuerſa eſſe videtur opuſculi admodum rari editio, ab illa, quae deſcribitur in *Theſauro bibliothecali* Tom. II. p. 74 ſqq. Scribendi enim compendia, in titulo conſpicua, in noſtro exemplari non reperiuntur. Tituli verbis ſubiicitur imago S. Mariae & S. Annae, ligno inciſa, quae etiam in ſecunda tituli pagina, oculis ſe obfert, cum his verbis: *Benedicta ſit ſancta mater* Anna. *Ex qua ſine originali macula proceſſit intemerata caro virginea.* Praeter *epiſtolam* Joannis Trithemii Abbatis ſpanhemenſis, quae integra *Theſauro bibliothecali* l. cit. inſerta fuit, in noſtro exemplari occurrit *Caput VII.* ex opere, quod Trithemius *de laudibus* S. Annae, *matris* B. Mariae *virginis Lipſ.* 1494. & 1512. in 4. ediderat. Inuenitur etiam in

Para-

Paralipomenis Opuſculorum Petri Bleſenſis, Joannis Trithemii, *&* Hincmari *nuper* Moguntiae *editorum, ſeu eorundem Tractat. variis nouiter inuentis & nunc primum editis per* Joan. Buſaeum, *Mogunt.* 1605. in 8. & *Colon. Agrippin.* 1624. in 8. Cum enim Trithemius hoc opuſculum conſarcinaret, monachi nonnulli de ordine fratrum S. Mariae ſemper virginis, de monte Carmeli illum rogabant, ne defenſionem puriſſimae conceptionis virginis Mariae obmitteret. Eorum igitur precibus obſequutus, hoc caput VII. operi ſuo inſeruit, quo ſanctam Annam matrem, filiam ſuam beatiſſimam, Dei genitricem, ſine originali macula concepiſſe demonſtraret. Caput illud, ſequitur in noſtra collectiuncula *Statutum & determinatio ſacre facultatis theologie ſtudii* Pariſienſis, *de immaculata conceptione virginis glorioſe. Et primo reuocatio facta* pariſius *Anno dni. M. CCCC. XCVI. per fratrem* Johannem Veriis *ordinis predicatorum ſuper predicta materia.* Statutum facultatis theologic. pariſienſis, ſubſcriptum eſt his verbis: *Datum* Pariſius *in congregatione generali apud ſanctum* Maturinum *tam ſollenniter celebrata. Anno domini Milleſimo quadringenteſimo. nonageſimo ſeptimo. die decima ſeptima menſis Septembris.* Vltimum locum occupant *Nomina LXXXII. magiſtrorum & doctorum ſacre theologie* pariſienſium, *de rigore promotorum Statuto facultatis theologice ſtudii* Pariſienſis. *Puritati immaculate Conceptionis virginis* Marie *adherentium.* Occurrunt hic nomina monachorum ex ordine S. Benedicti, Minorum, S. Auguſtini, Ciſtercienſium, Praemonſtratenſium, Praedicatorum, Carmelitarum, & Seruorum. Typographus haec verba adpoſuit: *Impreſſum* Argentine. *per* Matthiam Hupfuff. *Anno. a natiuitate ſaluatoris noſtri Milleſimo. quingenteſimo. ſexto.* (1506). Sine dubio opuſculum eo tempore prodiit, quo controuerſiae inter monachos, Dominicanos & ordinis S. Franciſci, ſeculo potiſſimum XV. ad finem vergente, & initio ſeculi XVI. per omnem fere Europam,

non ſine maxima animorum contentione, ob immaculatam Mariae conceptionem, agitatae fuerunt. Quamvis nemini lectorum Joannes Trithemius, polygraphus ſuae aetatis celeberrimus, incognitus eſſe potuerit, illos tamen ſcriptores hic nominabimus, qui, prae ceteris de eius vita, librisque editis legi merentur. Ipſe Joannes Trithemius libellum conſcripſit titulo *Nepiachi* inſignitum, in quo *de ſtudiis ſuis & ſcriptis propriis*, *a pueritia repetitis*, diſſerit. Joan. Georg. Eccardus illum inſeruit Tom. II. *Corporis hiſtoric. medii aeui*, *Lipſ.* 1723. in fol. pag. 1825 ſqq. Variis Jo. Trithemii *polygraphiae* editionibus v. c. *argentinenſi* 1613. in 8. praemittitur *Pinax ſiue index lucubrationum* Jo. Trithemii, *ex epiſtola diſcipuli eius* Joan. Duracluſii *ad* Nicol. Hamerium. *Vitam* praeterea Jo. Trithemii, data, quod aiunt, opera conſcripſerunt Joan. Buſaeus & Wolfg. Ernest. Heidelius. Illius praefixa eſt Joan. Trithemii *Operibus ſpiritualibus quotquot reperiri potuerunt*, a Joanne Buſaeo in vnum volumen redactis, *Mogunt.* 1605. in fol. Hic Trithemii *vitam ex eius chronicis & epiſtolis collectam*, *Steganographiae* Trithemii *vindicatae*, *Mogunt.* 1676. in 4. & *Norimb.* 1721. in 4. anteire iuſſit. Iſtius *vitae* capitum, recentioribus temporibus, mutauit ordinem Ignatius Gropp in *Collectione nouiſſ. Scriptorum* Wirceburgenſium, *Francof.* 1741. in fol. Tom. I. pag. 219 ſqq. His auctoribus vſus eſt, in exponenda Trithemii vita Niceron Tom. XXXIIX. des *Memoires* p. 210 ſqq. Conf. praeterea merentur Joſ. Simleri *Bibliotheca* p. 421. Anton. Poſſeuini *Apparat. ſac.* Tom. II. p. 255 ſeqq. Henr. Wharton *Adpendix ad* Guil. Cave *hiſtor. litterar. Scriptor. eccleſiaſtic.* p. 168 ſqq. Paul. Freheri *Theatrum virorum eruditione clarorum*, *Norimb.* 1688. in fol. pag. 1436. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. VIIII. p. 451. Michaelis Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. p. 210 ſeqq. vbi exſtat Caroli Bouilli *epiſtola*, continens varia ſcitu digna, de Trithemio Abbate, cuius feci-

fecimus mentionem in *Analect. litterar.* p. 149. Defendit Trithemium, contra Caroli Bouilli aliorumque ſomnia, & a magiae ſuſpicione liberauit Gabriel Naudé in *Apologie pour tous les grands perſonnages qui ont été fauſſement ſoupçonnez de Magie* Chap. XVII. pag. 505 ſqq. edit. *Paris.* 1625. in 8. Lectu etiam digna eſt *Lettre de* Mr. Rich. Simon *à* M. F. D. A. Tom. IIII. des *lettres choiſies de* Mr. Simon, *à Amſterd.* 1730. in 8. p. 131 ſqq. vbi nonnulla referuntur, quae ad Joan. Trithemii hiſtoriam pertinent.

LXX.

Tractatus de Singulari Puritate & Praerogatiua Conceptionis Saluatoris noſtri Jeſu Chriſti: Ex auctoritatibus Ducentorum Sexaginta Doctorum Clariſſimorum, Ad illuſtriſſimum & Excellentiſſimum Ducem Dn. Dn. Herculem Eſtenſem, &c. Editus per *Fr.* VINCENTIVM DE BANDELIS, DE CASTRO-NOVO, *Terdonenſis Dioeceſis: Ordinis Praedicatorum quondam Magiſtrum Generalem.* Praefixa eſt, Eiusdem Epiſtola Narratiua Diſputationis Ferrariae factae, de Conceptione B. Virginis Mariae. Annexa Epiſtola B. Bernardi de Feſto Conceptionis B. Virginis &c. Cum Teſtium Catalogo, & Indice neceſſario. *Ad exemplar Impreſſum Bononiae: Anno Domini M. CCCC. LXXXI.* (1481). in 4. pp. 211. except. praemiſſ. & indicibus.

VINCENTIVS DE BANDELIS, ſiue BANDELLVS DE CASTRONOVO, Dioeceſeos terdonenſis, Ord. Praedicator. duos ſcripſiſſe fertur libros, quibus peruulgatam pontificiorum, de immaculata S. Mariae

 virgi-

virginis conceptione, ſententiam impugnauit. Prior ſine nomine auctoris in lucem exiit, haecque in fronte exhibet verba: *Libellus recollectorius de veritate Conceptionis* B. Mariae. *Incipit prooemium ad inclitum generoſumque Comitem* Petrum de Gambara *in libellum de veritate Conceptionis glorioſae Virginis* Mariae *ex auctoritatibus & dictis S. S. doctorum fideliter confectum per quemdam religioſum in doctrina ſacra non mediocriter inſtructum. Pr. Veritatem meditabitur guttur meum.* Fuit hoc volumen impreſſum *Mediolani typis Chriſtophori Valdarfer ratiſponenſis* an. 1475. in 4. Quod autem VINCENTIVS DE BANDELIS iſtius libri fuerit auctor, ipſe profitetur, in libro, cuius integrum adſcripſimus titulum, vbi P. I. Cap. VIIII. pag. 27. noſtrae editionis haec leguntur verba: *Item* (Auguſtinus) *cum dicat: Omnes homines, per Concupiſcentiam generatos, habuiſſe originale peccatum: & aſſerat, B. Virginem, per concupiſcentiam fuiſſe generatam: conſequens eſſe voluit, quod B. Virgo fuerit in peccato originali concepta. Expoſitionem autem praedictae auctoritatis diffuſe poſui in alio libello, quem Comiti* Petro de Gambara *intitulaui, in ratione vndecima tertiae viae.* Secundus liber, quem VINCENTIVS, de immaculata conceptione conſcripſit, prima vice prodiit *Bononiae apud Vgonem de Rugeriis de Regio.* 1481. in 4. Vtrumque vero librum praeteritis iam temporibus, ſatis rarum fuiſſe, patet ex libro, quem Lucas Waddingus hoc in lucem emiſit titulo: *Legatio* Philippi III. *&* IIII. *Regum* Hiſpaniae *ad* Paullum V. *&* Gregorium XV. *Papas, de finienda controuerſia* Antonii a Treio *de immaculata conceptione B. Virginis, Louan.* 1624. in fol. vbi in fine Tract. IIII. Sect. II. inter alia haec leguntur: *Cogitauit ergo Orator, non parum cauſſae profecturum, ſi nouo edicto tolleretur e medio* BANDELLVS, *nec eo ita libere, & absque timore vterentur aduerſarii ad perſuadendum quae volebant de mente ſanctorum, quotidie eum omnibus obtrudentes, & pro probatiſſimo & omnium*

in hac re doctiſſimo commendantes. Voluit ergo vt ex duobus eius libris, contra immaculatam conceptionem editis (quorum vtrumque inueſtigare facile non eſt: & nobis habere licuit ex Bibliotheca illuſtriſſ. Cardinalis de Treio *optimis libris referta:) omnia colligerentur, quae grauiora erant, & duriora, & Apoſtolicis videbantur Decretis contraire* &c. Conf. Niceron *Memoires* Tom. II. p. 396 ſqq. Cl. David Clement *Bibliotheque hiſtorique & critique* Tom. II. p. 396 ſqq. *Libellus recollectorius de veritate Conceptionis B. Virginis* Mariae, quod nos quidem ſciamus, nunquam recuſus fuit, ille vero, quem recenſere inſtituimus, plures nactus eſt editiones, quas memorat Cl. Dav. Clement l. cit. Sed veremur, ne vna alteraue, inter illas locum inuenerit, quae nusquam reperiuntur. Illam, cuius adſcripſimus titulum, omnium, niſi plane fallimur, cenſemus recentiſſimam, & ipſam illam, quam Joannes Rudolph. Wetſtein, Theologiae Profeſſor & Academiae baſileenſis Bibliothecarius inſtinctu Joannis Eliae Leriget de la Faye, in lucem emiſiſſe dicitur. Conf. *la vie de* Mr. Wetſtein, *par* David Ancillon, in *Nouvelles litteraires, Amſterdam chez du Sauzet* 1719. in 8. Tom. VIIII. p. 171. Niceron l. cit. & David Clement *Bibliotheque hiſtorique & critique* l. cit. Haec editio in 4. impreſſa Cl. Dauid. Clement incognita fuiſſe videtur. Adtulit ille e *Catalogo bibliothecae* bultellianae p. 72. quae in *Catalogo* etiam *bibliothecae* tellerianae p. 78. memoratur, editionem in 12. exſcriptam, cuius titulus, cum illo, quam adſcripſimus, conuenire videtur. Praemittuntur editioni, qua vtimur, Paulli Corteſii, Joan. Trithemii, Auberti Miraei & aliorum, de VINCENTIO & eius libris teſtimonia, & iudicia, quae excipit Anonymi editoris praefatio, in qua, inter alia, quid in noua editione praeſtitum fuerit, his exponitur verbis: *Hoc palam teſtor, mihi ſummo ſtudio fuiſſe, nil quicquam mutare aut variare a Codice* bononienſi, *qui duorum propemodum ſeculorum eſt. Itaque ſi vel lit-*

tera in eo variabat, ad marginem collocaui e regione dictionem illam. poſtea, cum & Operis id moleſtum, & nullius vſus animaduerterem; manifeſta quidem menda typographica ſuſtuli, ac ſi quae dubia manſerant, ea vel cruce appoſita ſignaui ad oram libri, vel ibidem coniectanea noſtra (*praefixa lit. f.*) *denotaui. Quicquid igitur in contextu deprehendes diuerſi typorum genere cum impreſſum, aliter legi, apud* VINCENTIVM *in* Bonon. *editione memento, ſcil. ſicut in margine adnotatum extat. Siquid autem vncis incluſum occurrat: id, ſi eodem typorum genere proſtet, redundat, atque a noſtris bodie libris abeſt; ſin diuerſo exprimatur, ſupplementum eſt, vel ex margine noſtri exemplaris, ante* 150. *annos iam annotatum, vel ex vulgatis libris. Talia pauciſſima loca obſeruabis. Si tempus nobis fuiſſet, iſta Notis in Calce oſtendiſſemus. Sed abrumpere telam cogimur,* &c. Praefationem ſequuntur Antonii Fauentini *praeclariſſ. viri & maximi philoſ.* & M. L. *Juriſperiti* carmina encomiaſtica in Auctorem & eius librum. Praemiſit Fr. VINCENTIVS ſuo tractatui epiſtolam *ad illuſtriſſimum & excellentiſſimum Ducem* D. D. Herculem Eſtenſem, *narratiuam diſputationis, factae de Materia Conceptionis B. Virginis* Mariae. *Tractatus* ipſe *de ſingulari puritate & praerogatiua conceptionis Saluatoris noſtri* Jeſu Chriſti, in duas diſpeſcitur partes. Prima a p. 10-140. Capita complectitur XLI. Capite I. VINCENTIVS ſtatum proponit controuerſiae, & pro veritate ſententiae ſuae adſtruenda Concluſiones tres, atque Corollaria tria adfert. Cap. II.-XIIX. praemittuntur quaedam neceſſaria. Cap. XVIIII.-XXVI. adducuntur teſtimonia CCLX. Scripturae S. & Doctorum, adferentia, B. Virginem peccatum originale contraxiſſe. Cap. XXVII.-XXXII. ſex proponuntur rationes, & quidem ex parte redemtionis, concupiſcentiae libidinoſae, poenalitatis, mortis Chriſti, praerogatiuae Chriſti, & ex parte remiſſionis peccati, quibus probatur, quod B. Virgo fuerit concepta in peccato originali

nali. Cap. XXXIII-XXXVIIII. Concluſio ſecunda, aliis ſex rationibus confirmatur. Cap. XL. tertia ponitur concluſio, cum ſuis probationibus. Cap. tandem XLI. inueniuntur corollaria tria, cum ſuis probationibus. Secunda pars rationes contrariae opinionis diſſoluit & quidem rationes variorum opponentium XXXV. a pag. 141-186. rationes Bartholom. feltrenſis IIX. a p. 187-204. Secundae parti, imponitur finis pag. 205. epilogo, ad illuſtriſſ. Principem Ferrariae. Adiicitur illi a) *Epiſtola* B. Bernardi *de feſto Conceptionis B. virginis* p. 207. b) VINCENTII *proteſtatio ad detractores* p. 211. c) *Catalogus teſtium CCLX.* in ordinem alphabeticum redactus. d) *Tabula pro inueniendis materiis praecipuis in ſuperiori tractatu.* Qui plura de VINCENTIO DE BANDELIS, eiusque libris, quos conſcripſiſſe perhibetur, noſcere cupit, euoluat Antonii Poſſeuini *Apparat. ſacr.* Tom. III. pag. 349. Jacob. Echardi *Scriptores Ordinis Praedicator.* Tom. II. p. 1. 2. Ambroſii de Altamura *Bibliotheca dominicana, Romae* 1677. in fol. p. 226. Hippolyti Maraccii *Bibliotheca mariana, Rom.* 1648. in 8. Tom. II. pag. 430. Chriſtoph. Hendreichii *Pandectae brandeburgic.* p. 403. Louis Ellies du Pin *Bibliotheque des Auteurs eccleſiaſtiques* Tom. XII. pag. 113. Chriſtian. Schoettgenii *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & inf. Latinit.* L. XX. pag. 830. VINCENTIVM DE BANDELIS in Calabria an. 1506. mortuum eſſe, teſtatur Aubertus Miraeus *de Scriptoribus eccleſiaſticis Seculi XVI.* Cap. XIII. p. 118. edit. Jo. Alb. Fabricii.

LXXI.

Tractatus DOMINICI BOLLANI de conceptione Glorioſiſſime Dei Genitricis Virginis Marie. Sermo eiusdem in 4. folior. 47.

Ortum eſt hoc opuſculum e diſſidio, quod ob immaculatam Mariae conceptionem, non ſine grauiſſima animorum contentione, inter ordinis S. Dominici & S. Franciſci fratres ſeculo XV. ad finem vergente, & initio ſeculi XVI. interceſſit. Omnes qui DOMINICI BOLLANI mentionem iniiciunt, nimirum Joſias Simlerus in *Bibliotheca* p. 172. Antonius Poſſeuinus in *Apparat. ſacr.* Tom. I. pag. 414. Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. IIII. p. 154. Trithemii veſtigia legiſſe, neque librum ipſum oculis conſpexiſſe videntur. Hic ſane Cap. DCCCLXXXIII. *de ſcriptor. eccleſ.* p. 210. illum hoc elogio ornauit: DOMINICVS BOLLANVS, *natione* Venetus, *vir in diuinis ſcripturis exercitatus, & in ſecularibus litteris egregie doctus, philoſophus & rhetor non abiiciendus, ingenio acer & vehemens, ſermone compoſitus, edidit nonnulla, ingenii ſui praeclara opuſcula, quibus ſe deuotum fidelemque chriſtiani nominis cultorem exhibuit, & memoriam ſui poſteris commendauit. De quibus ego tantum vidi opuſculum inſigne, contra* marianae *puritatis detractores, quod dicauit* Nicolao Marcello *primo & ſeptuageſimo Duci* Venetorum *de Conceptione* S. Mariae *Lib. I. Non paruo dolore. De caeteris nihil vidi. Claruit* Venetiis *ſub* Frederico *Imp.* III. *&* Sixto *Papa* IIII. *Anno Domini MCDLXXXIIII. Audio adhuc eum haberi ſuperſtitem.* Quae cum ita ſint, cauſſam inuenimus nullam, quae Antonium commouerit Poſſeuinum, vt DOMINICVM BOLLANVM l. cit. an. 1381. vixiſſe, atque eius opus Nicolao Marcello dicatum fuiſſe perhibeat. Extra omnem enim dubitationem poſitum eſt, Nicolaum Marcellum ſeculo XV. vixiſſe, & an. 1473. reipublicae venetae tenuiſſe gubernaculum. Vid. Amelot de la Houſſaye *Hiſtoire du gouvernement de* Veniſe, *Paris.* 1677. in 8. p. 72. De libri editionibus nihil relatum legimus, & haec noſtra, quod quidem raritatem eius confirmat, neque a ſcriptorib. citat. neque a Michael. Maittaire memorata fuit. Exſtat tamen in

Joann.

Joann. Nicol. Weiſlingeri *Catalog. libror. impreſſorum in Bibliothec.* S. Joannis hieroſolymit. Argentorati *adſeruatorum*, *Argentorat.* 1749. in fol. p. 30. Litteris gothicis impreſſa eſt, & in fine haec adſcripta typographi habet verba: *Finit Sermo de conceptione beatiſſime* Marie *virginis. In nobili* Heluetiorum *ciuitate* Argentina *chalchographatum per* Joannem Grüninger. *M. CCCCC. Quarto* (1504) *Saluatoris anno. in die Blaſii.* In dedicatione auctor, ſe *artium & philoſophiae doctorem* hoc opuſculum conſcripſiſſe profitetur, cum *e florentiſſimo gymnaſio* paduano, *ad patriam reuerſus* eſſet. Teſtatur praeterea in illo opere ſe *quantum potuerit*, *imitatum* eſſe Aurelium Auguſtinum *& theologie principem atque monarchum* Scotum, *a cuius fonte vberrimo multa praeclara ſumſerit, veriſſimisque rationibus atque excellentiſſimis ſanctorum auctoritatibus virginem glorioſſimam, in conceptione ſanctam, nec vnquam a macula peccati originalis fuiſſe deturpatam demonſtrauerit.* Prooemium libelli, hac inſcriptione ornatum eſt: DOMINICI BOLLANI *artium & philoſophie doctoris filii magnifici domini* Landiani, *in queſtionem de conceptione glorioſiſſime virginis* Marie, *Probemium.* Libello adiicitur *Bulla* Sixti IIII. anno 1476. promulgata, in qua *omnibus fidelibus vtriusque ſexus, qui miſſam & officium conceptionis virginis* Mariae, *iuxta piam deuotam & laudabilem ordinationem magiſtri* Leonardi de Nogarola, *clerici* veronenſis, *notarii apoſtolici, in die feſtiuitatis conceptionis virginis* Mariae, *& per octauas eius, deuote celebrauerint, & dixerint aut illis horis canonicis intererint, quotiens id fecerint, eandem prorſus indulgentiam & peccatorum remiſſionem impertitur, quam illi conſequuntur, qui iuxta* Vrbani IIII. *&* Martini V. *aliorumque pontificum conſtitutiones, miſſam, officium, & horas canonicas, in feſto corporis ſanguinis domini*, Jeſu Chriſti, *a primis veſperis & per illius octauas, iuxta romanae eccleſiae inſtitutionem celebrant, dicunt, aut miſſae officio huiusmodi interſunt.*

ſunt. Bullam ſequitur eiusdem BOLLANI *ſermo de conceptione beatiſſime* Marie *virginis.*

LXXII.

Hiſtoria Vndecim Milium Virginum breuiori atque faciliori modo pulcerrime collecta: cum nonnullis additionibus que in prima defuerunt.

De diua Vrſula Exaſtichon.

Pulcrior argento. rutilis formoſior aſtris
Vrſula. regali clara potensque domo.
Mortali cecos. deſpexit coniugia. ignes
Atque maritales. mouit ab ore faces
Et ſecum tacitis. ſic eſt affata querelis
Quid vir inepte furis. Sponſa tonantis ero.

in 4. folior. 4.

Prioribus ſeculi XVI. annis, opuſculum nobis exſcriptum eſſe videtur. Litterarum character gothicus eſt. In titulo imago S. Vrſulae, cum nonnullis virginibus, craſſa admodum Minerua conſpicitur depicta. Quo tempore editio, quae in titulo memoratur, prima, prodierit, ignoramus. *Frater N.* legendae iſtius compilator, inter impudentiſſimi oris homines, referri meretur, quandoquidem ſe θεοδίδακτον pronunciat, in *epiſtola ad virgines* Chriſti *ſuper Hiſtoria noua vndecim milium virginum celitus reuelata*, quam, vt dictis fides conſtet, integram adponimus. *Vniuerſis* Chriſti *virginibus piis eccleſie ſancte filiabus* frater N. *ſalutem ad interminabilem perennis vite iocunditatem. Anno Milleſimo centeſimo octogeſimo tertio. inſpirante domino piaque ipſius genitrice cooperante cunctorum regina nouam vndecim milium virginum ſacrarum hiſtoriam deſcribentes ammonitioni perſuaſi ſumus. Divina*

vina hac noſtra charitate dedicati & ſanctitate. Hec enim ſunt verba regine celorum dicentis. Tu communi vniuerſorum vtilitati prouidere diſponis. Hoc opus virginibus dedicando, igitur eis ex parte mei ſcribas. eisque dicas: quatenus illas & caſtitate imitentur & ſanctitate. Vos itaque venerande virgines atque in Chriſto diligende animo letanti: cordeque deuoto ſuſcipite munus vobis celitus transmiſſum ſcientes quam ſi eisdem ſacris virginibus debitam exhibueritis reuerentiam. Deuotoque honore & ſtudio eas dilexeritis. meritis illarum apud Deum ſuffragantibus. premio vos donari perpetuo. Porro & fratribus Praemonſtratenſis ordinis *eandem quoque dedicari iuſſit hiſtoriam. dicens illos amatores Vndecim milium Virginum & veneratores eſſe precipuos. Beata quoque* Vrſula *earundem ſacratiſſimarum domicellarum princeps & magiſtra. Hoc opere ferme peracto cuidam viſibili ſpecie apparuit dicens. Cunque idem hoc opus deſcriberet nos vndena virginum milia coram deo ſtantes orauimus: quatenus ipſe dominus pro labore huius opuſculi retributionis illi mercedem reſtituat. Lectores igitur noſtros monentes obſecramus ne ſubito mentis vulnere ſaucientur dicentes. Quis iſtis diebus & modernis antiquorum facta, perſonas, nomina, conditiones, genealogias ſcire poterit: aut ſtilo veraci depromere. O amice* Chriſti: *cur ſuper his ambigendo dubitas. Nonne idem ſpiritus qui quondam patribus noſtris ea que de ipſo mundi exordio acciderunt celitus inſpirando manifeſtauit. Poteſt & nunc ſancta ſanctarum virginum ſuarum expeditionem ſanctam & mirabilem illarum dilectoribus ad laudem & gloriam ſuam atque ad plurimorum edificationem pandendo reuelare.* In prooemio, quod epiſtolam ſequitur, denuo hoc figmentum diuinitus reuelatum dicitur: *Praeterea & dominus ipſarum* (virginum) *ſponſus & amator ampliori eas adhuc volens gloria clarificare. Nuper anno milleſimo centeſimo octogeſimo tertio, que huc vsque ſuper illarum peregrinationis itinere latebant & geſtis dignatur*

tur reuelare. Omnis fabulae narratio, in capita aliquot diſpeſcitur, quorum I. inſcribitur: *quomodo rex quidam paganus, beatam* Vrſulam *filio ſuo deſponſari rogauit.* II. *de principalibus reginis, duciſſis, & comitiſſis*, quae huic virginum agmini interfuerunt. III. *de cetu Epiſcoporum* qui S. Vrſulam & ſocias comitatus fuit. IIII. *de nominibus principum regum & ducum & nobilium virorum*, qui virgines ſequuti fuerunt. V. *de diuerſis martyribus ex diuerſis terris in communi.* In hoc capite de reliquiis vndecim mille virginum, quae adſeruari dicuntur Coloniae, haec leguntur: *Oſtenduntur* Colonie *in eccleſia virginum, quedam virgines, quarum due ſunt de partibus* Cicilie, *quarum vna vocatur* Barthimia *habens pulcerrimos crines in capite multo ſanguine perfuſos. Altera ſoror ipſius nomine* Arthimia *que vltra ſecentis annis in terris iacuit, adhuc pulcerrimos crines in capite ferens cum pelle teſtudini inherendo. Etiam nomen vnius* Benedicta. *cuius caput ab vtraque parte penitus eſt abſciſſum. Oſtenditur etiam in eadem eccleſia virgo quedam nomine* Benigna. *de partibus* Mauritanorum *pulcerrimos crines in capite ferens* Maurorum *more. Habetur etiam inibi quidam nomine* Pantulus, *epiſcopus* Baſileenſis, *qui habet vulnus maximum in capite ſuo ita quod tota teſta capitis eſt dilacerata. Preſentatur etiam ibidem virgo quedam nomine* Chriſtina: *habens roſeum cruorem in ſuo collo acſi breuiter eſſet interempta. Oſtenditur in eadem eccleſia corpus cuiusdam virginis nomine* Clementia, *quae filia fuit nobilis comitis cuius caput fuſtibus contuſum putatur eo quod pili eius ſanguine concreti ipſum caput conſervant. Etiam & alia virgo dicta* Katherina *ſagittam habens ad caput cum multis crinibus. Inſuper monſtratur quedam nomine* Sophia *que os habet patulum in quo telum adhuc infixum videtur que ſagitta percutiente ad dominum clamitans emiſit ſpiritum ore aperto vt pie creditur. Tandem oſtenditur ibidem quidam Epiſcopus ex* Antiochia *nomine* Jacobus *cuius oculi &*

totum

totum caput eſt multo ſanguine perfuſum. Quis ergo tam ſaxei eſſet cordis vt non demoliretur aut in fletum comoueretur videns tantum theſaurum fidelium, tam crudeliter martyriſatum. Multa ibidem cernuntur capita, adhuc tela in capitibus ferentia & variis modis trucidata, que omnia conſcribere eſſet difficillimum vt patet illic intuentibus. - - Has (virgines) *ſiquis inuocauerit dum opus ei fuerit - - & legerit omni die XXXII. Pater noſter & totitem* (totidem) *Aue Maria tunc in anno complebit vndecies milies orationem dominicam. ſine dubio obuiabunt ei ſanctę virgines in bora mortis ipſum ſub chlamide protegent & ad vitam eternam deducent*, &c. Typographus haec verba adſcripſit: *Finitur Hiſtoria de* S. Vrſula *cum ſuis conſodalibus* (*quarum ſanguine atque ſepultura ſancta decora fulget* Agrippinenſis Colonia.) *ſuccinctioribus proceſſu & intellectu paucis ante diebus reportata. Impreſſa* Colonie *per* Martinum de Werdena. Compendium eſt hoc opuſculum, maioris operis *de paſſione ſanctarum vndecim millium virginum*, duobus libris conſcripti, quod inſertum fuit Joannis Capgrauii, Angli, ordinis Eremitarum, diui Auguſtini, monachi, *Nouae legendae* Angliae, *ſeu vitis ſanctorum* Angliae, *Londini per Winandum de Worde* an. 1516. in fol. impreſſ. Ex illa legenda recudendum opus curauit Joannes Crombachius e Soc. Jeſu, qui *vitam & martyrium* Vrſulae *& ſociarum vndecim millium virginum Colon. Agrippin.* 1672. in II. Tom. in fol. edidit. Inuenitur Tom. II. L. VII. pag. 513-644. Liber primus abſoluitur capitibus XXV. ſecundus capitibus XXVIIII. Auctor operis eſſe dicitur Richardus ordinis praemonſtratenſis, in Anglia, Abbas, qui ſeculo XII. ad finem vergente, vixiſſe, & hoc opus compoſuiſſe dicitur, cum relicta Abbatia, & Anglia, in Abbatiam arnsbergenſem, agri colonienſis, anno circiter 1180. ſe contuliſſet. Vid. de illo Joſ. Simleri *Bibliotheca* pag. 603. Anton. Poſſeuini *Apparat. ſac.* Tom. III. p. 131. Gerard. Joan. Voſſii *de Hiſtoricis*

latinis

latinis L. II. Cap. LII. pag. 399. Jo. Balei *Catalog. Scriptor. illuſtrium maioris* Britanniae Centur. III. 34. Jo. Pitſei *Relat. hiſtoric. de rebus anglic.* c. 263. Caſimir. Oudini *Commentar. de Scriptor. & ſcriptis eccleſ.* Tom. II. col. 1521 ſeqq. Polycarp. Leyſeri *hiſtoria poetarum & poematum medii aeui* pag. 449. Chriſt. Schoettgenii *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & infim. Lat.* L. XVII. p. 236. Quae de illius manu dextra, vigeſimo a morte, & ſepultura Richardi, anno, tam viuida & illaeſa reperta, memorantur a Caeſario Heſterbacenſi L. XII. *Exemplor.* Cap. XLVII. & poſt illum a Joanne le Paige in *Bibliotheca praemonſtratenſi, Paris.* 1633. in fol. L. II. p. 514. vt recens ex animato corpore, praeciſa videretur, & propterea in coenobio ansbergenſi adſeruata, & ad annum circiter 1583. quo Gebhardus Truchſes illud coenobium vaſtaret, & monumenta ac reliquias ſanctorum combureret, auferret, vel alio modo e medio tolleret, religioſe culta fuit, exploſa iam conſpiciuntur a Caſimir. Oudino l. cit. Eodem fere tempore, circa annum nimirum 1180. librum *de vndecim mille virginibus* Coloniae *interfectis*, teſte Jo. Baleo Centur. III. 23. Pitſeo c. CCL. Joſ. Simlero p. 611. Anton. Poſſeuino Tom. III. p. 158. Chriſt. Schoettgenio L. XVII. p. 333. aliisque compluribus conſcripſiſſe dicitur Rogerus, Anglus, Ciſtercienſis, bernardinae ſectae profeſſor, qui, vt Joan. Lelandus in *Commentar. de Scriptor. britannic. Oxon.* 1709. in 8. P. I. Cap. CCV. p. 230. ait, Fordano, *in monaſterio propter* Axi *fluminis ripas, tum doctis artibus, tum pietati, inſolito quodam animi ardore, noctes atque dies inuigilauit.* Sed librum ſingularem *de vndecim mille virginibus*, ab illo non eſſe conſcriptum, hanc potiſſimum ob cauſſam exiſtimamus, cum ille etiam *reuelationes* Eliſabethae monaſterii ſchoenaugienſis Abbatiſſae, collegiſſe, & in vnum volumen redegiſſe dicitur. Cum enim Gerlacus Abbas monaſterii S. Heriberti tuitienſis prope Coloniam, diuina, vt ferunt reuelatione admonitus, multa

multa corpora ex vndecim mille virginibus, in ſubvrbano quodam colonienſi, quod hodie intra mœnia vrbis eſt, detegeret, & effoderet, quorum nomina, cum non adſcripta erant ſarcophagis, ignoraret, complurium nomina & dignitates ab illa Eliſabetha illi traditae fuerunt per epiſtolas. Nomina vero ſibi divinitus reuelata eſſe Eliſabetha adſeuerabat. Cum igitur iſtas Eliſabethae reuelationes de vndecim mille virginibus, aliisque rebus colligeret Rogerus, facile euenire potuit, vt quispiam re non ſatis intellecta, illam, praeter iſtas reuelationes, librum quoque de vndecim millium virginum paſſione, conſcripſiſſe ſingularem, ſibi aliisque perſuaſerit, qui poſtea error ab aliis transſcriptus & propagatus fuit. Joannes ſane Lelandus, de eiusmodi libro, l. cit. plane ſilet. Conf. Joan. Trithemii *Annal. hirſaugienſ.* Tom. I. p. 450. S. Eliſabethae *reuelationes* inueniuntur in Jac. Fabri ſtapulenſis *Libro trium virorum, & trium ſpiritualium virginum, Paris.* 1513. *ex officina Henric. Stephani* in fol. vid. Mich. Maittaire *Annales typograph.* Tom. II. p. 242. not. c). Cramben bis, & ſaepius coctam lectoribus noſtris adponeremus, ſi ſcriptorum, qui fabulam de vndecim mille virginibus memorant, cateruam producere vellemus. Id vero memorare iuuabit, quod in enarranda hiſtoria mirifice inter ſe diſcrepent, & hac re demonſtrent, quo loco illa legenda haberi debeat. Multis firmiſſimisque praeter alios, illam impugnauit argumentis Gisbertus Voetius tribus diſputationibus, *de* Vrſula *& 11000 virginibus*, quae leguntur P. III. *ſelectar, diſputationum theologicarum, Vltraject.* 1659. in 4. p. 472-509. Omnium optime rem nobis tetigiſſe videntur, qui cum Jacobo Sirmondo & Hadriano Valeſio, iſtius fabulae hanc eſſe originem ſtatuunt, quod primus illius auctor, in martyrologiis quibusdam manuſcriptis verba SS. VRSVLA & VNDECIMILLA V. M. legerit, & ex his vndecim mille virgines effinxerit. *Il y a eu,* inquit poſterior, in *Valeſianis, à Paris* 1695. in 12. p. 48 ſqq.

une ſainte Vrſule *Martyre ſuivant la commune opinion. On ignore neanmoins de quel tems elle a été. Mais je ſuis tres humble ſerviteur des onze mille vierges. La fable eſt un peu trop manifeſte, pour pouvoir la ſoufrir. Voicy ſur quoi cette erreur eſt fondée, ſuivant la conjecture du ſavant Pere* Sirmond. *Ceux qui ont forgé cette belle hiſtoire, aïant trouvé dans quelques Martyrologes manuſcrits* S. S. VRSVLA ET VNDECIMILLA V. M. Sanctae Vrſula & Vndecimilla Virgines Martyres, *&* *s'étant imaginez qu'* Vndecimilla *avec l'* V. *& l'* M. *qui ſuivoient, étoit un abregé pour* Vndecim millia Virginum Martyrum, *ont fait là deſſus ce Roman que nous avons aujourd'huy* &c.

LXXIII.

Hiſtoria vite beatiſſimi Patris Petri de Murone Celeſtini Pape quinti: inſtitutoris ſacri ordinis Celeſtinorum abbreuiata.

Abbreuiator in vitam B. Petri Celeſtini ad transeuntes.

Celituum conſors Petrus, quem litera ſubter
Indicat: eſt, obiter reſpice: volue: lege:
Petri: qui quondam Petre coniunctus Ieſu:
Claues ethereas tollere dignus erat:
Officium tenuit: ſic rem perfecit abunde,
Celeſtinus enim papa beatus erat,
Virtutum frugem: ſic appellatio prima:
Munia celorumque: altera prefert ei
Quidni tam ſanctus ſubeat celeſtia regna?
Cui nil hic placuit preter amare Deum
Nempe hunc in terris celeſtem degere vitam
Celituumque chorus teſtis adeſſe ſibi.

Mortali

Mortali frequens compertum eſt. Ordinis &: qui

Inſtar celicolum viuat:, eo pater eſt,
Et quod celeſte eſt ſapiat: peragatque paterne
Virtutis cultor ſemper, & aſtra petat
Montibus eſt altis nunc accola munere Chriſti,
Quos dicat en Mariae concio ſacra pie,
Saxorum illuſtris dux hosque Georgius offert,
Vnde & ad celos greſſus ei pateat Ad laudem Dei.

in 4. folior. 8.

Non aliam ob cauſſam, legendam oppido raram, in lucem emiſit acerrimus dogmatum pontificiorum propugnator Hieronymus Dungersheimius, quam vt confraternitatem in Monaſterio Montis S. Mariae ordinis Caeleſtinorum a Georgio Barbato, Saxoniae duce, recens condito conſequeretur. Id ipſe fatetur in epiſtola dedicatoria ad Petrum Zoranum monaſterii Caeleſtinorum, modo memorati Priorem, vbi ait: *Beatiſſimi patris ſacri ordinis veſtri primi inſtitutoris atque patroni:* Petri de Murone *olim* Celeſtini *pape* quinti: *vitam ad impreſſuram; iuxta deuotionis veſtre deſiderium aptare volens, quamquam compendio mihi miſſam, adhuc tamen non ab re vt arbitror, quo ſcilicet ad plures comodius perueniat: & a faſtidioſis libencius legatur, vnius diei laborem eidem impendens: accurtandam accepi: curauique vt idoneo excuſa ſit caractere: orationum ſuffragia: quo promerita ſanctiſſimi illius viri vite perennis conſors efficiam: auarus quidem exactor: vice mercedis: rependi mihi depoſcens: ſimul ac (ſi dignamini) confraternitatem nouelli cenobii prefati, quod illuſtriſſimus princeps* Georgius *dux* Saxonie &c. *pro ſua in rem chriſtianam pietate ordini veſtro liberaliter contulit, atque hoc ipſum dotauit* &c. In duos opuſculum libros diuiditur, quorum prior capita XVI. poſterior XX.

 com-

complectitur. Natus fuit Petrus, Iſerniae, in Apuliae oppido, patre Angeloto, (in *vita* quae ab ipſo Caeleſtino conſcripta dicitur, Angelerius nominatur) & matre Maria. Adoleſcens aliquot annos in loco ab incolis deſerto transegit, & ſuadentibus amicis Romam ſe contulit, ibique ſacerdos conſecratus fuit. Relicta Roma, ad montem Muronis peruenit, & cryptam ſiue ſpeluncam veterem repetens, ibi habitare coepit, vnde Petri de Murone cognomen illi inditum fuit. Concedens deinde a Monte Muronis, ad locum deſertiorem, cum duobus amicis in ſpelunca montis Maiellae (alii Marcellae, non procul a Sulmone) conſedit, & adcedentibus aliis, ordinis Caeleſtinorum ibidem fundamenta iecit. In Concilio lugdunenſi, ſub Gregorio X. celebrato, iſtius ordinis, qui regulam ſequitur S. Benedicti, confirmationem impetrauit. Conſtitutio illius reperitur in Laertii Cherubini *Bullario* Tom. I. *Rom.* 1586. in fol. p. 197. Cum vero omnis aetatis, ſexus, & conditionis homines, ad eum videndum confluerent, turbarum pertaeſus, cum paucis fratribus in locum ſecretiſſimum ſancti Bartholomaei de Legio, ſe contulit. Transacto ibidem vno anno, poſt mortem Nicolai IIII. ob vitae ſanctitatem, anno 1294. in eius locum, adſcito Caeleſtini V. nomine, Pontifex ſuffectus fuit. Sed vix per ſex menſes ſedi apoſtolicae praefuit, cum inſignia pontificia die V. Jul. accepta, ipſe ſua ſponte d. XII. Dec. eiusdem anni deponeret. Cum vero ſucceſſor eius Bonifacius IIX. vereretur, ne praecipitis conſilii fieret pœnitentia comes, illum in caſtellum Fumonis, arctiori cuſtodiae tradidit, vbi ſenio, & moerore confectus an. 1296. vitam cum morte commutauit. Incredibile eſt, quot miraculis, quae per omnem vitam eius, quid? poſt ipſam illius mortem, accidiſſe memorantur, hoc opuſculum refertum ſit. *Abbreuiatum* in fine *& impreſſum* dicitur, (ſine dubio Lipſiae) *Anno domini 1518.* Ob miracula, ab ipſo perpetrata, in ſanctorum numerum relatus fuit a Clemente V. Conf.

Vita

Vita, quae ab ipſo illo conſcripta, & in ſua cella relicta fuiſſe dicitur, dum inde Pontifex factus, recederet. Cum Caeleſtinus Telera, ſipontinus, Abbas caeleſtinus, S. Petri Caeleſtini P. P. V. *Opuſcula omnia, e ſacra ſcriptura, canonibus ac Doctorum ſententiis elaborata, Neapoli, ex offic. Beltrani* 1640. in 4. ederet, iſtam *vitam*, cum alia, quam ipſe Telera conſcripſerat, praemiſit. Vtraque *vita* recuſa fuit, cum Caeleſtini V. *opuſculis*, ex editione *Neapolitana* in *Bibliotheca maxima Patrum*, Tom. XXV. p. 757 ſqq. edit. *lugdunenſis*. Scripſerunt etiam Caeleſtini V. *vitam* data, quod aiunt, opera, Petrus de Alliaco, quae *locupletata a* Dion. Fabro, *Pariſ. ex officina Franc. Stephani* 1539. in 4. edita fuit, & Jacobus Caietanus de Stephaneſcis, Cardinalis a Bonifacio IIX. creatus, & quidem ille ſoluta, hic ligata oratione. Vtraque inſerta fuit *Actis Sanctorum* Tom. IIII. Maii, *Antuerp.* 1685. in fol. ad diem XVIIII. Vid. praeterea Henrici Steronis monachi Altahenſis *Annales* ad an. 1290. & 1294. in Marquard. Freheri *Scriptor. rer. germ.* Tom. I. p. 552-596. edit. Struuii, & in Henric. Caniſii *Lectionibus antiquis* T. IIII. p. 163-214 edit. Jacobi Basnage. Eberhardi monachi altahenſis *Annales*, ad annum 1290. apud Caniſium l. c. p. 215-234. Natalis Alexandri *Hiſtoria eccleſiaſtic. Seculi XIII.* Tom. VII. Cap. I. Art. XIII. p. 34 ſqq. Barthol. Platinae *vitae pontificum* fol. 100. b. edit. *Venet.* 1504. in fol. Franc. Pagi *Breuiarium hiſtorico-chronologico-criticum, illuſtriora Pontificum romanorum geſta complectens* Tom. III. *Antuerp.* 1718. in 4. p. 483 ſqq. *Hiſtoire des Papes, par* Franc. Bruys Tom. III. p. 302 ſqq. aliique, qui romanorum Pontificum vitas conſcripſerunt: Caſimir. Oudini *Commentar. de Scriptor. & ſcriptis eccleſiaſtic.* Tom. III. col. 596 ſqq. Jo. Albert. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. III. p. 870 ſqq.

LXXIIII.

ΑΡΑΤΟΥ Σολεως Φαινομενα και διοσημεῖα. Θεωνος Σχολια. Λεοντιου Μηχανικου π.ε ρὶ ἀρατείας σφαίρας. Βασιλεῖ τ' ἀγαθῷ κρατερῷ τ' αἰχμητῇ. *Pariſiis M. D. LIX.* (1559.) *Apud Guil. Morelium, in Graecis typographum regium*, in 4. pp. 132. exceptis duobus foliis prioribus.

Omnes editiones, quae, e *typographia*, ſeculo XVI. prodierunt *regia* pariſienſi, rariſſime hodie occurrunt, & ob litterarum elegantiam atque nitorem, inter bibliothecarum referri ſolent ornamenta. Librum non vidit Cl. David Clement, qui illius titulum, in *Bibliotheque curienſe hiſtorique & critique* Tom. II. p. 4. haud ſatis adcurate adtulit. Praemittitur ARATI vita graece, quam excipit ὑπόθεσις τῶν φαινομένων ΑΡΑΤΟΥ Carmini graeco, quod ARATVS, Athenodori & Letophilae F. ſolenſis, e Solis, Ciliciae ciuitate oriundus, hortatu Antigoni Regis, compoſuiſſe dicitur. Subiiciuntur Anonymi commentatoris *ſcholia* graeca. Tribui quidem illa ſolent a nonnullis, vt in noſtra etiam editione factum eſt, Theoni alexandrino, ſed Hugo Grotius in *ſyntagmate* Arateorum, *Antuerp.* 1600. in 4. p. 24. *ſciendum eſt*, ait, *ſcholia* aratea, *non eſſe vnius* Theonis, *ſed & aliorum: nam & ſaepe idem iteratur, quod ſcholiaſtae facerè non ſolent, & contrariae ſententiae inferuntur.* ARATVM & eius commentatorem p. 127. ſequitur Λεοντιου Μηχανικου, περὶ κατασκευῆς ἀρατείας σφαίρας, diſſertatio graeca, quam in gratiam Theodori familiaris ſui, conſcripſiſſe teſtatur. Duo hemiſphaeria globi caeleſtis, quae in hac editione reperiri teſtatur Michael Maittaire in *Annal. typograph.* Tom. III. p. 713. in noſtro exemplari non inueniuntur. Eodem anno, ex eadem officina Morelli, ARATVM prodiiſſe *graecum, ſine ſcholiis*, idem prodit Mich. Maittaire l. cit. Conf. de ARATO, *vita* eius ab incerto auctore, graece conſcripta, & cum latina

latina verſione inſerta a Dionyſio Petauio, *Vranologio Paris* 1630. in fol. p. 268 ſqq. Jo. Andr. Schmidii *Diſſertat. de* ARATO *Phaenomenorum Scriptore, Jenae* 1685. in 4.

LXXV.

ARATI *ſolenſis* Phaenomena & Prognoſtica. Interpretibus, M. Tullio Cicerone: Rufo Feſto Auieno, Germanico Caeſare, vna cum eius commentariis. C. Julii Hygini Aſtronomicon. Omnia partim e vetuſtis codicibus, partim e locorum collatione emendata, & emendatorum ratio expoſita. *Δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι. Pariſiis M. D. LIX.* (1559) *Apud Guil. Morelium, in Graecis typographum Regium. Ex Priuilegio Regis* in 4. pp. 155. & 56. non numerat. quatuor foliis prioribus.

Hic Liber, & litterarum elegantia, & raritate priore non inferior eſt. Mich. Maittaire l. c. & Jo. Albert. Fabricius in *Bibliotheca latina*, paſſim illius fecit mentionem. Fallitur vero Cl. Dauid Clement, cum in *Bibliotheque curieuſe hiſtorique & critique* Tom. II. p. 4. textum ARATI graecum, in hac editione reperiri ſibi perſuadet, & illam ideo priori, quam recenſuimus, praeferendam eſſe cenſet. Interpretes enim tantummodo carminis aratei, omiſſo textu graeco, illa editio refert. In ſecunda tituli pagina occurrit priuilegium regium gallicum, in compendium redactum, quo cautum fuit, ne quis libros, a Morello editos, recuderet. Sequuntur de Cicerone, Germanico Caeſare & Rufo Feſto Auieno, Gregor. Gyraldi & Petri Criniti teſtimonia. In fine *paraphraſeos* Ciceronis, conſpiciuntur Morelli adnotationes, quarum

in fine p. 27. haec leguntur verba: *Deſcribaebat* (Deſcribebat) Guil. Morelius *in Graecis Typographus Regius*, Lutetiae Pariſiorum *M. D. LIX.* (1559) *Cal. Jun.* *Paraphraſis* Rufi Feſti Auieni, Morelli Adnotationibus illuſtrata, exſtat p. 29-100. cui coronidis loco Morellus haec adſcripſit: *Deſcribebat & typis mandabat* Guil. Morelius *in Graecis typographus Regius*, Lutetiae Pariſiorum *M. D. LIX. Cal. Jul.* ARATI *Phaenomena* per Germanicum Caeſarem, in latinum conuerſa, & in eadem commentaria Anonymi ſcholiaſtae latina, quae Grotius, Scaligeri hortatu, in ſuo *Arateorum ſyntagmate* omiſit, reperiuntur, p. 101-147. Morelli vero obſeruationes p. 148-155. vbi haec particula libri *Cal. Aug.* 1559. deſcripta dicitur. His ſubiungitur C. Jul. Hygini *poeticon aſtronomicon*, *de mundi & ſphaerae, & vtriusque partium declaratione ad* M. Fabium p. 1-52. Obſeruationibus ſuis Guil. Morellus haec *ad lectorem* praemiſit: *Cum* ARATI *Phaenomena atque prognoſtica Graece, Latineque cuderem, & ad eorum intelligentiam non parum facere* Hygini *aſtronomica perpenderem, vna opera hunc quoque edendum putaui: qua in re quam optime poſſem, vt liber emendatus proferretur, vetuſtos codices vndique conquirens, inter alios duos praeſtantiſſimos manu exaratos nactus ſum. Alter de duobus melior, e bibliotheca eſt praeclariſſimi viri* D. Salignacei: *Alter amici cuiuspiam alterius, de cuius nomine nullam mihi bic memoriam facere paſſus eſt. Quae itaque in iis codicibus diverſa reperi, eorum te lector ſtudioſe, admonere volui, vt in aeſtimando liberum tibi eſſet iudicium.* Obſeruationibus in fine adſcripſit p. 156. *Deſcribebat ac typis mandabat* Guil. Morelius Lutetiae Pariſior. 1559. *Cal. Auguſt.* De aliis horum opuſculorum editionibus, vid. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. III. Cap. XIIX. p. 460 ſqq. *Biblioth. latin.* Tom. I. L. I. Cap. XVIIII. p. 300 ſqq. it. L. II. Cap. I. p. 310 ſqq. L. III. Cap. XI. p. 592 ſqq. quibuscum conferri merentur, quae leguntur Tom. II. p. 412 ſqq. 417 ſqq. Habemus collectionem,

ctionem, quae haud adeo frequens eſt, etſi duplex illius reperiatur editio, in qua ARATI carmen graecum cum verſione latina, Germanici *paraphraſis*, & Hygini *Aſtronomicon* reperiuntur. En titulum: C. Julii Hygini, Auguſti *Liberti Fabularum Liber*, *ad omnium poetarum lectionem mire neceſſarius*, *& nunc denuo excuſus*. Eiusdem *Poeticon Aſtronomicon Libri quatuor. Quibus acceſſerunt ſimilis argumenti*, Palaephati *de fabuloſis narrationibus Liber I.* F. Fulgentii Planciadis, *epiſcopi* Carthaginenſis *Mythologiarum Libri III.* Eiusdem *de vocum antiquarum interpretatione Liber I.* Phurnuti, *de natura deorum*, *ſiue poeticarum fabularum allegoriis*, *ſpeculatio.* Albrici *philoſophi de Deorum imaginibus liber.* ARATI *Φαινομένων fragmentum*, Germanico Caeſare *interprete.* Eiusdem *Phaenomena graece*, *cum interpretatione latina.* Procli *de ſphaera libellus graece & latine. Index rerum & fabularum in his omnibus ſcitu dignarum copioſiſſimus. Baſileae*, *per Joannem Heruagium. Anno* 1549. *menſe Martio* in fol. pp. 261. except. praemiſſ. & indic. Dedicationem illi praemiſit Jacobus Micyllus *ad nobilem & generoſum dominum* Othonem Truchſes a Walburg, ſpirenſis *eccleſiae canonicum.* ARATI *Φαινομένων fragmentum*, Germanico Caeſare *interprete* reperitur p. 178-207. ΑΡΑΤΟΥ *Σολέως Φαινόμενα cum verſione latina* leguntur p. 208-233. *Cl. viri* C. Julii Hygini, Auguſti *liberti poeticon Aſtronomicon L. IIII.* exſtant p. 57-205. variisque iconibus, ligno ſatis eleganter inciſis, quae ſignorum caeleſtium referunt figuras, ornati ſunt. Secunda vice iſta collectio prodiit *Baſileae*, *ex officina heruagiana*, 1570. *menſe Auguſto* in fol.

LXXVI.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ ποικίλης ἱςορίας βιβλία, ΙΔ΄, Ἐκ τῶν Ἡρακλείδου περὶ πολιτειῶν ὑπόμνημα: Πολέμωνος Φισιογνωμονικῶν ἐγχειρίδιον: Ἀδαμαντίου

 Σοφιςοῦ

Σοφιςοῦ Φισιογνωμονικῶν, βιβλία, β. Μελάμποδος περὶ παλμῶν μαντική: περὶ Ἐλαιῶν τοῦ σώματος. AELIANI variae hiſtoriae libri XIIII. Ex Heraclide, de rebus publicis, Commentarium. Polemonis Phyſionomia. Adamantii Phyſionomia. Melampodis ex Palpitationibus diuinatio. De Neuis. *Ἐν Ῥώμῃ ἔτει α φ μ έ, μηνὶ γαμηλιῶνι* (*Romae 1545. menſe Januario*) *Οὐκ ἄνευ προνομίας*: *Non ſine priuilegio.* in 4. folior. III. ſi praemiſſa folior. 4. & indicem graecum folior. 10. exceperis.

Jam Clariſſ. Joan. Vogtius in *Catal. libr. rar.* p. II. & David Clement in *Bibliotheque hiſtorique & critique*, Tom. I. p. 60. librum ab inſigni raritate laudauerunt. Quandoquidem autem neuter titulum libri, prout in exemplaribus legitur, adtulit, nos ſane operam luſuros, minime credimus, ſi illum hic adſcripſerimus. Haud etiam ſatis adcurate Cl. Clement librum centum & vndecim *paginis*, abſolui pronunciauit, cum tot ſint *folia*. Id non monendum exiſtimaremus, niſi ipſum paginas a foliis ſollicite diſtinguere conſpiceremus. Omnium prima AELIANI eſt editio, verſione latina deſtituta, cui typographus nomen ſuum non adpoſuit. Comparet in libri fronte icon *τοῦ ἀγαθοῦ δαίμονος*, hiſce adſcriptis verbis: ΑΓΑΘΟΣ ΔΑΙΜΩΝ, EVENTVS BONVS. Praefationem graecam ad *Παῦλον τρίτον μέγιςον ἀρχιερέα* praemiſit Camillus Peruſcus, cui AELIANI vitam, ex Philoſtrato & Suida, nec non praefatiunculam ad lectorem graecam ſubiunxit. Eius in fine hoc legitur epigramma:

Εἰς ΑΙΛΙΑΝΟΥ βιβλία, Καμίλλου Περούσκου ἐπίγραμμα.

Λάμβανέ μ' ἐς χεῖρας σοφὸς ὤν, ἤ ἰῆις ἀπάντως
Ἔσομαι οὐ μικρὸν ἀμφοτέροις ὄφελος,
Πᾶσι βατὸς πέλομαι μεςὸς μὲν κῆπος ὀπώραις
Παντοδαπῆς εὕροις ἀτ]ικὸν ἔνθα μέλι.
Τοὔνομα καὶ γενεὰν μου πατρίδος ὕψος ἀμαυροῖ,
Ἦν γὰρ ἐμοὶ Ῥώμη Κυδιάνειρα πατρίς.

De

De AELIANO, praeneſtino, vid. Jo. Alb. Fabricii *Bibliotb. graec.* L. IIII. Cap. XXI. p. 696 ſqq. Conradi Geſneri praefatio, *Operibus* AELIANI *Tigur.* 1556. in fol. editis praemiſſa, in qua vnum AELIANVM omnium, quae in eius *operum* exhibentur editione (gesneriana) auctorem eſſe, demonſtrat, & obiter quaedam de illo, eius ſcriptis, & nominibus diſſerit. Conf. Jacob. Perizonii praefatio de AELIANI aetate & hiſtoria, quae legitur in Perizonii editione *Variar. biſtor.* AELIANI *Lugd. Bat.* 1701. II Tom. in 8. & in editione Gronouii 1731. in 4. Quis Polemon iſte fuerit *phyſiognomonicorum* auctor, non conſtat; Fridericus Sylburgius ob dictionem impuram, illum *hominem ſemibarbarum* fuiſſe exiſtimat, vid. Jo. Alb. Fabricius l. cit. L. III. Cap. VI. p. 170. not. f. Latine eius *phyſiognomonica* vertit Nicolaus Petreius, corcyraeus, & edidit cum Meletii, tiberiopolitani Phrygis, & Hippocratis *de ſtructura hominis* libris, Dioclis, caryſtii, *ad regem* Macedoniae Antigonum, *de tuenda valetudine*, *epiſtola*, & Melampodis *de naevis* libello, *Venet.* 1552. in 4. De Adamantio, Sophiſta, qui in *phyſiognomonicis* ſuis, quae Conſtantio dicauit, Polemonis ſe preſſiſſe veſtigia, fatetur, nonnulla adtulit Jo. Alb. Fabricius l. cit. p. 171. not. (g). Editor Camillus Peruſcus, in praefatione graeca, illum iam antea, ſed ὀυκ ἀκριβῶς ὀυδὲ ὀρθῶς impreſſum fuiſſe memorat. Ad eam ſine dubio reſpicit editionem, quae ex Epiſcopi vaurenſis bibliotheca, *Pariſiis, per* (Conradum Neobarium) *regium in Graecis typographum*, 1540. in 12. excuſa memoratur a Mich. Maittaire, in *Annal. typograpb.*, Tom. III. p. 313. E graeco in latinum ſermonem conuertit Μαντικὴν περὶ Παλμῶν Janus Cornarius, & edidit *Baſileae* 1544. in 8. Joh. Albert. Fabricius L. I. Cap. XV. p. 99 ſqq. *Bibliotb. graec.* iſti tribuit Melampodi, qui ſub Ptolemaeo philadelpho, vixiſſe traditur. A Nicolao Petreio, vti iam diximus, in ſermonem latinum, iſtius libellus conuerſus fuit. De Claudii Martini Laurenderii editione

tione graeco-latina, quae cum Hieron. Cardani *metopoſcopia*, *Paris* 1658. in fol. prodiit, iam ſupra diximus.

LXXVII.

ΑΠΠΙΑΝΟΥ Ἀλεξανδρέως Ῥωμαικῶν Κελτικὴ Λιβυκὴ ἢ Καρχηδονικὴ Ἰλλυρικὴ Συριακὴ Παρθικὴ Μιθριδάτειος ἐμφυλίων ε̄ Appiani *alexandrini* Romanarum hiſtoriarum Celtica Libyca vel Carthaginenſis Illyrica Syriaca Parthica, Mithridatica ciuilis, quinque libris diſtincta. Ex Bibliotheca regia Βασιλεῖ τ' ἀγαθῷ κρατερῷ τ' αἰχμητῇ. *Lutetiae typis regiis, cura ac diligentia Caroli Stephani* 1551. *Cum priuilegio Regis.* in fol. pp. 393.

Titulus integer eſt, editionis nitidiſſimae, quam a raritate iam laudauit Cl. David Clement in *Bibliotheque hiſtorique & critique* Tom. II. p. 435. Adiiciuntur illi *locorum, qui aliter, quam impreſſi ſunt, in aliis codicibus leguntur, aut legendi videntur annotationes.* Conf. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. IIII. Cap. XII. p. 390 ſqq. Appianvs alexandrinus, qui Romae vixit, illuſtrauitque Traiani & Adriani tempora, ſuam ipſe vitam deſcripſiſſe perhibetur. Seculo II. ſub Antonino pio ſuam hiſtoriam compoſuiſſe videtur. Vnus fere inter tot hiſtoricos ſcriptor eſt, qui Romanorum prouincias, opes, exercitus, totiusque imperii romani deſcriptionem, velut in tabula, ad intuendum exhibuit. Neque vero res romanas ordine perſequutus eſt vt Polybius & Dionyſius halicarnaſſeus: neque per vitas, illuſtrium virorum eas deſcripſit, vt fecit Plutarchus; ſed ſecundum regiones & prouincias, omnia, quae in Italia, Sicilia, Africa, Hiſpania, Aſia, Gallia & Germania geſta ſunt, ſigillatim expoſuit. Dictione vſus eſt attica, conciones crebras, & deſcriptiones,

ptiones locorum elegantes, conuenientesque adtulit; multa ab aliis praeterita, diligenter adnotauit, & litteris prodidit, quae Ciceroni explicando lucem adferre poterunt. Nonnulla ex Polybio, quaedam ex Plutarcho, cuius fere aequalis fuit, deſumſit. In fide eius deſiderant aliqua viri docti, maxime in *Syriacis* Joſeph. Scaliger in *Animaduerſ. in* Euſeb. n. 2140. Caſpar Barthius paullo iniquior in eum eſſe videtur, cum L. III. *Epidorpid. Francof.* 1623. in 8. p. 136 ſcribit:

Legas monebo, cautior vagum auctorem
Clepſit ſubinde verſa dicta maiorum.

Conf. Gerard. Jo. Voſſius L. II. de *Hiſtor. graecis* Cap. XIII. p. 181 ſqq. Martin. Hanckius de *romanarum rerum ſcriptoribus, Lipſ.* 1669. in 4. L. I. C. XIIX. Optima cenſetur editio, Jacobi Tollii, qui, *vtrumque textum multis in locis emendauit, correxit, excerpta quaedam de legationibus*, Henr. Stephani, *ac doctorum quorumdam virorum ſelectas adnotationes adiecit.* Prodiit illa *Amſtelod.* 1670. II Tom. in 8.

LXXIIX.

APPIANOT, περὶ Ἀναβάσεως Ἀλεξάνδρου, ἱστοριῶν Βιβλία ή. ARRIANI (*qui alter* Xenophon *vocatus fuit*) de Expeditione Alex. Magni, Hiſtoriarum libri VIII. Ex Bonauent. Vulcanii Brug. noua interpretatione. Ab eodem quamplurimi loci ope veteris exemplaris reſtituti. Cum indice copioſiſſimo. Alexandri vita, ex Plut. Eiusdem Libri II. de Fortuna vel virtute Alexandri. *Anno M. D. LXXV.* (1575) *excudebat Henr. Stephanus. Cum Priuilegio Caeſ. Maieſt. in decennium.* in fol. pp. 198. & 68. ſi praemiſſa & indicem folior. 12. exceperis.

Raram

Raram eſſe pronunciauit, quam non vidit, editionem Cl. David Clement in *Bibliotheque hiſtorique & critique* Tom. II. p. 138. vbi illius titulus ſatis mutilatus adducitur. Inſcripſit illam Bonauentura Vulcanius nomine Thomae Redigeri, Sileſii. Teſtatur in epiſtola dedicatoria, ſe codicem accepiſſe graecum manuſcriptum, ab Henrico Stephano, aliquot chartis mutilum, quem cum editione graeca baſileenſi, Nicolai Gerbelii, non Gelenii vt Cl. Clement. l. c. ſcribit, contulerit. Conſtituerat quidem initio textui graeco Bartholomaei Facii verſionem latinam, quae prima vice *in aedibus* Barthol. Zanetti, caſterzagenſis, *aere vero ac diligentia* Joa. Franc. Trincauelli *Venet.* 1535. in 8. in lucem exierat, addere, ſed cum illam explorare cœpiſſet, & ſtatim in limine, & lectis aliquot paginis, *non ex vngue leonem, ſed ex auriculis aſinum* agnouiſſet, illam ſtatim reiecit, & nouam verſionem confecit, quam etiam addidit. Poſt epiſtolam dedicatoriam, reperiuntur *loci aliquot inſignes, in* ARRIANO, *ex veteri codice*, Henr. Stephani, *manuſcripto, reſtituti*, & *loci, in chartis, quae deerant, ex coniectura* Bonav. Vulcanii *emendati.* In fine libri reperiuntur: 1) T. Liuii *Decadis I. Lib. IX. iudicium de* Alexandro, *ſi* Aſia *perdomita*, *arma in* Europam *vertiſſet.* 2) Philippi, Macedonum *regis, &* Alexandri M. *Comparatio ex* Juſtini *hiſtorici Libro VIIII.* 3) Q. Curtii *Lib. X. de* Alexandri M. *vita*, *moribus ac morte iudicium.* De aliis editionibus & verſionibus, & inprimis editione omnium optima Jacobi Gronouii *Lugd. Bat.* 1704. in fol. edita, vid. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. graeca* L. IIII. Cap. IIX. p. 269 ſqq. Dauid. Clement l. c. FLAVIVS ARRIANVS nicomedienſis, e Bithynia hiſtoricus, & philoſophus, Hadriani & Antoninorum tempore celebris, Epictetum, in philoſophia, praeceptorem habuit, & propter eximiam, quam ſibi parauerat doctrinam, ab Athenienſibus iuxta & Romanis, ciuitate donatus, & ampliſſimis honoribus auctus eſt. Hadriano praeſertim Imperatori carus

fuit,

fuit, a quo Cappadociam prouinciam adminiſtrandam accepit, & Xenophontis exemplo, contra Alanos ſeu Maſſagetas, in bellum profectus eſt. Propter dictionis puritatem, atque elegantiam, qua Xenophontem imitari ſtuduit, Νέος Ξενοφῶν dictus eſt, quod nomen ipſe adfectauit, & Xenophontis exemplo, *res ab Alexandro M. geſtas*, *VII. libris* expoſuit, *de rebus indicis vnum* conſcripſit *librum*, & ad Hadrianum Imperatorem epiſtolam exarauit, in qua *Ponti euxini Periplus* deſcribitur, cui *maris erythraei Periplus*, ab eodem ARRIANO deſcriptus, plerumque adiungi ſolet. Libros, quibus argumentum *philoſophicum* perſequitur, *de inſtruenda acie*, & *de venatione* praecipit, Jo. Alb. Fabricius l. cit. recenſet. Conf. Gerard. Jo. Voſſius de *hiſtoric. graec.* L. II. Cap. XI. p. 174 ſqq. De Bonaventura Vulcanio, cuius editio ARRIANI etiam 1575. *ex officina Henr. Stephani* in 8. prodiiſſe dicitur, vid. P. Cunaei *Oratio*, *in obitum illius* habita, quae addita eſt P. Cunaei *epiſtolis*, a Petro Burmanno *Lugd. Bat.* 1732. in 8. editis, p. 399 ſqq. Melchior. Adami *vitae philoſophor.* p. 243 ſqq. edit. *Francof.* 1706. in fol. Niceron *Memoires* Tom. XXXIIII. p. 13 ſqq.

LXXVIIII.

ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ Ἀλεξανδρεως τα Ευρισκομενα ἁπαντα. Ex Bibliotheca Medicea in fol. pp. 347.

In fine editionis principis, graecae, rariſſimae, quae tanquam codex manuſcriptus hodie magni aeſtimatur, haec leguntur verba: *Cudebat* Florentiae Laurentus Torrentinus. *Cum* Julii III. *Pont. Max.* Caroli V. *Imperatoris*, Henrici Gallorum *Regis II.* Coſmi Medicis Florent. *Ducis II. Priuilegiis. M. D. L.* (1550.) Editionem curauit Petrus Victorius, qui epiſtolam dedicatoriam latinam, ad Marcellum Ceruinum Cardinalem

dinalem S. Crucis, qui poſtea ſedi apoſtolicae per XXII. dies nomine Marcelli II. praefuit, praemiſit, Florent. V. id. Sept. 1550. ſcriptam. In *Stromateon* libris, vnico tantum codice, qui in medicea bibliotheca, adſeruabatur, ſe vſum eſſe teſtatur; quod ad *protrepticum* autem ac *paedagogum* adtinet, exemplar vetuſtiſſimum e'bibliotheca Rudolphi Pii antiſtitis carpenſis, ſecum communicatum eſſe memorat. In fine codicis leguntur verba:

LECTORI

Dabimus propediem praeſtantiſſimi ſcriptoris huius opera, conuerſa in linguam latinam, a viris doctiſſimis, qui ſummo ſtudio laboreque tibi nauarunt operam, vt plenius ac vberius huiusce theſauri fructum percipere poſſis. Vale.

Euentus hiſce promiſſis reſpondit, anno 1551. quo *Florentiae*, ex eadem Laurentii Torrentini officina typographica *Protrepticus* & *Paedagogus* Gentiano Herveto, & *libri IIX. Stromatum*, Cyriaco Strozza interprete, in lucem exierunt. Conf. de hac graeca editione die *Merckwürdigk. der Königl. Biblioth. zu Dr.* Tom.II. p. 483 ſqq. Omnium optima, poſt ſylburgianam, heinſianam, & Frontonis Ducaei editionem *Paris* 1629. in fol. cenſetur hodie editio, quam Jo. Potterus, archiepiſcopus cantuarienſis, & Angliae Primas, *Oxon.* 1715. II. Tom. in fol. in lucem emiſit. Conf. de TITO FLAVIO CLEMENTE, alexandrino, ſiue vt alii volunt, athenienſi, Pantaeni diſcipulo, Alexandriae vrbis doctore & presbytero, qui varia eruditione praeditus, & in omni antiquitate inſigniter verſatus, ſapientiaeque veteris ſummopere peritus, atque vnus inter patres ſic dictos eccleſiaſticos, profanis doctrinae ſtudiis, ſubſidiisque maxime adiutus, ſed interdum opinione ſua deceptus & in errorum praecipitia delapſus fuit, praeter ſcriptores, qui hiſtoriam litterariam, ſcriptorum eccleſiaſticorum, patrumque bibliothecas condiderunt, Nicolai le Nourry *Apparatus ad Bibliothecam maximam patrum*

veterum

veterum, *& ſcriptorum eccleſiaſticorum*, Lugduni *editam, in quo quidquid ad eorum ſcripta, & doctrinam, varioſque ſcribendi modos, & docendi pertinet, diſſertationibus criticis examinatur & illuſtratur*, Paris. 1703. in fol. Tom. I. Lib. III. p. 622-1362. Thom. Ittigii *ſelecta hiſtoriae eccleſ. capita Secul. II. Lipſ.* 1711. in 4. p. 230 ſqq. Jean le Clerc *vie de* CLEMENT *alexandrin* in *Bibliotheque univerſelle* Tom. X. p. 178 ſqq. in germanicum ſermonem conuerſa, haec exſtat vita, in Johannis Clerici *unpartheyiſcher Lebensbeſchreibung einiger Kirchenväter und Ketzer; aus deſſen Bibliotheque univerſelle in das Teutſche überſetzt, und nebſt einer Vorrede des Hrn. Geh. Raths* Thomaſii *ans Licht geſtellet, Halle* 1721. in 8. p. 22-105. Jo. Tribbechouii *diſſert. de vita & ſcriptis* CLEMENTIS, *alexandrini*, *Halae* 1706. in 4. Jo. Balthaſ. Bernholdi *hypomnemata de* TITO FLAV. CLEMENTE *vtriusque in eccleſia cathedrae ornamento*, *Altorf.* 1725. in 4. Viri S. R. Jo. Georg. Walchii *Diſſert. de* CLEMENTE *alexandrino*, *eiusque erroribus*, *Jenae* 1737. in 4. Conf. Jo. Alb. Fabricii *Bibliothec. graec.* L. V. Cap. I. p. 102 ſqq.

XXC.

ΗΣΙΟΔΟΥ του Ασκραιου εργα και ημεραι. θεογονια. ασπις Ηρακλεους. Απαντα δὲ μετὰ πολλῶν καὶ καλίστων ἐξηγήσεων. HESIODI *Aſcraei* Opera & Dies. Theogonia, Scutum Herculis. Omnia vero cum multis optimisque expoſitionibus. in 4. folior. 188. ſi quatuor folia priora exceperis.

Inſcripſit editionem hanc valde raram, & nitide impreſſam, Victor Trincauellus nomine Petri Victorii. Epiſtola dedicatoria ſcripta eſt *Venetiis pridie Calend.*

 Jun.

Jun. Particulam inſignem ex illa inſeruit *Annalibus* ſuis *typographicis* Michael Maittaire Tom. III. p. 272. not. (a). In fine libri haec adpoſita leguntur verba: Venetiis *in aedibus* Bartholomaei Zanetti, Caſterzagenſis, *aere vero & diligentia* Joannis Franciſci Trincaueli. *Anno a partu virginis MD.XXXVII.* (1537) *menſe Junio.* Prima inter editiones graecas eſt, quae cum *ſcholiis graecis* Procli Diadochi, Joannis Tzetzae, Emanuelis Moſchopuli, & Joannis Protoſpatharii, in lucem prodierunt. Trium, quos nominauimus, priorum *ſcholia* textui ſtatim adpoſita ſunt. Poſterioris vero *ſcholia*, fol. 113-117. in fine ἔργων καὶ ἡμερῶν adparent. Inſtrumenta, quibus veteres in agro colendo vtebantur, in hac editione fol. 112. b. ligno nitidiſſime inciſa ſunt, adiectis nominibus graecis, & eadem ſunt, quae in Jo. Clerici editione expreſſa aere inueniuntur. *Theogoniae* duorum commentatorum adſcripta ſunt *ſcholia;* illa inſcribuntur εἰς τὴν ΗΣΙΟΔΟΥ θεογονίαν, σχόλια τινὰ μερικά, παλαιά. Auctorem eorum fuiſſe Didymum, exiſtimaſſe videtur Natalis Comes Lib. VI. *Mytholog.* Francof. 1584. in 8. Cap. XIIX. p. 633. haec vero in noſtra editione hoc titulo adlata ſunt: Εἰς τὴν τοῦ ΗΣΙΟΔΟΥ θεογονίαν ἀλληγορίαι τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Ἰωάννου διακόνου τοῦ γαληνοῦ. In poema *de ſcuto Herculis ſcholia* adlata ſunt *paraphraſtica* Joannis Diaconi Pediaſimi, quibus adiicitur eiusdem τεχνολογία. Conf. de hiſce Commentatoribus in HESIODI carmina Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. II. Cap. IIX. p. 374. 376. 378. Quale editioni, quam deſcripſimus, pretium ſtatuendum fuerit, haec lectores noſtros Jo. Alb. Fabricii verba docere poterunt, quae leguntur l. cit. p. 382. *Editio* HESIODI *cum ſcholiis graecis, prima* Veneta, *ex officina* Joannis Franciſci Trincauelli *An.* 1537. *in 4to. elegans & emendata, quam ex Codice MSto ſuppletam me memini videre in Bibliotheca* gottorpienſi, *ſereniſſimi* Holſatiae *Ducis, inter libros* Wowerianos. *In hac editione quaedam melius legi quam*

in

in poſterioribus, *etiam* heinſiana, *notatum a* Seldeno *ad marmora* oxonienſia p. 36 ſqq. Conf. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* l. cit. die *Merkwürdigk. der königl. Bibliotb. zu Dr.* Tom. II. p. 348. vbi vocatur *eine rare ſauber gedruckte und bochgeachtete Edition.*

XXCI.

Γνωμολογίαι παλαιοτάτων ποιητῶν. Θεόγνιδος, Φωκυλίδου, Πυθαγορείου τινὸς, Σόλωνος, Τυρταίου, Ναυμαχίου, Καλλιμάχου, Μιμνέρμου, Εὐηνοῦ, Ριανοῦ, Ερατοσθένους, Πανυάσιδος, Λίνου, Μενεκράτους, Ποσιδίππου, Μητροδώρου, Σιμωνίδου. Βασιλεῖ τ᾽ ἀγαθῷ κρατερῷ τ᾽ αἰχμητῇ. *Typis Regiis. Pariſiis. M. D. LIII.* (1553.) *Apud Adrianum Turnebum typographum regium. Ex Priuilegio regis.* in 4. pp. 44. 8. 3. 31. ſi titulus & vita Theognidis graeca ex Suida non numerat. fuerit.

Editio admodum rara minus cognita fuiſſe videtur Joanni Alberto Fabricio, qui editionem *graeco-latinam Paris.* 1553. in 8. & 1554. in 4. *apud Fed. Morellum* prodiiſſe, L. II. *Biblioth. graec.* Cap. XI. p. 441. memorat. Sine dubio eadem eſt, cuius titulum latine verſum adtulit Michael Maittaire Tom. III. *Annal. typogr.* p. 627. Neque editoris praefatio, neque auctorum gnomologicorum verſio latina, in noſtro exemplari, characteribus nitidiſſimis exſcripto, adparet.

XXCII.

XXCII.

ΕΥΝΑΠΙΟΥ τοῦ Σαρδιανοῦ, βίοι Φιλοσόφων καὶ σοφιςῶν. E bibliotheca Joan. Sambuci Pannonii Tirnauienſis. *Antuerpiae, ex Officina Chriſtophori Plantini. M. D. LXVIII.* (1568.) in 8. pp. 213.

Evnapivs *Sardianus*, de Vitis Philoſophorum & Sophiſtarum: Nunc primum Graece & Latine editus, interprete Hadriano Junio Hornano. Cum indice & Graeci exemplaris caſtigatione. *Antuerpiae, Ex Officina Chriſtophori Plantini. M. D. LXVIII.* (1568.) in 8. pp. 194. excepto indice 3. folior.

Prima haec, quae graece prodiit, eſt editio, quae ob nitorem & raritatem magni aeſtimatur. Hadriani Junii Caſtigationes textui graeco adiectae ſunt. Expreſſa fuit typis, ad exemplar, quod Joannes Sambucus, pannonius, beneficio Farneſii Cardinalis, deſcriptum dederat. Illud quidem ſcitule a ſcriba pictum fuiſſe, ait Junius, ſed ita multis lacunis hiulcum, & infinitis iisque portentoſis mendis ſic refertum, vt prope deplorata ſpe omni ſaepe abiecerit vertendi conſilium. Laboſi vero incepto inſtitit, etſi ſaepius hariolarum more diuinare, coniecturam in partes ducere, ſupplere, quod tamen magna cum religione fecit, coactus fuerit. Nonnusquam etiam, ſed ſemel atque iterum tranſilire perfunctorie maluit, quam aliena & ſua infarcire. Dicauit iſtam verſionem, quae non anno 1572. primum, vt Joan. Alb. Fabricius L. V. *Biblioth. graec.* Cap. V. pag. 233. ſcribit, ſed eodem, quo graecus textus, anno nimirum 1568. in lucem prodiit, Eliſabethae, Angliae reginae. Dedicationem ſequitur, ad eamdem Reginam Hadr. Junii *Acroſtichon.* In praefatione, ad Lectores, excuſationem affert,

fert, quod ſcriptorem ediderit, nominis chriſtiani hoſtem, cum ait: *Quod autem in monachos, in quorum aſceteriis religionis chriſtianae fundamenta, temporibus* Conſtantini magni, *iaciebantur, & tradebantur, quoque acerbius paullo inuehatur, quis in pagano & fidei veritatisque hoſte non ferat? Quando &* Porphyrium *Chriſtianiſmi perduellem*, Lucianum, *obſtinatum ſeruatoris noſtri irriſorem, &* Julianum *parabaten* Galilaeorum, (*ita* Chriſtum *profeſſos vocabat*) *perſecutorem, atque exterminatorem, ſi diuturnior obtigiſſet vita, toleremus, legamus, circumferamus, & manibus nocturni diurnique teramus? Itaque dictatam a communi nominis chriſtiani hoſte iniuriam pro non dicta boni omnes habebunt, deſpuent, penſique non facient, imo ludibrium in gloriam ſuam conuertent.* Gerardus Falkenburgus neomagus Hadrianum Junium, honoris cauſſa, hoc epigrammate ornauit graeco:

Πολλῶν φιλοσόφων ἰητρῶν ἠδὲ σοφιςῶν
  Γράψαντ' ἀτρεκέως ΕΥΝΑΠΙΟΝ βιότους
Ισχε σκότος δηρόν· τὸν νῦν Σαμβοῦκος ἐπήτης
  Ἐκ σκότεος προφέρων ἤγαγεν ἐς τὸ φάος·
Ἀλλ' ἑρμηνεύσας πάντεσιν ἔθηκε νοητὸν
  Ιούνιος ἰητὴρ φιλόσοφός τ' ἀγαθός·
Μείζονος οὖν κείνοιν τίς ἐπάξιός ἐςιν ἀμοιβῆς,
  Η ὁ παραφράσας βίβλον, ἢ εἰσκομίσας;

Conf. de EVNAPIO, Sardibus, Lydiae regia, oriundo, qui ſub Theodoſio M. floruit, *vita*, ab Hadriano Junio, *e ſcriptis potiſſimum ipſius collecta*, & verſioni latinae praemiſſa, Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* l. cit. Jo. Jonſii *de Scriptoribus hiſtoriae philoſophicae, Jen.* 1716. in 4. L. III. Cap. XVII. p. 93 ſeqq. Hadrianus Junius, ſiue vt ſermone nominatur belgico de Jonghe natus fuit Hornae an. 1511. Harlemi aegrotis ſanandis operam dedit, & ſcholae latinae Rector praefuit. Poſt expugnatum an. 1573. ab Hiſpanis Harlemum Medioburgum ſe contulit, & medicinam exercuit. Moerore confectus, ob direptam & ſpolia-

tam, quam Harlemi habuerat, bibliothecam e vita deceſſit Medioburgi an. 1575. aetat. anno 63. Vid. Melchior. Adami *vitae Medicorum* p. 94. *Vita* eius, quae praemittitur *epiſtolis* eius, *Dordrechti*, *apud Vincentium Caimax* 1652. in 12. editis. Niceron *Memoires* Tom. VII. p. 399 ſqq. Paul. Freheri *Theatrum virorum eruditione clar.* p. 1270. Quale pretium verſionibus eius e graeco factis ſtatuerit Adrian. Baillet, verba illius docent, quae leguntur in *Jugemens des Savans ſur les principaux Ouvrages des Auteurs*, Tom. II. P. III. p. 367. *Quoique* Junius *fût habile d'ailleurs dans les humanités, il n'a point rendu grand ſervice au public par ſes Traductions, lesquelles ne valent rien pour la plûpart. Car ſouvent il prend le ſens d'un Auteur de travers, & y donne une fauſſe application, & dans la ſeule verſion du petit livre d'*EVNAPIVS, *il ſe trouve un millier de fautes.* Conf. Petr. Dan. Huetius *de claris interpretibus* Lib. II. pag. 174.

XXCIII.

ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ, καθ' Ὑσμινίαν και Ὑσμίνην δρᾶμα. EVSTATHII de Ismeniae & Ismenes Amoribus Libri XI. Gilbertus Gaulminus Molinenſis primus Graece ex regia bibliotheca edidit, & latine vertit. *Lutetiae Pariſiorum. Sumtibus Hieronymi Drouart, via Jacobaea, ſub ſcuto ſolari MDCXVIII.* (1618) in 8. pp. 447. exceptis octo foliis prioribus.

Gilberti Gaulmini Molinenſis Notae ad EVSTATHIVM pp. 45.

Sunt inter viros doctos, qui *drama* XI. librorum καθ' Ὑσμινίαν καὶ Ὑσμίνην EVSTATHIO archiepiſcopo tribuunt

tribuunt theſſalonicenſi, ſed Jo. Alb. Fabricius L. V. Cap. VI. *Biblioth. graec.* pag. 814. & Petrus Daniel Huetius in *Traité de l'origine des Romans* p. XLVII. editionis, quae fabulae romanenſi *Zayde hiſtoire Eſpagnole par* Mr. de Segrais, *Amſterd.* 1715. in 12. praemittitur, auctorem illius diuerſum plane eſſe ab theſſalonicenſi Archiepiſcopo ſtatuere videntur. Conf. Jaques George de Chaufepié *Nouveau Dictionaire hiſtorique & critique* lit. E. p. 73. not. (B). In nonnullis ſane codicibus EVSTATHIVS, in aliis Eumathius, patria Macrembolites, ſiue Parembolites, Aegypti vrbe, vt obſeruauit Iſaac. Caſaubonus Tom. II. *Epiſtolar. Roterodam.* 1709. in fol. Epiſtol. ad Jungermannum CCCCLXXXI. pag. 227. adpellatur. Referunt praeterea nonnulli codices aliud eius cognomen, vbi nimirum *Protonobeliſimus* (primus inter nobiliſſimos) adpellatur. vid. Gerard. Jo. Voſſius *de Hiſtoricis graecis* L. IIII. Cap. XVIIII. p. 491. edit. *Lugd. Bat.* 1651. in 4. qui in codice mediolanenſi hoc cognomen (pro *Protonobeliſario* enim, apud Voſſium l. cit. *Protonobeliſimum* eſſe legendum, contendit Jo. A. Fabricius l. cit.) ſe inueniſſe ſcribit. In eadem ſententia eſt Carolus du Freſne, dominus du Cange, qui in indice graeco, cuiusdam bibliothecae graecanicae, qui in bibliotheca colbertina olim adſeruabatur, idem cognomen ſe reperiſſe teſtatur, in *Gloſſario ad Scriptores med. & infim. Graecitatis, Lugdun.* 1688. in fol. col. 1010. quo etiam e loco adparet, EVSTATHIVM τοῦ μεγάλου χαρτοφύλακος dignitatem obtinuiſſe. Quo autem tempore EVSTATHIVS vixerit, nondum ſatis conſtat. Quid Petr. Dan. Huetium commouerit, vt exiguum EVSTATHII libro ſtatuerit, pretium, id ſatis ille his l. cit. expoſuit verbis: *Comme* Mr. Gaulmin *ne dit rien d'*EVSTATHIVS *dans la préface du livre, qui porte ſon nom, je veux expliquer ſon ſilence en ſa faveur, & croire qu' habile comme il étoit, il n'eſt pas tombé dans l'erreur de ceux qui ſe perſuadent, que ce ſavant Commen-*

*tateur d'*Homére *a été capable de faire un auſſi miſerable ouvrage qu'eſt celui-ci. - - rien n'eſt plus froid, rien n'eſt plus plat, rien n'eſt plus ennuyeax: nulle bienſeance, nulle vraiſemblance, nulle conduite: c'eſt le travail d'un Ecolier, ou de quelque chétif Sophiſte, qui méritoit d'être Ecolier toute ſa vie.* Editio quam nos poſſidemus rariſſima, & vna eſt, quae textum EVSTATHII graecum ob oculos ponit. Illam iam anno 1617. excuſam, notas vero & praefationem Gilberti Gaulmini anno demum 1618. adiectam fuiſſe, adfirmat Jo. Alb. Fabricius l. c. & Thom. Hyde in *Catalog. Biblioth.* bodleianae Tom. I. p. 237. EVSTATHIVM dicauit Gilb. Gaulminus, Nicolao Verduno, *Principi ſenatus Galliarum,* Notas autem Matthaeo Molé, *publicae Galliarum diſciplinae vindici.* In praefatiuncula ad lectorem ſe etiam *prolegomena ad* EVSTATHIVM compoſuiſſe memorat, *de omnibus veterum Graecorum amatoriis ſcriptis,* quae vero, quia paullo vberiora erant, excudi non potuiſſe ait; Cum alio quidem eiusdem argumenti libro illa, nec non *libros III. de republica carthaginenſi,* & ſingularem *de infanticidiis Afrorum*, ſe editurum recepit, ſed euentum reſpondiſſe promiſſis, nuſquam legimus. Verſio Gaulmini latina, mox *Amſtelodami* recuſa, & hoc edita fuit titulo: EVSTATHII *de* Ismeniae *&* Ismenes *Amoribus Libri XI. &* Parthenii Nicaeenſis *de Amatoriis Affectionibus Liber vnus. E Graeco in latinum ſermonem luculenter conuerſi & nunc iunctim editi. Lugduni Batauorum ex officina Jacobi Marci* 1618. in 8. Acceſſit iſti editioni, praeter Parthenii librum, *Dialogus* Luciani, qui inſcribitur, *Amores,* e graeco conuerſus p. 298 - 378. In hetruſcum EVSTATHII liber conuerſus ſermonem & euulgatus fuit titulo: *Gli amori d'*Ismenio, *composti per* EVSTAZIO *Filoſofo, e di Greco tradotti per* Lelio Carani, (non Lilio Curani vt apud Fabricium l. cit. adpellatur) *in Firenze, per Lorenzo Torrentino* 1550. in 8. & *in Venezia per i Guerra* 1560. in 8. Vid.

Vid. Scipion. Maffei *Traduttori italiani* p. 52. & qui librum, propter inſignem raritatem, aſteriſco notauit Nicol. Franc. Haym in *Notizia de' libri rari nella lingua italiana* p. 186. Ex ſermone hetruſco, in gallicam linguam, illum translatum fuiſſe, ab Hieronymo d'Avoſt de Laval *Paris.* 1582. refert François de la Croix du Maine in *Bibliotheque de France, Paris.* 1584. in fol. p. 168. & 238. Aliam Joannis Loveau, aurelianenſis, verſionem gallicam, *Lyon* 1559. in 8. memorat Jo. Alb. Fabricius l. cit. Guil. Colletet aliam dedit titulo: *Les Avantures d'* Iſmene, *& d'* Iſmenie, *traduites du Grec d'* EVSTATHIVS. Vid. *Hiſtoire de l'Academie françoiſe, à la Haye* 1688. in 12. p. 231. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. I. p. 324. not. 1. In Nicolai Baſſaei, *Collectione omnium, in vnum corpus, librorum*, exſtat Tom. III. pag. 305. *Hiſtori von der Lieb des Jünglings* Iſmenii *vnnd der Jungfrawen* Iſmene, *ausz dem Griechiſchen vnnd Italieniſchen verteutſcht, Strasburg* 1573. in 8. Eadem forte verſio eſt, quam anno iam 1563. *Lipſiae* in 12. emiſſam eſſe in lucem, adſerit Jo. Alb. Fabricius l. cit. Elogia, quibus viri doctiſſimi, Gilbertum Gaulminum, libellorum ſupplicum in Gallia magiſtrum, Regisque conſiliarium, an. 1667. cum iam annum aetatis LXXX. exceſſiſſet, defunctum, ornarunt, collegit Paul. Colomeſius in *Gallia orientali, Hag. Comit.* 1665. in 4. p. 232 ſeqq. & 264 ſeqq. Inſignem illius linguarum peritiam laudauit Mr. Coſtar in *Apologie contre* Paul Thomas Sieur de Girac, *Paris* 1657. p. 139 ſqq. vbi inter alia ait: *Et de fait quoy qu'il n'y ait point de païs eſtrange ou les enfans de dix ans ne s'expliquent mieux en leur langue, que ne feroit l'admirable Monſieur* Gaulmin, *qui poſſede parfaitement toutes celles que la confuſion de la Tour de* Babel *a introduites ſur la terre; ce n'eſt pas moins une belle choſe à ce rare perſonnage d'avoir une ſcience d'une étendue ſi vaſte & ſi approchante de l'infiny.* Conf. Adr. Baillet *Jugemens des Savans ſur les principaux*

Ouvrages des Auteurs Tom. II. P. II. p. 313 ſqq. *Melanges de litterature tirez des lettres Manuſcrites de* Mr. Chapelain, *Paris* 1726. in 8. p. 216.

XXCIIII.

CALLIMACHI *Cyrenaei*, Hymni (cum ſuis ſcholiis graecis) & epigrammata. Eiusdem Poematium de Coma Berenices, a Catullo verſum. Nicodemi Friſchlini Balingenſis interpretationes duae hymnorum: vna oratione ſoluta: altera, carmine. Eiusdem interpretatio Epigrammatum, & Annotationes in Hymnos. Henrici Stephani partim Emendationes partim Annotationes in quosdam Hymnorum locos. Eiusdem duplex interpretatio hymni primi, carmine vtraque: quarum vna adſtrictae, altera liberae & paraphraſticae interpretationis exemplum eſſe poſſit. *Excudebat Henricus Stephanus*, *Anno MDLXXVII.* (1577) in 4. pp. 72. & 134. except. foliis 8. prioribus.

Initio huius libri paullo rarioris occurrit Nicodemi Friſchlini, balingenſis, epiſtola dedicatoria ad Philippum Ludouicum, Comitem hanouienſem, & rineccium, dominum in Minſenberga, vbi de veris ſtudii poetici laudibus, & fructu e veterum poetarum carminibus percipiendo, eleganter & erudite diſſerit. Scripta eſt *Tubingae*, *Calend. Jul.* 1571. Carolus Henricus Langius hac ſubſcriptione ſine dubio inductus fuit, niſi forte typothetarum eſt error, vt in Nicodemo Friſchlino, *vita, fama, ſcriptis ac vitae exitu memorabili, Lipſ.* 1727. in 4. Cap. III. §. IIII. not. c. Friſchlinum CALLIMACHI reliquias, latino redditas carmine, & adnotationibus explicatas, primum edidiſ-

edidiſſe ſcriberet, *Geneuae*, 1571. cum profeſſionem poeticam Tubingae exorſus eſſet. Joannes Albertus Fabricius enim L. III. *Biblioth. graec.* Cap. XVIIII. p. 491. nullam, ait, CALLIMACHI editionem friſchlianam ante annum 1577. prodiiſſe, etiamſi ex *Actis Eruditor. Lipſ.* an. 1695. p. 487. aliquis poſſit ſuſpicari, editionem exſtare *tubingenſem* 1571. propterea quod Geneuam ad Henr. Stephanum Tubinga ſuas miſerit Nicod. Friſchlinus lucubrationes. Illos praeterea falli perhibet, qui editionem an. 1577. non *Geneuae*, ſed *Pariſiis* prodiiſſe adfirment. Epiſtolam Friſchlini ſequuntur Epigrammata Jacobi Schegkii M. D. Jo. Poſthii, germershemii, Martini Cruſii, Erhardi Cellii, Leonhardi Engelhart, W. Virnii, H. Nicolai Rudingeri, piſouernatis, Georgii Oſtermarii, coronenſis Transſyluani, Caroli Chriſtophori Baieri, ſpirenſis, latina, ſi vnum Cruſii exceperis graecum, in latinum N. Friſchlini CALLIMACHVM. Excipit illa Laſcaris epigramma graecum, *de* CALLIMACHI *carminibus, quae ex multis pauca ſuperſunt*, & Henrici Stephani epigrammata latina *de* CALLIMACHO & *ad* CALLIMACHVM *ſuper his* Naſonis *verſibus*:

Battiades *toto ſemper cantabitur orbe*
Quamuis ingenio non valet, arte valet.

Duo priora ex ſex aliis adſcribimus:

Non ſatis ingenio Naſone *es iudice promptus*
Summo inter vates, qui fuit ingenio.
Quid nobis de te eſt aut de Naſone *putandum?*
Judicium deeſt huic, ingeniumne tibi?

** ** **
* * *

CALLIMACHE, *ingenio te* Naſo *valere negauit,*
Siuit & a ſera id poſteritate legi
Carmina non equidem tua legerat omnia Naſo,
Legerat haec oculo vel properante nimis.

Defendere Ouidii de CALLIMACHO effatum ſuſtinuit Daniel Heinſius, in *prolegom.* in Heſiodum fol. 4. *edit.*

edit Raphelengii 1603. in 4. vbi ait: *parum plerique & hac aetate viri praeſtantiſſimi perceperunt, cur ingenium* CALLIMACHO *detraxerit* Naſo: *ita vt nonnulli litem ei intendere veriti non ſint: cum neque inuentionum facilitate, inquiunt, neque acumine, quantum ratio ſcribendi admittit, deſtituatur poeta ille, & quaedam apud eum talia ſint, vt ingenioſiſſimo homine non inferiora videantur. Pro eo nos reſpondemus, neque ingenio deſtitutum fuiſſe poetam illum: neque id eſſe, quod in eo deſideramus: niſi quatenus ingenio eum deſtitui arbitramur, qui arte peccat. Summus itaque poetarum* Naſo, *cum de reliquis poetis egiſſet, tandem* CALLIMACHVM *recenſet, non ſine praefatione mehercule: neque enim debet, qui Grammaticam poetis adiungit. Ingenium vocat* τὴν Ὁρμὴν, *quo ſaepe peccant poetae: Grammatici ne hoc quidem poſſunt. Siquis itaque ex me quaerat, quem Graecorum poetarum primum exiſtimem: dicam primum eſſe, qui peccat ſaepiſſime, ſecundum, qui proximus eſſe audendo, meruit* &c. Qua ratione illa Heinſii ſententia, ſatis quidem ingenioſe excogitata, Baſilio Kenneto diſplicuerit, vt in *the Livres and Characters of the ancient Grecian poets, London.* 1697. in 8. p. 162. eam non modo refelleret, ſed CALLIMACHVM, ingenio etiam & arte, multum valuiſſe, argumentis haud contemnendis oſtenderet, legi poterit in Jaques George de Chaufepié *Nouveau Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. II. lit. C. p. 12. not. (D). Hymnis CALLIMACHI graecis, in editione ſtephaniana e regione adponuntur *Scholia graeca* breuia, ab auctore incerto compoſita; textui vero ſubiicitur *verſio* Nicod. Friſchlini *proſaica*, qua verbum verbo redditur. *Hymnis* adiecit Henr. Stephanus *poemation de Coma* Berenices, *interprete* Catullo, cum eiusdem Catulli *epiſtolio* ad Ortalum, in quo CALLIMACHI carmina, a ſe expreſſa, mittere ſe ad eum dicit. Hiſce M. Antonii Mureti *Commentaria* adponuntur. *Epigrammata* CALLIMACHI ex variis auctoribus collecta, verſi-

verſibus latinis N. Friſchlinus reddidit, quibus *fragmenta* quaedam H. Stephanus adiecit. *Adnotationes* Friſchlini in CALLIMACHI *hymnos*, comitatur Friſchlini *verſio latina*, numeris adſtricta, cui ſubiuncta eſt CALLIMACHI *vita*, ab eodem graece conſcripta, & Caroli Chriſtophori Baieri verſio latina. In H. Stephani *adnotationibus & emendationibus, in* CALLIMACHI *hymnos*, potiſſimum de obſcuriorum quorumdam locorum expoſitione agitur. Libro tandem finis imponitur, nonnullis *hymnorum* verſionibus latinis metricis, quae ab H. Stephano, Bonauentura Vulcanio, Franc. Florido Sabino & Angelo Politiano profectae ſunt. Poſterioris verſioni, caput LXXX. ex eius *Miſcellaneis*, praemittitur. Recuſam editionem friſchlinianam *Brunſuigae* 1588. ſed epiſtolam dedicatoriam eſſe omiſſam, teſtatur Carol. Henr. Langius l. cit. Editionem *Baſil.* 1589. in 8. memorauit Jo. Alb. Fabricius l. cit. In Nicol. Baſſaei *Collectione omnium in vnum corpus librorum*, adducuntur Tom. I. p. 568. CALLIMACHI Cyrenaei *hymni*, *epigrammata*, *& fragmenta*, *quae extant*, *denuo edita*, *cum duplici interpretatione*, *& commentariis*. *Praeterea* A. Licinii Archiae *Epigrammata quaedam graeca*, *cum latina interpretatione; Omnia opera* Nicodemi Friſchlini. *Acceſſerunt eiusdem* Friſchlini *aliquot epigrammata cum nonnullis aliis*, *& Hymnus graecus in* Chriſtum *proditum*. *Baſileae impenſis Wendelini Hommii* 1590. in 8. Omnia fere, quae in editione ſtephaniana occurrunt, ſi verſiones exceperis metricas, inſerta fuerunt editioni & ſplendidiſſimae & optimae, quae hoc euulgata titulo, inter libros rariores locum obtinere coepit: CALLIMACHI *Hymni*, *Epigrammata*, *& Fragmenta Ex recenſione* Theodori J. G. F. Graeuii. *Cum eiusdem Animaduerſionibus. Accedunt* N. Friſchlini, H. Stephani, B. Vulcanii, P. Voetii, A. T. F. Daceriae. R. Benthleii, *Commentarius*, *& Annotationes Viri illuſtriſſimi*, Ezechielis Spanhemii. *Nec non praeter Fragmenta*, *quae ante* Vulcanius *&* Da-

ceria

ceria *publicarant*, *noua*, *quae* Spanhemius *&* Bentleius *collegerunt*, *&* *digeſſerunt*. *Huius cura & ſtudio quaedam quoque inedita Epigrammata* CALLIMACHI *nunc primum in lucem prodeunt*. *Vltraiecti Apud Franciſcum Halmam*, *Guilielmum Vande Water*, *Bibliop*. *MDCXCVII*. (1697) in 8. form. maior. cum figuris & numiſmatibus aere expreſſis P. I. pp. 496. exceptis praemiſſ. adpendicibus & indicibus. P. II. pp. 758. non numeratis praemiſſis & indicibus. Recenſetur a Jo. Alb. Fabricio I. cit. p. 491 ſeqq. a L. Neocoro in *Bibliotheca librorum nouorum*, *Traiect. ad Rhen*. 1697. in 8. p. 163 ſeqq. in *Actis eruditor. lipſ.* anni 1697. p. 487 ſqq. CALLIMACHI, Batti & Meſatmae filii, qui, ab vrbe Libyae Cyrene, cyrenaicus vocatur a veteribus auctoribus, aetas incidit in Olympiad. CXXVII. Initio litteras docuit in vico Alexandriae, Eleuſine, poſtea a Ptolemaeo philadelpho, in Muſeum arceſſitus, & in honore habitus eſt, ſimiliterque Ptolemaei euergetae gratia floruit, & poetae, pariterque grammatici laudem obtinuit, ac de ſe ipſo, Epigrammate XXII. p. 198. edit. Ezech. Spanhemii praedicauit, quod κρέσσονα βασκανίης cecinerit. Conf. de illo praeter ſcriptores iam cit. Anonymi graeci *vita*, editioni ſpanhemianae praemiſſa, Lil. Gregor. Gyraldi Dialog. III. *de poetis* Tom. II. *Oper*. edit. *Baſil*. 1580. pag. 112 ſqq. Tanegui le Fevre *Vies des poetes grecs en abregé*, *à Paris* 1680. in 12. pag. 155 ſeqq. Olai Borrichii Diſſert. I. *de poetis* p. 13. Adr. Baillet *Jugemens de Savans* Tom. III. P. II. p. 420 ſeqq. Nicodemi Friſchlini, balingenſis viri quidem doctiſſimi, ſed variis, iisque atrociſſimis fortunae caſibus, ad vitae vsque exitum miſerrimum iactati, vitam plures dederunt, e quibus prae ceteris legi merentur, Jacobi, Nicodemi fratris Friſchlini, Friſchlinus *rediuiuus*, *Argentorat*. 1599. in 8. Georg. Pfluegeri, *Vita* Nicod. Friſchlini, balingenſis, *Comitis palatini caeſarei*, *poetae laureati*, *viri clariſſimi*, quae cum Rudolph. Agricolae, Jo. Capnionis, & Eraſmi

rote-

roterodami *vitis* prodiit *Argentorati* 1605. in 8. Caroli Henrici Langii, Friſchlinus *vita, fama, ſcriptis, ac vitae exitu, memorabilis, Jenae* 1725. in 4. Repetita & cum praefat. Jo. Laurent. Moshemii aucta exſtat editio *Lipſ. & Brunſuig.* 1727. in 4. pp. 127. Conf. Melchior. Adami *vitae philoſophor. Germanor.* p. 165 ſeqq. Paul. Freheri *Theatrum virorum eruditione claror.* pag. 1483. Niceron *Memoires* Tom. XVIIII. p. 197 ſqq. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. III. p. 90 ſqq. Tom. IIII. P. I. p. 355 ſqq.

XXCV.

Carmina Nouem illuſtrium Feminarum, Sapphus Erinnae Myrus Myrtidis Corinnae Teleſillae Praxillae Noſſidis Anytae. Et Lyricorum Alcmanis Steſichori Alcaei Ibyci Anacreontis Simonidis Bacchylidis. Elegiae Tyrtaei, & Mimnermi. Bucolica Bionis & Moſchi. Latino verſu a Laurentio Gambara expreſſa. Cleanthis, Moſchionis, Aliorumque fragmenta nunc primum edita. Ex Bibliotheca Fuluii Vrſini Romani. *Antverpiae ex officina Chriſtophori Plantini: MDLXVIII.* (1568) in 8. pp. 387. ſi folia ſex priora exceperis.

Quantae haec editio ſit raritatis, verba teſtantur Joan. Chriſtian. Wolfii, qui in praefatione, Sapphus, *poetriae* Lesbiae *fragmentis*, quae edidit *Londini*, (Hamburgi) 1733. in 4. mai. praemiſſa, ſcribit: *En Tibi partem I. Carminum nouem illuſtrium Feminarum & Lyricorum ex Bibliotheca* Fuluii Vrſini Antuerp. *ex officina* Chriſtoph. Plantini 1568. *ordinis octaui forma editorum, quem librum pridem philologiae amantiores auidiſſime emerunt, & in* Gallia, Anglia, Belgiove, *ſi quando in Auctionibus publicis vel in tabernis librariis*

brariis ſeſe offerret, immenſo ſane pretio ſibi comparare libenter voluerunt.

Hoc in cauſſa fuit - - - vt nouam huius pretioſiſſimi libelli editionem ſtudioſae iuuentutis vſibus apprime adcommodatam, adornarem. Librum priuilegio Philippi Hiſpaniae regis, & Ducis Brabantiae munitum, dicauit Fuluius Vrſinus, Alexandro Farneſio Cardinali, propterea quod illi bibliothecam ſuam, non modo inſpiciendam, ſed arbitratu ſuo tractandam permiſerat. Vrſinum praeterea Alexander Farneſius, morte Ranutii Farneſii, Cardinalis, Alexandri fratris, ſpe magna deſtitutum, non modo in domum ſuam receperat, ſed vltro etiam vocatum, ſingulari ſtudio ornauerat. Epiſtolae dedicatoriae adiecerunt Laurentius Gambara, brixianus, Joannes Verzoſa, & Matthaeus Deuarius carmina, illi latina, hic graecum, omnia, in Fuluii Vrſini laudem conſcripta. Cum Joan. Chriſt. Wolfius, in ſua editione, illa omiſerit, Laurentii Gambarae in lectorum noſtrorum gratiam hic adſcribimus:

Alma parens natura nouem Telluris amore
Terreſtres muſas has caeli effudit in auras
Caeleſtum Muſarum inſtar, quas candida partu
Mnemoſyne *ediderat: quae iam cum cantibus eſſent*
Illuſtres, numeroque pares, cantuque Camoenis,
Ira, odioque graui diſcerptae in fruſta fuerunt.
Non aliter Ciconum *ſparſerunt* Orphea *matres,*
Per ripas pater Ebre *tuas, perque humida prata,*
Non ſine Hamadryadum lacrymis, Phoebi*que dolore.*
Tempore quo totidem ſublimi carmine vates
Aeolii, Phoebo *grati, celebresque per oras*
Argolicas, aliique etiam paſtoribus ipſis
Dilecti, & nymphis ſiluarum, & ſiluicolis Dis,
Hanc iram Aonidum ſubiere, odiumque ſororum.
Fuluius *aſt horum variis* Vrſinus *in oris*
Diſperſas has relliquias collegit in vnum,
Atque manu veluti medica ſarcire poetas
Jam longo laceros acuo eſt conatus, & illos

In

In lucem dedit, antiquam formamque ſuumque
Reſtituens decus; atque aliquot me vertere iuſſit
Sermonem in Latium: quos nunc tibi magne dicamus
Farneſi. *tuque hos vates velut alter* Apollo
Defendes, ne iterum monumenta haec lecta tenebris
Deliteant, aut Lethaeis mergantur in vndis.

In praefatiuncula ad Lectores, Vrſinus cauſſam exponit, qua adductus, Pindarum, in hac lyricorum editione omiſerit. *Nemo*, ait, *eſt, qui neſciat, meliore hunc eſſe conditione, cuius diuini ingenii lumen quattuor reliquis, atque iis integris libris eluceat, ac ceteros quorum paucula haec de tot voluminibus miſerabiliter deprauata fragmenta ſuperſint, quas vero eius reliquias collegeram, ſciebam illas ipſas ab aliis quoque & diligenter collectas & iterum iam tertione editas, vt nihil praeterea haberem, quod magnopere communicandum iudicarem* &c. Praeter *fragmenta*, quorum in titulo mentio facta fuit, in hac editione inueniuntur, nonnullae Orphei, Cleanthis, Moſchionis, Euripidis, Theodecti, Menandri & Philetae *reliquiae*, quae omnia notis ſuis illuſtrauit Fulv. Vrſinus. Pagina 355 ſqq. Bionis ſmyrnaei, Moſchique, ſiculi, *eidyllia* reperiuntur *bucolica*, a Laurentio Gambara, *poeta* brixiano *clariſſimo, ex graeco in latinum ſermonem conuerſa, ita vt carmen latinum, non ad verbum, de graeco expreſſum ſit, ſed vt ſententiarum ſeruato lepore, & figuris, latinae quoque orationis, in eo, eluceat ſplendor.* Speciminis loco illud Moſchi hic adponimus epigramma, quod in editione heinſiana Theocriti, Moſchi, Bionis & Simmii, *ex bibliopol. Commelin.* 1604. in 4. p. 198. reperitur & inſcribitur: εἰς Ἔρωτα ἀροτριῶντα.

Saeuus Amor *ſumſit habitum, formamque bubulci*
Et ſua depoſuit tela, faceſque ſuas.
Et manibus ferram adripuit: ſociosque laborum
Adiunxit properans ad iuga panda boues:
At poſtquam curuo tellurem inuertit aratro;
Commiſit verſo graudia farra ſolo.

Atque Jovem *aſpiciens fulua de nube tuentem*
Terrarum tractus; ſic ait, o genitor
Hos pingues campos foecundis frugibus imple:
Europae *ne tu ſub iuga taurus eas.*

Haec vero Gambarae verſio Moſchi & Bionis, in cauſſa fuit, quam ob rem Antonius Teiſſier ſibi perſuaderet, Laurentium Gambaram non ſolum *nouem feminarum illuſtrium*, ſed & *reliquorum lyricorum poetarum carmina*, in latinum ſermonem, ab ipſo conuerſa edidiſſe. Vid. de poetis & poetriis lyricis, eorum fragmentis & editionibus, praeter alios Jo. Alb. Fabricii *Bibliotheca graeca* L. II. Cap. XV. p. 563 ſqq. Gottfridi Olearii Diſſert. *de poetriis graecis*, *Lipſ.* 1708. in 4. & in editione *poetriarum octo*, quam Jo. Chriſtian. Wolfius hoc edidit titulo: *Poetriarum octo* Erinnae, Myrus, Myrtidis, Corinnae, Teleſillae, Praxillae, Noſſidis, Anytae, *Fragmenta & Elogia Graece & Latine Cum virorum doctorum Notis Accedit* Gottfridi Olearii *Diſſertatio de poetriis Graecis Auctorum Veterum Teſtimoniis & ſupplementis variis aucta Cura & ſtudio* Jo. Chriſtiani Wolfii *in Gymnaſio* Hamburgenſi *Profeſſoris publici Qui notas & indices adiecit. Hamburgi apud Abraham. Vandenhoeck* 1734. in 4. maj. pp. 191. except. praemiſſis & indicibus. p. 119-191. paſſim. Fuluius Vrſinus, *cuius nomine*, Petro Gaſſendo teſte, *in vita* Peireſcii L. I. p. 17. edit. *Hag. Comit.* 1655. in 4. *inter viros antiquariae rei ſtudioſos, maius, celebriusque nullum eſt,* patria fuit romanus, nobili genere prognatus, qui propinquis ſuis, minus gratus exſtitit, quod e concubitu minus iuſto natus fuerat. Vir fuit graeca latinaque facundia, vtriusque antiquitatis notitia, & omni elegantiori litteratura clariſſimus adeo, vt aeui ſui oraculum habitus, cum in patria, tum per exteras gentes celeberrimus, apud Pontifices, & viros, in ſumma dignitate conſtitutos, multum gratia, & aeſtimatione floruerit. Diem obiit ſupremum XIIX. Calend. Jun. An. 1600. aetatis anno LXX. Vid. de illo Jan. Nicii Erythraei *Pina-*

Pinacotheca imaginum illuſtrium I. num. IIII. p. 9 ſqq. edit. *Lipſ.* 1692. in 8. Thom. Pope-Blount *Cenſura celebriorum auctorum, Geneu.* 1694. in 4. p. 784 ſqq. Joſ. Simleri *Bibliotheca* p. 212. Jacob. Thomaſii *diſſ. de plagio litterario* Cap. II. §. 583 ſqq. p. 257 ſqq. edit. *repetit. Leucopetr.* 1679 in 4. Chriſt. Weiſii Diſſert. *de ſpuriis in eccleſia & re litteraria claris* Sect. II. §. XXXI. p. 46. edit. *repet. Viteb.* 1735. Omnium optime illius dedit vitam Joſephus Caſtalio, *Romae, typis Vareſii* 1657. in 8. qua ex editione illam recudendam curauit Chriſtian. Gryphius, & *vitis ſelectis XVII. eruditiſſ. virorum Vratiſlau.* 1739. in 8. inſeruit p. 555-580. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XXIIII. p. 345 ſqq. Adr. Baillet *Jugemens des Savans des principaux Ouvrages des auteurs* Tom. II. P. II. p. 130. De Laurentio Gambara, brixiano, & eius carminibus, quae *Romae* 1581. & 1586. in 8. *Antuerpiae, apud Chriſtoph. Plantinum* 1569. in 8. nec non *Baſileae* cum Baſilii Zanchii *carminibus per Joannem Oporinum* 1555. in 8. euulgata fuerunt, vid. P. Baile *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. II. p. 1235. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. III. P. II. p. 205. Gilles Menage *Antibaillet* P. II. p. 365 ſqq. edit. Amſterd. 1725. in 8. & quod primo loco nominandum nobis fuerat, Eminentiſſimi Principis Angeli Mariae, Cardinalis Bibliothecarii, Quirini, *Specimen Variae litteraturae, quae in urbe* Brixia, *eiusque ditione paulo poſt typographiae incunabula florebat*, P. II. *Brixiae* 1739. in 4. form. maior. p. 270 ſqq. vbi illum contra Mureti ineptias defendit, & vatem latinum fuiſſe elegantiſſimum, variis ſcriptorum teſtimoniis confirmat, illius vero traductionem Moſchi & Bionis plane ſilet. Quae Caſp. Barthii, & Bernardi de la Monnoye, de illius verſionibus, auctorum graecorum, metricis latinis, fuerit ſententia, ipſis illorum exponemus verbis. Ita vero ille in *Animaduerſ. ad* Papin. Statii I. *Achilleid.* 207. Tom. III. p. 1635. Gambara, ait, *ita vertit* (Bionis *epithalamion*, quod Deidamiae & Achilli ſcripſerat)

vt plane inuerterit. Nec puto hominem intellexiſſe ſermonem Bionis; *neque enim vel ſententiam ſeruauit, vel leporem vllum loquendi expreſſit. Omnino famae hominis intererat hanc verſionem (vt loquimur) minime publicum videre;* hic vero in *Obſervations ſur l'Antibaillet de Mr.* Menage l. cit. p. 370. Mr. de Thou, inquit, *lui a fait plus d'honneur qu'il n'en meritoit. C'était un pauvre poëte que* Gambara, *languiſſant, & ſans aucun agrément ni de penſée, ni d'expreſſion. Avec une très-mediocre connaiſſance de la langue Grecque il a eu la temerité d'entreprendre de copier d'après le Grec, mais il a gâté tout ce qu'il a touché, comme par exemple les* Idyles de Bion, *&* de Moſchus, *& ſur tout les* Bergeries de Longus, *qui ne ſont pas reconnaiſſables de la maniére dont il les a défigurées.* Nonnulla ex eius poematibus inſerta fuerunt a Jano Grutero *deliciis poetarum italorum* Tom. I. *Françof.* 1608. in 12. p. 1174-1206. Habemus etiam illius librum, quem alio tempore deſcribemus, ſatis rarum, qui inſcribitur: Laur. Gambarae *rerum ſacrarum liber, argumentis* Jacobi Pacti, ſiculi *& figuris aeneis ornatus, Antverpiae apud Plantinum* 1577. in 4. Diem obiit ſupremum Laur. Gambara an. 1586. aetatis an. XC.

XXCVI.

ANICII MANLII TORQVATI SEVERINI BOETII, *Ordinarii, Patricii viri exconſulis* de conſolatione Philoſophiae, libri quinque. in fol. folior. 71.

Editio ſatis rara, pro more ſeculi, quo exſcripta fuit, titulo deſtituitur. Litteris impreſſa eſt gothicis, & *tabulam ſuper libris* BOETII *de conſolatione philoſophiae* ſecundum ordinem alphabeti, folior. 5. praemiſſam habet. Typographi in fine haec ſunt verba: ANITII TORQVATI SEVERINI BOETII *viri nominis*

minis celebritate quam memorandi: textus de philoſophie conſolatione: cum editione commentaria beati Thome de Aquino *ordinis praedicatorum:* Anthonii Kobergers *ciuis inclyte* Nurenbergenſium *vrbis induſtria fabrefactus: finit feliciter. Anno a natiuitate Chriſti Milleſimo. CCCC. LXXXVI.* (1486) *in vigilia ſancti Johannis baptiſte.* Exierat iam anno 1473. hoc opus cum verſione germanica, *ex officina Antonii Coburgeri* in fol. vid. die *Merckwürdigk. der Königl. Bibliotb. zu Dresden* Tom. I. p. 287 ſqq. De auctore *Commentarii,* qui plerumque ſub Thomae Aquinatis nomine BOETHIO adiicitur in editionibus antiquioribus, inter ſcriptores nondum conuenit. Sixtus ſenenſis L. IIII. *Bibliotb. ſanct.* p. 329. Anton. Poſſeuinus in *Apparat. ſacr.* Tom. III. p. 297. Nicolaus Creſcius, florentinus monachus ciſtercienſis, in *epiſtola* ad Antonium Lanfredinum, florentinum, quae reperitur in editione *operum* omnium BOETHII, *Baſil.* 1570. in fol. p. 891 ſqq. Guil. Caue in *Hiſtor. litterar. ſcriptor. eccleſiaſticor.* p. 728. Caſimir. Oudinus in *Commentar. de Scriptor. & ſcriptis eccleſiaſt.* Tom. III. col. 330. vt reliquos taceamus, Thomae Aquinatis, illum non eſſe commentarium, ſed Thomae cuidam anglico, tribui debere, contendunt. *Indignum ſane commentarium, qui viri ſapientiam,* vt Poſſeuinus ait, *non ſapiat,* eſſe aiunt. Petrus Callyus, regius eloquentiae & philoſophiae in academia cadomenſi Profeſſor, in editione *conſolationis philoſophiae,* quae *in vſum Delphini* prodiit, *Paris* 1680. in 4. in praefation. varia ex hoc commentario ſpecimina excerpſit, quae hominem inſulſum & indoctum produnt. Vnum alterumue hic adſcribimus. Quis quaeſumus temperet a riſu legendo haec Lib. I. proſ. I. Eleys, *eſt ciuitas* Graeciae, *in qua ſtuduit* Ariſtoteles: *vnde ſtudia ſua dicuntur eleutica.* Academia *autem fuit ciuitas vel villa, in qua ſtuduit* Plato; *vnde ſtudia ſua dicuntur academica.* Lib. II. Metr. 5. ad verba *Tyrio miſcere veneno:* Thirus, ait Commentator, *eſt vermis venenoſus,*

 in

in cuius ſanguine intingitur purpura. Lib. III. Proſ. 8. Alcibiades, *mulier fuit pulcherrima*, *quam videntes quidam diſcipuli* Ariſtotelis, *duxerunt eam ad* Ariſtotelem, *vt ipſam videret*, *qua viſa dixit: ſi homines linceos oculos haberent: vt quaeque obſtantia penetrarent introſpectis viſceribus*, *corpus quod apparet pulcherrimum*, *turpiſſimum videretur.* Cum praeterea in iſtis commentariis Libro II. metro I. citatur Alanus, apertiſſime patet, illum Thoma Aquinate, multo eſſe iuniorem, quandoquidem S. Thomas anno 1274. vixit, Alanus vero, vt nonnulli opinantur, paullo ſit iunior. Iſtum vero errorem ſcribarum vel negligentiae, vel inſcitiae nonnulli tribuunt, qui forte pro Thoma *anglico*, in nonnullis codicibus ſubſtituerint Thomam *angelicum.* Quis vero Thomas anglicus ille fuerit, qui hunc prodidit commentarium, nondum quoque extra omnem dubitationem poſitum eſt. Alii ad Thomam Jorzium, ſeu Jorſium anglicum, ex ordine fratrum Praedicator. & rom. Eccleſ. titulo S. Sabinae, Cardinalem, circa annum 1300. clarum, alii ad Thomam, anglicum, gualenſem ſeu walenſem, qui anno 1333. inclaruit in Anglia, illum referunt. Cum vero noſtrum non ſit, tantas componere lites, adeant, qui plura de Thoma Jorzio, & Thoma gualenſi, noſcere cupiunt, ſcriptores ſupra citat. in primis Anton. Poſſevinum Tom. III. p. 294. Caſimir. Oudinum Tom. III. col. 683 ſqq. & col. 906 ſqq. vbi plures memorantur ſcriptores, quos in hac controuerſia euoluere licebit.

XXCVII.

Boetii *viri celeberrimi* de conſolatione philoſophie liber cum optimo commento beati Thome. in 4. form. minor. vel 8. form. maior. folior. 201.

Editioni

Editioni litteris gothicis impreſſae, eadem praemittitur *tabula*, niſi quod ea variis in locis, paullo mutata adpareat, idemque ſancti Thomae adiicitur *commentarius*, qui ob cauſſas modo expoſitas, in nonnullis, operum omnium Thomae Aquinatis, collectionibus, cum aliis ſcriptis, quae Doctoris angelici nomen falſo prae ſe ferunt, ab editoribus, ſapienti conſilio reiectus, & omiſſus fuit. Hoc ſingulare habet editio, quod in calce illi adpoſita fuerit, *compendioſa ſuccinctaque reſumptio dictorum in libros* BOETII *de conſolatione philoſophie*, quae veluti breuis & ſuccincta ſynopſis cuiusque metri & proſae argumentum ob oculos ponit. Locus quidem & annus, quo haec editio in lucem exiit, adpoſitus eſt, hiſce verbis: *Libri quinque de conſolatione philoſophie* BOETII *rhomani conſulis ac oratoris ſplendidiſſimi vna cum commentaria editione. Impreſſi imperiali in oppido* Hagenaw *ſub anno ſalutis Milleſimoquadringenteſimo nonageſimo primo* (1491) *Expliciunt. Nono vero Kalendas Martias*, quis autem typographus fuerit, nos ignorare fatemur. Si coniecturae locus foret, illam ab Henrico Gran impreſſam fuiſſe crediderimus, cum alii libri, qui eius nomen referunt, ſi litterarum ſpectaueris characteres, ad noſtram editionem proxime adcedunt. A Mich. Maittaire illa omiſſa eſt.

XXCIIX.

ANITII MANLII TORQVATI BOETII *alias diui* SEVERINI: *philoſophi: oratoris: & poetae excellentiſſimi: Romani quondam patricii:* opus quinque librorum de philoſophica conſolatione ſpectatiſſimum: & ad amuſſim (vti in prouerbio eſt) elaboratum, iamque recentiori lima in Liptzenſi gymnaſio ab innumeris mendis: quibus ante maculatiſſi-

culatiſſimum circunferebatur: purgatum: & perquam fideliter caſtigatum:

Ad Lectorem Saphicon
A. F. L.

Quod diu torpore graui ſepultum
Plurimus fœdauerat error ecce
Splendidum reſpirat opus BOETI
Candide lector.
Illius nunc te capient decora
Verba: nunc ſenſus nitidi placebunt:
Vnde maiorem poteris legendo
Carpere fructum.

in fol. folior. 40.

In fine editionis admodum rarae, quam neque Michael Maittaire in *Annalib. typograph.* neque Joh. Henric. Leichius in *Annal. typogr. lipſienſ.* neque Jo. Albert. Fabricius in *Biblioth. lat.* memorarunt, talia leguntur verba: *Impreſſum* Liptzk *per* Jacobum Thanner. *Anno verbi diuini Milleſimo quingenteſimodecimotertio* (1513). Adtulit quidem Fabricius l. cit. T. III. p. 213. editionem *lipſienſem* anno 1513. in fol. ſed illam *per Baccalarium Martinum Lantzbergk, herbipolenſem*, impreſſam ſcribit, quapropter a noſtra illam fuiſſe diuerſam credimus, niſi forte catalogo quodam Fabricius in eam ſententiam adductus fuit, vt editionem Martini Lanzbergio, herbipolenſi tribueret, quae ex officina Jacobi Thanneri, herbipolenſis, in lucem exiit. Haec vero editio, litteris latinis excuſa, nihil prorſus ſingulare habet, textumque tantummodo BOETHII, ſine omni commentario, ob oculos ponit. Litterae initiales A. F. L. quae in ſapphici carminis, quod adtulimus fronte, conſpiciuntur, deſignant ſine dubio Andream Fabrum landauienſem, cuius opera innumerabilibus mendis BOETHII *conſolationem philoſophiae*

loſophiae purgatam, & in Jacobi Thanneri officina impreſſam fuiſſe ſcribit Jo. Henric. Leichius, in libro *de origine & incrementis typographiae lipſienſis* Cap. III. p. 25. Id iam anno 1505. accidiſſe, teſtantur eiusd. Leichii *Annal. typogr. lipſienſ.* p. 84. vbi in not. (s) idem ſapphicon carmen adlatum conſpicitur, idque expreſſis verbis Andreae Fabro adſcribitur. Vitam BOETHII deſcriptam varii dederunt, inter quos eminent 1) Julius Martianus Rota, cuius *vita* BOETHII praemiſſa eſt, *operum* omnium BOETHII editioni, quae hoc inſignita eſt titulo: ANITII MANLII SEVERINI BOETHII, *Philoſophorum & Theologorum Principis opera omnia, quorum alia ante impreſſa, nunc denuo per doctos viros recognita: alia, quae hactenus latuerunt, nunc primum emendatiſſ. in lucem prodeunt. In quibus praeter vniuerſae philoſophiae exactiſſimam doctrinam, plurimorum in diuinis myſteriorum, & difficiliorum locorum in* Platone, Ariſtotele *aliisque Graecis & Latinis autoribus luculentiſſimae explicationes reperiuntur. Praeterea iam acceſſerunt*, Jo. Murmelii *in V. Libros de Conſolatione philoſophiae commentaria, & in eosdem* Rodolphi Agricolae *enarrationes. Item,* Gilberti Porretae, *Epiſcopi* pictauienſis, *in IIII. Lib. de Trinitate commentarii, ante nunquam aediti. Praeter reliquos doctiſſ. viros*, Henricus Loritus Glareanus, *Arithmeticam & Muſicam demonſtrationibus & figuris auctiorem redditam, ſuo priſtino nitori reſtituit: cui exemplar aureum venerandaeque vetuſtatis fuit ex monaſterio* S. Georgii. *Et* Martianus Rota, *opus de tota diſſerendi rationе, hoc eſt, organum, dialecticae & rhetoricae ſtudioſis neceſſarium, illuſtrauit. Et huius autoris vitam, cum ex aliis, tum ex* BOETHI *monumentis collectam, bona fide deſcripſit. Baſil. ex officina Henricpetrina* 1570. in fol. Haec editio noſtra aetate ſatis infrequens, 1546. abſoluitur paginis, ſi folia 23. priora excepta fuerint. Franciſc. Pagi in *Critica hiſtorico-chronologica, in vniuerſos Annales eccleſiaſtic.* C. Baronii, Tom. II. *Coloniae Allobrog.* 1705. in fol. ad

 ann.

ann. Chr. 526. num. VII. p. 530. Martianum *auctorem futilem ac recentem* adpellat. 2) Petrus Bertius, cuius *vita* BOETHII, nonnullis editionibus *conſolationis philoſophiae* praefixa eſt, v. c. *Lugd. Bat.* 1633. in 16. & 1671. in 8. vid. Niceron *Memoires* T. XXXI. p. 99. 3) Petrus Callyus, qui BOETHII *vitam* editioni *conſolat. philoſoph. Paris* 1680. in 4. quam in *Analectis litterariis*, p. 135. a raritate commendauimus, anteire iuſſit. 4) Daniel Papebrochius, qui ſcripſit *Commentarium hiſtoricum de* S. Joanne Papa I. &c. *quo ſimul agitur de* Symmacho *&* S. SEVERINO BOETIO, in *Actis ſanctorum* Maii Tom. VI. *Antuerp.* 1688. in fol. p. 702 ſqq. Omnium vero optime in exponenda BOETHII vita, verſati ſunt 5) l'Abbé Gervaiſe in *Hiſtoire de* BOECE, *avec l'Analyſe de tous ſes Ouvrages, des Notes & des Diſſertations hiſtoriques & theologiques, à Paris, chez Jean Mariette* 1705. in 12. & 6) Jean le Clerc, cuius *Vie de* BOECE *avec la critique de ſes Ouvrages*, legitur in *Bibliotheque choiſie* Tom. XVI. p. 192 ſqq. Conf. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. lat.* L. III. Cap. XV. p. 641 ſqq. Tom. III. p. 189 ſqq. Jaques George de Chaufepié *Nouveau Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. I. Lit. B. p. 355 ſqq.

XXCVIIII.

BOETIVS de diſciplina ſcholarium, cum notabili commento. in 8. mai. vel 4. form. minor. folior. 67.

In editionis, charactere litterarum gothico exſcriptae, haec oculis noſtris ſe obtulerunt verba: *Finitur* BOETIVS *de diſciplina ſcolarium cum commento. Fideliter nec non diligenter in alma Vniuerſitate* Colon. *impreſſus. In domo* Henrici Quentel *iuxta Summum. Anno incarnationis dominice. M. CCCC. LXXXIX.* (1489) *die XVI. menſis Aprilis.* Joannes Murmelius, ruraemundenſis,

mundenſis, in *praelibatione in* BOETHII SEVERINI *de philoſophiae conſolatione opus*, quae exſtat in *Operibus* BOETHII p. 899 ſqq. edit. *Baſil.* 1570. in fol. de hoc opuſculo, quod BOETHII nomen prae ſe fert, ita ſententiam ſuam expoſuit: *Liber ille, qui vulgo* BOETHII *de diſciplina ſcholarium inſcribitur, non eſt eius, ſed barbari neſcio cuius, quod cum alia pleraque coarguunt, tum ſtilus facile indicat, a* BOETHII *cum eruditione tum elegantia, ſane quam alienus. Non ignoro tamen* Pium Baptiſtam bononienſem, *aliter ſentire, ſed eum facile alias refellemus.* Eandem fouet ſententiam Jacobus Wimphelingus, qui in *apologetica declaratione, in libellum* ſuum *de integritate* in 4. edita, fol. 4. ſic ſcribit: *quis vnquam qui vel paucas legit hiſtorias crederet* BOECII *eſſe illud opus, quod de ſcolarium potius quam de ſcholaſticorum diſciplina inſcribitur: neque enim ſtilus quadrat, nec argumentum, in quo* pariſiani *fit mentio* gymnaſii, *& id tamen poſt* BOETII *mortem, qui aetate* Theodorici Gothorum *Regis vixit primum fuit erectum atque inſtitutum. Veriſimile eſt huius opuſculi ſcriptorem vt maioris eſſet auctoritatis, & auidius legeretur, a praeclaro auctore titulum mendicaſſe.* Henricus Bebelius vero in *Commentariis epiſtolarum conficiendarum* fol. 66. edit. an. 1503. in 4. ita ait: *Circumfertur quidem paruus libellus, qui inſcribitur* BOETIVS *de diſciplina ſcolarium, non parui pretii apud indoctos, quamuis titulus ſit barbariſſimus. At ita habeas lector* BOETIVM *in omni litteratura virum praeſtantiſſimum, nunquam edidiſſe hoc opuſculum, quod ab omni veteris eloquentiae vmbra eſt alieniſſimum, & adeo barbarum, vt nefas ſit* BOETIO *hoc vile mancipium adſcribere, quod ne imperium quidem romanae linguae admitti vnquam dignum fuit.* BOETIVS *autem in ſuis operibus eſt plane latinus, & veterum aemulator, is autem libellus eſt omnino barbarus & ab omni munditioris latinitatis obſeruatione diſcretus & ſeiunctus. Et quoniam barbarum eſt illius operis ieiunumque & durum orationis genus, nolo bonarum*

artium

artium ſtudioſos ſcholaſticos in hoc verſari, caueantque ab eius lectione, tanquam a quadam labe ingenii &c. Varios praeterea, ad confirmandam ſententiam ſuam, excerpſit, ex opere inepto, & ob oculos poſuit barbariſmos. Multi quidem poſtea viri docti, in eadem fuerunt ſententia, & recentiores in primis ſcriptores, communi quaſi conſenſu illud opuſculum, BOETHIO indignum eſſe pronunciarunt, ſed vnus tantummodo ex illis Jean le Clerc, nobis hic nominare ſufficiat, qui in *Bibliotheque choiſie* Tom. XVI. p. 195. *ce livre* (de diſciplina ſcholarium) ait, *eſt ſi impertinent, & ſi barbare qu'il n'en faut pas beaucoup lire, pour voir, qu'il n'eſt nullement de* BOECE. Conf. p. 236. In eruendo autem vero auctore, viri docti, irritam huc vsque collocarunt operam, & alius alium ſibi finxit virum, cui opuſculum, incomto & inepto genere dicendi exaratum, tribueret. Caeſar Egaſſius Bulaeus in *Hiſtoria academiae pariſienſis* id Joanni Scoto Erigenae, Philippus Labbeus *de ſcriptor. eccleſiaſt.* T. I. p. 206. Dionyſio Rickelio, carthuſiano tribuit. Laelius Biſciola in *Horis ſubſeciuis* Tom. II. *Colon.* 1618. in fol. Lib. VIIII. Cap. 2. col. 622. in aliam diſcedit ſententiam. Illi enim hic liber videtur eſſe legitimus partus, vel Petri bleſenſis, vel Vgonis Eteriani, *doctorum quidem ſcriptorum*, vt ait, *ſed parum latinorum*. Antonius de Conceptione, ſiue ſenenſis, monachus ord. Praedicat. in *Biblioth. fratr. ord. Praedicat.* quae prodiit *Pariſiis apud Sebaſt. Niuellium*, 1585. librum, vt ex illa Anton. Poſſeuinus Tom. III. *Appar. ſacr.* p. 294. adnotauit, retulit ad Thomam anglicum gualenſem, ſiue Jorzium. Conf. Caſimir. Oudini *Commentar. de ſcriptor. eccleſ.* Tom. III. col. 687 ſqq. & 906 ſqq. & Henr. Wharton in *Append.* ad Guil. Cauei *Hiſtor. litter. ſcriptor. eccleſ.* p. 10. & 29. vbi Thomam Jorzium & Thomam gualenſem homines fuiſſe diuerſos demonſtrant. Alia fuit Jacobi Thomaſii ſententia, qui in *programmate* Lipſ. 1662. in 4. edito, docuit verum auctorem eſſe Thomam brabantinum, ſiue

canti-

cantipratanum, vel vt ab aliis vocatur cantimpratenſem, qui clarus circa annum 1250. librum ſuum modeſtiae & maioris auctoritatis cauſſa BOETHIO adſcripſerit. En ipſa Thomaſii verba: *Illud de diſciplina ſcholarium opus per κιβδηλίαν ſuppoſitum fuiſſe diſertiſſimo ſcriptori, vix quisquam hodie dubitabit facile: ac ſunt in manibus, ea de re iudicia doctiſſimorum hominum. Verum & γνήσιον eius libri Auctorem, quando illum in hunc diem ignorari ab eruditis video, operae pretium fuerit fortaſſe hic indicare. Ne diu moremur Lectorem, exſtat Libellus* Autoritatum Ariſtotelis, & aliorum philoſophorum, Coloniae *in Chalcographeo* Quenteliano, *ſuperioris ſeculi nono anno impreſſus, in quo vbi ad hoc opus* BOETHII *peruentum eſt, diſertim haec admonentur, quae in aliis autoritatum iſtarum editionibus, quas quidem inſpicere nobis datum fuit, minime legas:* Sequuntur Autoritates Thomae Brabantini ex libro de inſtitutione ſcholaſtica praetitulato, quem humilitatis & maioris autoritatis cauſſa BOETHIO aſcripſit. *Huius ergo Codicis fide illum ſubdititium partum reſcribemus impoſterum germano ſuo parenti* Thomae Brabantino, *ſeu vt alias vocatur,* Cantipratano, *quem ante annos admodum quadringentos floruiſſe conſtat. Humilitas, an arrogantia fuerit, quod in alieni nominis celebritatem ille ſcripto furtim ſe induit, hic non diſputo.* Conf. Theophili Sinceri *Bibliotheca Hiſtorico-critica librorum opuſculorumque variorum & rariorum.* p. 313 ſqq. Jo. Alb. Fabricii *Bibliotheca latina* L. III. Cap. XV. p. 650. & Tom. III. p. 218. Quae de BOETHIO Epone, libelli auctore, a Nicol. Hieronym. Gundlingio prolata fuerunt, iam confutata leguntur in denen *Merckwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu Dr.* Tom. I. p. 290. Quae vero Joannis Clerici de auctore fuerit ſententia, e verbis eius l. c. p. 237. *On a depuis decouvert le nom du Moine, à qui il appartenoit*, elicere non poſſumus. Conf. Jaqu. George de Chaufepié *Nouveau Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. II. litt. B. p. 355. not. A. & p. 357.

p. 357. not. B. Quod ad *commentum notabile*, v
noſtra editione vocatur, ſiue commentarium adti
Jo. Lelandus quidem in *Commentar. de Scriptor.*
tannic. Tom. II. Cap. CCCXCI. p. 360. Vetel
cuidam, quem *ſcholae cultorem iſiacae* nominat, *op*
pretium viſum eſſe adfirmat, BOETII *libellum de*
ſciplina ſcholaſticorum, *commentariis, in gratiam p*
illuſtrare, ſed illum commentarium a Vetelego
profectum, nulla prorſus ratione nobis perſuac
poſſumus. Id vero adfirmare non dubitamus, q
iſte commentarius eumdem habeat auctorem, qu
Alani *doctrinale altum*, & quidem editionem *coloni*
apud Henric. Quentell in 4. ſine anni indicio litt
gothicis impreſſam, & in Theobaldi Epiſcopi *Ph*
logum, de quo vid. *Analecta* noſtra *litterar.* p. 967
commentatus eſt. Stili enim barbaries, rerum
ipſarum futilitas, vel ipſum, qui Alani & Theob
opuſcula enucleauit, vel eiusdem furfuris, comm
tatorem illico produnt. Speciminis loco, haec pa
e *commenti* prooemio adſcribemus: - - *Cauſas ig*
preſentis libri videamus. Vnde quatuor ſunt cauſſe
eundum philoſophum ſecundo phyſicorum. Et a
gnantur per hos verſus. Quatuor vt fantur multi ca
recitantur Formaque finalis faciens & materia
Vnde cauſa materialis dicitur determinata diſpo
diſcipuli doctrinam capiendi a magiſtro. vel poteſt
diſciplina ſcholarium. Cauſa efficiens dicitur fuiſſe
plex ſcilicet mouens & mota. Mouens erat Marcia
quidam Epiſcopus BOETIO *multum dilectus. Mota*
tem efficiens cauſſa fuit dominus BOETIVS. *Ca*
formalis aſſignatur hic duplex ſicat alibi. ſcilicet for
tractandi & forma tractatus. Forma tractandi dici
modus procedendi & eſt proſaicus hic ſed forma trac
tus conſiſtit in diuiſione preſentis libri &c. Si quis
cum illis, quae in *Analectis litterar.* l. cit. e prolo
Theobaldi adtulimus, conferre voluerit, inſign
profecto inueniet, inter vtramque ſcribendi ratione
intercedere ſimilitudinem. Apud Michael. Maitta
hanc editionem fruſtra quaeſiuimus. X

XC.

Commentarii queſtionum tuſculanarum editi a PHILIPPO BEROALDO. in fol. minor. formae. folior. 113.

Inſcripſit hunc codicem PHILIPPVS BEROALDVS nomine diſcipuli ſui Philippi Cyulani, pannonii. In epiſtola dedicatoria commentariis ſuis, ſe dediſſe *tale temperamentum* ſcribit, *vt neque immodice extuberarent: neque anguſte aſtringerentur: quorum doctrina neque promiſcua eſt neque protrita: vtpote ex philoſophiae depromta ſacrario: interciſum floſculi intextum: vt ſpirantes ſuaueolentiam magis, quam graveolentiam.* Libro quinto finem impoſuit haec clauſula: *Habes mi* Philippe *commentarios tuſculanarum quaeſtionum, totidem a me menſibus: quot libris conſtant pro virili parte exactos, elucubratosque: ſingulis nam quaeſtionibus ſingulos menſes impendimus: ſubſicivis: tamen horis iſta tractantes: alioquin vt optime noſti: lectionibus publicis priuatisque diſtenti. Scio plura congeri addique potuiſſe: nec inſitior: ſed parcendum fuit aurium faſtidio: cum non minus interdum peccet: nec faſtidiendus ſit qui effuſius dicit: quam qui aſtrictius: ſpero haec annotamenta ſtudioſis & bonae frugis ſcholaſticis profutura: placituraque: & Tibi potiſſimum: cui noſtra omnia qualiacunque ſunt probantur. Vale.* Typographus iis haec verba ſubiecit: *Commentarios huſce quaeſtionuum a* PHILIPPO BEROALDO *diligenter compoſitos. Impraeſſum* Venetiis *per* Simonem *dictum* Beuilaqua *M. CCCCC. II.* (1502) *die decimo Septembris.* Mich. Maittaire hanc editionem in *annal. typographicis* non adduxit. Prima niſi fallimur editio prodiit *Venetiis per Bartholomaeum de Zannis de Portesio* 1499. in fol. Vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 687. Illam plures poſtea ſequutae fuerunt. De *Commentariorum* auctore PHILIPPO BEROALDO ſeniore, ciue bononienſi, qui humaniores litteras ſeculo XV. ad finem vergente, Parmae, Lutetiae, atque

atque in patria, ſumma cum ingenii laude, atque dientium admiratione profitebatur, vid. *vita*, q diſcipulus eius Joannes Pinus, toloſanus *Bono* 1505. die 22. Septembr. in 4. in lucem emiſit, ita pridem vero Jo. Gerhard. Meuſchenius, *vitis ditor. viror.* quas edidit Tom. I. *Coburg.* 1735. i p. 123 ſqq. inſeruit. Bartholomaei Blanchini, bo nienſis *vita* PHIL. BEROALDI ad Camillum Pa ottum, variis Suetonii editionibus, quae cum ROALDI notis prodiere, v. c. *Venetae* 1506. in *Pariſ.* 1512. in fol. & *Lugdun.* 1548. in fol. p mittitur. Inuenitur etiam in Jo. Fichardi *vitis ill virorum Francoſ.* 1536. in 4. p. 55 ſqq. Conf. Pe grino Antonio Orlandi, *Notizie degli ſcrittori lognesi*, *in Bologna* 1714. in 4. p. 112. Adr. Ba *Jugemens des Savans* Tom. II. P. I. p. 406 ſqq. Nice *Memoires* Tom. XXV. p. 374 ſqq. Jo. Alb. Fab *Biblioth. med. & infim. latinit.* L. XV. p. 851 ſqq. plures adducuntur ſcriptores, qui illius memo transmiſerunt ad poſteros. Diem obiit ſupren anno aetatis LI. Bononiae d. XVII. Jul. an. 1505.

XCI.

MARCI TVLLII CICERONIS Tuſculanę Q ſtiones in fol. folior. 51.

Joannes Grunenbergius ſiue Viridimontanus, mus fuit typographus, qui Vitebergae, in monaſt auguſtinianorum, artem exercuit typographicam, Frideric. Chriſtiani Leſſeri *Typographia iubilans*, 1740. in 8. Cap. III. § LVII. p. 85. Jo. Andr. Bo Antiquit. Prof. publ. vitebergenſis, *Gedächtniſ auf die vor dreyhundert Jahren erfundene Buchdruc kunſt*, in Ephraim Gottlob Eichsfelds *Relation* Wittebergiſchen *Buchdruckeriubileo Wittenb.* 1 in 4. p. 37. qui vero cum Mich. Maittaire Tom

Ai

Annal. typograph. p. 233. non antiquiorem, ex illius officina typographica, proferunt librum, quam *hiſtoriam* Daretis phrygii *de excidio* Troiae anno 1512. impreſſam. Haec *tuſculanarum quaeſtionum* editio, duobus annis antiquior, & ideo inter libros rariores merito collocanda eſt, cum tot virorum doctiſſimorum, qui data, vt aiunt opera, incunabula typographiae vitebergenſis excuſſerunt, notitiam & conſpectum effugerit. Adducitur quidem in der *hiſtoriſchen Nachricht von allen* wittenbergiſchen *Buchdruckern*, quae Ephraim Gottlob Eichsfeldi libro citato adiicitur, p. 91. liber, qui inſcribitur *dye Zaigung des hochlobwirdigen Heiligthums der Stifft Kirchen aller Hailigen zu* Wittenburg in 4. cuius in fine haec leguntur verba: *Gedruckt in der Churfürſtlichen Stat* Wittenbergk *Anno tauſent funffhundert und neun* (1509), ſed iſti libro Grunenbergii nomen non eſt adpoſitum. Auctores qui librum deſcripſerunt, vid. in der *hiſtoriſchen Nachricht von allen* wittenbergiſchen Buchdruckern l. cit. pag. 92. Minime nos fugit a Valentino Erneſto Loeſchero in Stromateo pag. 261. cuiusdam Hermanni Trebelii mentionem factam eſſe, qui anno iam 1505. & 1506. libros Vitebergae excuderit, ſed haec narratio ſatis idoneo deſtituitur fundamento. Conf. Guſtau. Georg. Zeltneri *kurtzgefaſte Hiſtorie der gedruckten Bibelverſion und anderer Schriften* D. Martin. Lutheri, *Nürnberg und Altorf* 1727. in 4. p. 5. not. (g), vbi de raritate librorum, qui ante reformationem Lutheri, typis Vitebergae exſcripti fuerunt, hoc legitur teſtimonium: *Gewiſs iſt es, daſs in* Wittenberg *man wenig vor der Zeit der geſegneten Reformation gedrucktes heut zu tag antrift*, &c. Conf. pag. 10. not. (z). Editio *tuſculanarum quaeſtionum*, quae ante oculos verſatur, litteris romanis ſatis luculentis impreſſa eſt. In fine haec leguntur verba: *Impreſſum* Wittenburgi *per* Joannem Gronenberg *Anno M. D. X.* (1510). *IX. Cal. Mar.*

XCII.

MARCI TVLLII CICERONIS *& Conſulis* ...*mani: ac Oratoris principis:* ad Marcum ...ceronem filium ſuum Officiorum liber incipit.

Extemporale Ricardi Sbrulii Tetraſtichon ad Studioſos.

Has CICERONIS opes ſtudioſa capeſſe cateru
Quas omni penitus labe carere ſcias
Hinc potes & mores & grammata diſcere: illud
Eloquium quod nil pulchrius. Vale

in fol. folior. 64.

Typographus, huic editioni, litterarum charact... gothico exſcriptae, haec verba cum ſcutis ſuis, co...nidis loco adpoſuit. *Finem librorum officiorum* ...*quentiſſimi* CICERONIS *candidiſſime lector vides:* ...*lique ipſi libri nunc optime emendati A baccalau...* Martino Herbipolenſi *in* Liptzk, *iam denuo ſunt* ...*preſſi. Anno a reconciliata diuinitate* 1507. Vid. Henr. Leichii *Annales Typogr. lipſienſ.* pag. 86. Richardo Sbrulio, Italo, & Profeſſore Academiae ...tebergenſis recens conditae, infra plura dicemus.

XCIII.

M. T. CICERONIS Officiorum Libri Tr... ſumma cura nuper emendati, commenta...tibus Petro Marſo Franciſco Maturantio, & Aſce...ſio. Dialogus de amicitia cum Commentariis P...tri Marſi, Omniboni & Aſcenſii. Dialogus de ...nectute commentantibus eodem Petro Marſo, Ma...tino Philetico & Aſcenſio. Paradoxa omnia cu...

cor

commentariis Omniboni, Franciſci Maturantii & Aſcenſii. Annotationes aliquot doctiſſimorum hominum in omnia CICERONIS ſupraſcripta opera. Marii Nizolii Brixellenſis defenſiones locorum aliquot CICERONIS contra Disquiſitiones Calcagnini, in quibus multa CICERONIS loca difficillima explanantur. Cum duplici indice tam omnium capitum, quam rerum adnotatione dignarum. Quae omnia prius erroribus plurimis, corrupta, nunc ſumma cura, atque diligentia emendata eduntur. *Venetiis apud Franciſcum Bindonum* *ↀↄↄ LIIII.* (1554) in folio folior. 222. excepto titulo & indice folior. 4.

Praeter virorum doctorum, qui in titulo nominantur, adnotationes, editioni nitidiſſimae, & noſtra aetate ſatis rarae, adceſſerunt, ea quae Eraſmus roterodamus & Philippus Melanchthon in hiſce libris notatu digna cenſuerunt. Cuilibet ſectioni praemittitur Eraſmi roterodami *argumentum.* Marii Nizolii *defenſiones aliquot* CICERONIS *locorum, in libro de Officiis, contra disquiſitiones* Coelii Calcagnini, ferrarienſis vltimo loco poſitae ſunt. En! controuerſiae hiſtoriam. Cum Coelius Calcagninus anno 1540. moreretur, Antonius Muſa Braſauolus, nonnulla illius opera collegit, & titulo: Coelii Calcagnini, ferrarienſis, *Protonotarii apoſtolici, Opera aliquot, ad Ill. Principem* Herculem II. Ducem Ferrariae IIII. *Baſil.* 1544. in fol. pp. 657. edidit, & p. 252 ſqq. *Disquiſitiones aliquot in libros officiorum* CICERONIS inſeruit, in quibus Calcagninus XXV. errores producit, quos in *officiorum* libris, ſe deprehendiſſe putat. Quo tempore prima *disquiſitionum* editio prodierit, ignoramus. Id aegre ferebant ſic dicti ciceroniani, qui CICERONEM impugnare grande nefas exiſtimabant. Coryphaeus inter eos fuit M. Antonius Maioragius, qui

qui *deciſiones XXV. quibus* M. TVLLIVM CICE NEM, *ab omnibus* Coelii Calcagnini *crimination liberat*, paullo pòſt edidit, in quibus Calcagni *vnum omnium audaciſſimum* CICERONIS *inſect. rem* vocat, & tanta ſtili acrimonia inſectatur, vt morte abreptus iam fuiſſet Calcagninus, iracundi ſtomacho, vt aiunt, exarſiſſet. Prima *deciſionum* tio, ſine dubio *Ferrariae* 1544. in lucem prodiit, qu vis P. Baile in *Dictionaire* Tom. III. p. 1882. not. epiſtola dedicatoria, quae IIX. die Jul. 1543. ſcr eſt, adductus, illam anno iam 1543. euulgatam fi exiſtimet. Eodem anno 1544. *Lugduni apud* (*phium* in 8. pp. 124. recuſa fuit. Iſtas etiam *dec nes* cum Calcagnini *disquiſitionibus* & Jacobi Gri confutatione, de qua poſtea loquemur, ſeculo X in 8. excuſas eſſe refert P. Baile l. cit. Jo. Ge Graeuius haec tria ſcripta inſeruit editioni *officio* CICERONIS elegantiſſimae *Amſtelod.* 1688. in 8. pis exſcriptae p. 171 ſqq. Non ſatisfecit Mario zolio, defenſione ſua, M. Anton. Maioragius. prooemio ſane *defenſionum*, diſertis id prodidit v bis, cum ſcribit: Celius Calcagninus, ferrarienſis, *fuit aetate ſua, a multis quidem valde doctus ex matus, ſed poſteaquam mortuus eſt, res ipſa doc eum fuiſſe non dico indoctum, ne cum laruis luctari dear, ſed certe parum conſideratum, quippe qui r querit cum multa alia opera, iudicio multorum optima, tum etiam libellum quendam aduerſus* CI RONEM, *in quo viginti quinque loca officiorum i in disquiſitionem vocauit, & ea omnia vel refut tanquam falſa, vel explanare, tanquam nimium ob ra conatus eſt. Qua quidem in re vsque adeo ind atque imperite iudicio meo ſe geſſit, vt valde mi quod vir ille, alioqui non vulgariter doctus, in tot tantos inciderit errores. Aduerſus hunc autem* M. Maioragius, mediolanenſis, *ſuſcepto* CICERONIS *trocinio, ſcripſit totidem reſponſiones, hoc eſt X deciſiones, in quibus totis viribus pugnat, vt* CICE

N

NEM *ab ineptis* Calcagnini *ineptiis liberet, & recte quidem ille talem prouinciam ſuſcepiſſe videri poſſet, ſi in rectam defendendi rationem, eſſet ingreſſus, etſi compluribus in locis* CICERO *non peius ab eo defenſus, quam a* Calcagnino *oppugnatus eſſe videretur. Quam ob rem ego quoque nunc tanquam nouus quidam patronus accedo ad* CICERONEM, *vt ſpero rectius tuendum, atque ad oſtendendum eum nonſolum a* Calcagnino *non iure reprehenſum, ſed etiam a* Maioragio, *magna ex parte non vere, neque recte defenſum fuiſſe. Quod tamen quam breuiſſime potero ſum facturus, ne in refutandis imperitorum nugis, nimis multa verba incaſſum prodigam, & ſtudioſos a melioribus, & vtilioribus veterum ſcriptis lectitandis, ambitioſe ac prorſus inutiliter auertam.* Impugnauit vero Nizolius in primis I. II. III. IIII. V. VI. VII. IIX. VIIII. X. XI. XII. & XXI. Calcagnini *disquiſitionem.* Tertius qui contra Calcagninum inſurrexit, & CICERONIS, aduerſus eius criminationes, in ſe ſuſcepit defenſionem, fuit Jacobus Grifolus, ſiue vt ab aliis ſcribitur Griffiolus ſeu Grypholus, lucianenſis, Gallus, qui *defenſionem* CICERONIS, *contra* Coelii Calcagnini *disquiſitiones, in* CICERONIS *officia, Romae*, ſiue vt alii ſcribunt *Venetiis apud Aldum* 1546. in 8. in lucem edidit. Omnem controuerſiam, inter viros doctiſſimos, inſigni prorſus animorum contentione agitatam, pluribus verbis narrat Vir Cl. Jo. Petrus Kohlius in praefat. *de ſtilo ſcriptisque* Maioragii, *Deliciis epiſtolicis Lipſ.* 1731. in 8. editis, praemiſſa p. 38 ſqq. & 55 ſeqq. Conf. Hieronymi Wolfii *Commentar.* in Libr. I. *Officior.* CICERONIS col. 77. edit. *colonienſ.* 1593. in fol. Viri omni laude maioris Godofredi Guilielm. Leibnitii praefatio, Marii Nizolii *Antibarbaro philoſophico Francoſ.* 1674. in 4. praefixa; Conradi Samuel. Schurzfleiſchii *introductio in notitiam Scriptorum Vitemb.* 1736. in 8. P. II. pag. 236 ſeqq. den *philoſophiſchen Bücherſaal* P. II. *Lipſ.* 1741. in 8. p. 113 ſeqq. Recuſa fuit *officiorum* editio, cuius recenſio-

cenſionem exhibuimus, *Venetiis ad Jo. Mariam* I *nellum* 1563. in fol. vid. Hieron. Wolfii epiſtola lectorem, in fine libr. III. *Officiorum* CICERON *Colon.* 1593. conſpicua p. 741.

XCIIII.

TVLIVS de Oratore cum commento, & a opera, in fol. form. minor. folior. 181.

In collectione, charactere romano exſcripta, a M chael. Maittaire in *annalibus typographicis*, non n morata, inueniuntur 1) *Clariſſimi & eloquentiſſ Rhetoris* Omniboni Leoniceni *Oratio de laudibus e quentiae.* 2) Ejusdem *praefatio in* MARCI TVL *Oratorem.* 3) M. TVLII CICERONIS *Libri Oratore, cum* Omniboni Leoniceni *commentario.* M. TVLII CICERONIS *de perfecto Oratore lib* ſine omni commentario. 5) M. T. CICERONIS T *pica,* ſine commentario. 6) Eiusdem *partitionum o toriarum liber.* 7) Eiusd. *de claris oratoribus lib* 8) Qu. Ciceronis *de petitione conſulatus liber, ad* M. CICERONEM *fratrem ſuum.* 9) M. T. CICERON *de optimo genere oratorum liber.* 10) Aeſchinis *cont* Cteſiphontem *de* Demoſthenis *coronatione per* Leon dum Aretinm (aretinum) *in latinam orationem i terpretata Oratio.* 11) *Oratio* Demoſthenis *in A* ſchinem *pro* Cteſiphonte, *per* Leonard. Aretinum *latinum conuerſa.* 12) Aeſchinis *ad Senatum pop lumque* athenienſem *epiſtola.* In fine codicis haec l guntur verba: *Vniuerſi operis finis. Impreſſum* Ver tiis *per* Albertinum Vercellenſem. *Anno ab inca natione domini M. CCCCCI.* (1501) *Die III. Ma tii.* Libri CICERONIS *de Oratore cum* Omnibo Leoniceni *commentariis* prodierunt *Vicentiae* pri vice anno 1476. in fol. Eius in fine haec legi ve ba: *Quod* Vicentiae *non minus accurate eſt emena*

te

tum quam diligenter impreſſum; anno ſaluatoris M. CCCC. LXXVI. undecimo Cal. Jan. Xiſto *ſummo ponti. atque* Andrea Vendramino Venetiarum *principe optimo*, teſtatur Michael Maittaire Tom. I. *Annal. typogr.* p. 361. Illam poſtea variae ſequutae ſunt editiones, vario tempore, variisque in locis impreſſae: Vid. de Omnibono Leoniceno, ſiue vt patria vocatur lingua Ognibuono, qui a patria Leonico (Lunigo) ditionis vicentinae oppido, leoniceni cognomen adſciuit, grammatico, philoſopho, & rhetore ſuae aetatis celeberrimo, Jo. Trithemius *de Scriptor. eccleſ.* Cap. DCCLIII. p. 174. Pellegrino Antonio Orlandi *Origine e progreſſi della Stampa e Notizie delle Opere ſtampate da* 1457. *ſino al* 1500. *Bologn.* 1721. in 4. p. 356. Joſ. Simleri *Bibliotheca* p. 532. P. Baile *Dictionaire* Tom. III. p. 2120. Jo. Albert. Fabricii *Biblioth. med. & inf. Latinit.* L. XIIII. p. 482.

XCV.

Rhetorices ad C. Herennium libri quatuor, quos a M. T. CICERONE *doctiſſimo rhetore & oratore omnium eloquentiſſimo* ſcriptos eſſe non pauci admodum graues & docti viri teſtantur. Verum ceteri rationibus haud omnino futilibus ducti, ab alio quodam ſtudioſo Tulliane profeſſionis editos contendunt. Sed vndecunque venerint iucundi certe ſunt & candido lectori non mediocrem fructum ſuppeditare poterunt. Hos etiam vulgari ac frequenti inſcriptione nouam rhetoricam nominitant.

Epigramma A. F. L.

Qui bene dicendi geſtit comprehendere munus
Sepeque pro populo: verba diſerta loqui

Attonitoſque hominis in ſe conuertere vultus
  Eloquio: & plenis laudibus vsque coli
Huic placeat libris: ars hec digeſta quaternis
  Hanc vigili tractet: nocte dieque manu
Culmina rhetorices facili ſe ſcandere greſſu
  Senciet: & voti poſtmodo victor erit
in fol. formae minor. folior. 58.

Epigramma conſcripſit, & editionis in ſe ſuſce curam M. Andreas Fabanus, landauienſis, quod e ſtola dedicatoria, *ad ornatiſſimum virum*, Georgi Brunſtorfium, lipſienſem, *artium liberalium magiſtr* teſtatur. In epiſtola nihil memoratu dignum occ rit, praeterquam quod commemoratur, qua ratio Brunſtorfii pater rempublicam lipſienſem, pruden omnino, vt nihil ſupra, curauerit, fouerit, & qua tum potuit, ſemper duxerit plurimumque ornaue quamuis prole tam multa beatus fuerit, vt etiam c gulum herculaneo nodo vinctum ſoluiſſe videret M. Andream Fabanum, landauienſem, eumdem e cenſemus, qui ſibi M. Andreae Fabri nomen ſum & iam adductus fuit, cum Boethii librum *de conſol tione philoſophiae*, ab illo editum recenſeremus. fine editionis litteris gothicis impreſſae, haec legu tur verba: *Preſens opus* Jacobus Thanner *ci* Lipſenſis *exarauit & finiuit ad nonum kalendas F bruarias Chriſtiane ſalutis anno quarto ſupra mille mum quingenteſimum* (1504). *Proteſtamur: cand diſſime lector: tam exemplarium quae velut archety huius operis tranſcribendi erant diuerſitate quam h mane mentis in omnibus rebus diſpicienda caligine calcographorum precipiti labore ſingulos errores vit ri non potuiſſe. Tuum eſt facili & benigno id anin ferre, & ſeueriore lima, quod ſcabrum adhuc hor dumque apparet expolire.* Editionem praeterea n adeo frequentem eſſe, ex eo coniicimus, quod M chaelis Maittaire, & Jo. Henric. Leichii ſollertia illius notitia effugerit.

XCV

XCVI.

M. TVLLII CICERONIS, Orationes, in fol. folior. 124.

Editio ſatis nitida, litteris impreſſa romanis, Michaeli Maittaire, & Joan. Albert. Fabricio incognita fuiſſe videtur. In fine haec typographi ſubſcripta leguntur verba: M. T. C. *Orationes foeliciter expliciunt.* Venetiis *per* Bartholameum de Zanis de Porteſio: *ſumma cura atque diligenti ſtudio impraeſſae atque bene emendatae. Die. XIII. menſis Aprilis. currente* 1499. Orationes CICERONIS in ea editione hoc leguntur ordine: 1) *Oratio pro* Cn. Pompeio, 2) *pro* T. Annio Milone, 3) *pro* Cn. Plancio, 4) *pro* Publ. Sylla, 5) *pro* Aulo Licinio, 6) *pro lege agraria,* 7) *pro* M. Marcello, 8) *de lege agraria contra* P. Rullum, 9) *pro* Q. Ligario, 10) *pro rege* Deiotaro, 11) *pro* A. Cluentio, 12) *pro* P. Quintio, 13) *pro* Lucio Flacco, 14) *oratio, qua gratias agit populo de reditu ſuo,* 15) *Oratio, qua ſenatui gratias agit poſt reditum ſuum.* 16) *Oratio ad equites* romanos *pridie quam iret in exilium.* 17) *ad pontifices pro domo ſua.* 18) *in* Vatinium *teſtem.* 19) *pro* Marco Caelio, 20) *pro* Sexto Roſcio Amerino, 21) *pro* Lucio Muraena 22) *pro* Lucio Cornelio Balbo, 23) *de reſponſis haruſpicum in* P. Clodium, 24) *de prouinciis conſularibus in* Piſo, *&* Gabi. 25) *pro* Publio Sextio, 26) *de lege agraria contra* P. Seruil. Rullum, 27) *pro* C. Rabirio, 28) *pro* Aul. Caecinna, 29) *in* L. Piſonem, 30) *pro* Caelio Rabirio Poſthumo, 31) *Inuectiua* C. Salluſtii *in* CICERONEM. 32) *Reſponſio contra* C. Salluſtium, 33) *pro* M. Fonteio, 34) *pro* Roſcio Comoedo, 35) *Orationes in* Catilinam. Ex hoc igitur indice adparet, omnes in hoc volumine non inueniri CICERONIS orationes. Praeter variantes lectiones, quae tamen non magni momenti ſunt, CICERONIS textus, ſatis adcurate exſcriptus eſt.

XCVII.

Orationum. M. T. C. Accuſationum. in. C. V
rem libri VII. in fol. folior. 49.

Ex eadem officina typographica hic codex prod
eodem anno, quod haec typographi teſtantur verl
Explicit Opus. M. T. CI. *contra* Verrem. *impra
ſum* Venetiis *accuratiſſime per* Bartholameum de 2
nis. de Porteſio. *Anno noſtri ſaluatoris* 1499. 1
XIIII. menſis Maii. Michael Maittaire & Jo
Alb. Fabricius editionem ſilentio praeterierunt.
CERONIS vero *tuſculanas quaeſtiones*, *cum comm
tario* Beroaldi, ex iſta officina typographica in luc
emiſſas eſſe teſtatur Michael Maittaire *Annal. typo*
Tom. I. p. 687.

XCVIII.

M. TVLLII CICERONIS Epiſtolae ad At
cum, ad M. Brutum, ad Q. Fratrem.
Bibliotheca Petri Victorii, Excuſum in fine lit
eſt vetuſtiſſimum S. C. Romae inuentum: cui
Latini primum facti, maxima pars interlit:
Graecum autem idem ſermonem conuerſum, pa
ne integrum ſeruatum eſt. Cum licentia & pr
vilegio. *Florentiae apud Juntas c'ↄ 'ↄ LXXI.* (157
in 8. pp. 657. except. praemiſſ. & append. fol. 2
& dimid.

Rariſſimam eſſe editionem teſtantur verba Joa
Georg. Graeuii, in praefat. *epiſtolarum ad* Atticu
quas *Amſtelod.* 1648. II. Tom. in 8. in lucem emiſ
vbi ait: *Ipſum* CICERONIS *contextum maxime co
poſui ad* Petri Victorii, *cui* CICERO *prae caete
ſalutem debet, editionem poſtremam, quae* Florenti
prod.

prodiit apud Juntas *c'o'o LXXI. Hanc, cum rariſſima ſit, & a paucis in his terris viſa, mecum communicauit magnum illud nón* Etruriae *ſolius, ſed* Europae *decus, omnium eruditorum amor ac deliciae* Antonius Magliabekius &c. Dicauit editionem Petrus Victorius Franciſco Medici Magno Principi Etruriae, Florent. IX. Cal. Jul. 1571. In praefatione ad lectorem P. Victorius egregium, quo vſus fuit, *epiſtolarum* ad Atticum deſcribit codicem, quem Petrarchae olim fuiſſe exiſtimat. Dono poſtea illum dedit, cum libris omnibus antiquis & graecis & latinis, quos longo ſtudio ac diligentia ſibi parauerat P. Victorius, Coſmo Medici. De fato iſtius codicis pluribus verbis diſſeruit Angelus Politianus *Miſcellaneor.* Cap. LIII. In fine L. XVI. *Epiſtolar. ad* Atticum p. 525 ſqq. addita conſpicitur T. Pomponii Attici *Vita per* Cornel. Nepotem. *S. C.* Romae *inuentum*, cuius in titulo libri, mentio facta eſt, in noſtro exemplari non exſtat. Libro finem imponunt *Verba graeca latinis expreſſa*, & nonnulla *operarum Errata.*

XCVIIII.

MARCI TVLLII CICERONIS Familiarium epiſtolarum Libri XVI. Cum Hubertini Creſcentinatis, Martini Philetici, Jodoci Badii Aſcenſii, Joan. Baptiſt. Egnatii, & Pauli Manutii Commentariis. His acceſſerunt perutiliſſimae Annotationes, ſparſim appoſitae, quibus difficillima quaeque CICERONIS loca explicantur: & Authores earum hi ſunt Aulus Gellius, Alexander ab Alexan. Philippus Beroaldus, Georgius Merula, Angelus Politianus, Petrus Crinitus, Coelius Rhodiginus, Gulielmus Budaeus, Luc. Joan. Scopa

pa Parthenopaeus, Marinus Bechichemus, Fr
ciſcus Robortellus, Vtinenſis. Adiectis praete
argumentis & Lemmatibus Giberti Longolii
fronte ſingularum epiſtolarum. Nunc denuo
lucem editi, & exactiori, quam antehac, cur
mendis, quibus ſcatebant repurgati, Corrige
D. Borgarutio a Borgarutiis. *Venetiis, Apud M*
cum Antonium Zalterium Patauinum. 1589. in
folior. 244.

Omnia, quae in editione *veneta, apud Jo. Mar*
Bonellum 1560. in fol. euulgata, cuius mentionem
cimus in *Analectis litterariis* pag. 1061. reperiun
hic quoque occurrunt. Prior tamen editio, ob cl
tae & litterarum nitorem lectorum magis ſe comm
dat oculis eoque potiſſimum nomine, melior cenſ
da eſt, quod Hieronym. Ragazonii, ſiue, qui ſub di
puli ſui nomine latere maluit, Caroli Sigonii, co
plectitur *commentarium in epiſtolas* CICERONIS
miliares, vbi breuiſſime, quo quaeque ordine ſcri
ſit epiſtola, ex ipſa potiſſimum hiſtoria, demonſtra
qui *Commentarius* in editione 1589. non exſtat.
itium in vtraque editione facit, breuis M. TVL
CICERONIS *vita*, Sequuntur: *index epiſtolarum*
miliarium M. T. CICERONIS, *quo epiſtolar*
omnium genera facile cognoſcuntur; Jo. Scopae
ſertio de genere M. T. CICERONIS. Hoc loco
editione anno 1560. inſerta ſunt, ex Bechichemi
lectaneis excerpta, quae in ſecunda editione deſide
tur. Vltimum inter praemiſſa occupat locum *Epi*
larum M. T. CICERONIS *ad* Lentulum *argun*
tum per Georgium Merulam alexandrinum. Cuili
fere epiſtolae praeter *argumentum* modo longius
do breuius, Giberti Longolii *lemma* praemittitur,
rorum autem doctorum commentarii, & explana
nes, ſingulis epiſtolis ſubiiciuntur. Alias editio

rec

recenſet Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. latin.* L. I. Cap. IIX. p. 111. ſed vtraque, quam adtulimus, omiſſa fuit.

C.

MARCI TVLLII CICERONIS Opera omnia, quae extant, a Dionyſio Lambino monſtrolienſi, ex Codicibus Manuſcriptis emendata, & aucta: Quorum ordinem & numerum altera pagina indicabit. Eiusdem D. Lambini Annotationes, ſeu emendationum rationes, ſingulis tomis diſtinctae, Index rerum & verborum memoria digniorum copioſus & locuples, ſingulis tomis adiectus. Et fragmenta omnia, quae exſtant, a viris doctis non ita pridem vndique collecta. *Pariſiis, Ex officina Jacobi du Puys, ſub ſigno Samaritanae* *c'ɔ 'ɔLXVI.* (1566). *Cum priuilegio Regis,* in fol. formae maior. Tom. I. pp. 384. exceptis praemiſſ. folior. 8.

Tomus ſecundus Operum M. TVLLII CICERONIS, omneis eius orationes complectens, a Dionyſ. Lambino ex fide codicum manuſcriptorum emendatas: quarum indicem verſa pagina te docebit. Eiusdem Lambini annotatiunculae, ſeu emendationum rationes. Index locupletiſſimus rerum ac verborum, quae memoriae mandentur, digniorum. *Lutetiae, Ex officina Jacobi Dupuys e regione Collegii Cameracenſis, ſub ſamaritanae inſigni MDLXV.* (1565). *Cum priuilegio regis* pp. 852.

Tomus tertius Operum M. TVLLII CICERONIS, omneis eius epiſtolas complectens. Epiſtolarum

larum libros XV. ad familiareis: ex quibus o
vus ſolas M. Coelii epiſtolas ad CICERONI
continet. Libros XVI. ad T. Pomponium A
cum Libros III, ad Q. Ciceronem Fratrem.
brum I. ad M. Brutum. Epiſtolam ad Octa
num, ſiue ſit CICERONIS, ſiue incerti aucto
Librum vnum Cornelii Nepotis de vita T. Po
ponii Attici. Scholia, ſeu emendationes Diony
Lambini Monſtrolienſis. Indicem copioſiſſimi
rerum ac verborum memoria digniorum. *Lu
tiae, apud Jacobum du Puys, ſub Signo Samarita
e regione Collegii Cameracenſis M. D. L X V.* (156
Cum priuilegio regis pp. 566.

Tomus quartus Operum M. TVLLII CIC
RONIS, philoſophicos eius libros, a Dionyſ. La
bino, Monſtrolienſi ex auctoritate codicum m
nuſcr. emendatos complectens: quorum ordine
& numerum altera pagina indicabit. Acceſſeru
eiusdem Lambini emendationes & annotatiu
culae: Et index ampliſſimus rerum ac verboru
memoria digniorum. *Lutetiae apud Jacobum
Puis, ſub ſigno Samaritanae, e regione Collegii Cam
racenſis MDLXV. Cum priuilegio Regis.* pp. 62

Omnia, in hac editione, oppido rara, ſplendi
ſunt, ſiue chartae ſpectaueris formam auguſtam, ſi
litterarum maiuſcularum & luculentarum nitore
Tomo I. qui ſcripta CICERONIS rhetorica co
plectitur, praemittuntur 1) Dionyſii Lambini epiſto
dedicatoria, ad Erricum Memmium *virum clar
ſupplicum libellorum in regia magiſtrum.* 2) Eiu
praefatio *ad eruditum & humanitate politum lectore*
3) Italorum, Hiſpanorum, Gallorum, Luſitanoru
Germ

Germanorum, Belgarum, Heluetiorum, Sarmatarum, ſ. Polonorum, & Scotorum, *qui ante* Dionyſ. Lambinum, *in emendando* CICERONE, *aliquid operae poſuerunt, quiue cum aut coniecturis probabilibus, aut libris veteribus, praeter* Memmium, *qui vnus plureis quam ceteri omnes, ſuppeditauit, adiuuerunt, nomina.* 4) Jo. Aurati, P. Ronſardi, Lazari Baiſii, Nicol. Vergetii, Patricii Adamſoni carmina encomiaſtica, graeca & latina, partim ad Henr. Memmium, partim ad D. Lambinum perſcripta. 5) M. TVLLII CICERONIS *genus, patria, ingenium, ſtudia, doctrina, mores, vita, facta, res geſtae, mors; omnia fere ex ipſo* CICERONE, *a* Dion. Lambino *collecta, ad* Carol. Maximil. Valeſium Franciae *regem chriſtianiſſ.* Illi ſubiiciuntur Remigii Bellaquei, *in* D. Lambini CICERONEM, *ab eo, locis innumerabilibus emendatum, carmen.* Othon. Turnebi, Adr. Turn. Fil. *verſio latina, verſuum graecorum* Jo. Aurati *ſupra poſitorum.* Eorundem verſuum, alia verſio latina eiusdem Othonis Turnebi exſtat Tom. IIII. in calce. Cuilibet Tomo *Adnotationes* Dionyſ. Lambini & *indices*, nec non *Catalogus erratorum* adponuntur. *Omiſſa quaedam ex Adnotationibus, per omnes quatuor Tomos*, addita fuerunt Tom. I. p. 380 ſqq. Tomo II. in fine adiecta eſt, *ad populum, & Equit. Roman. antequam iret in exſulium Oratio LVII. quae neutiquam eſt* CICERONIS. In fine Tomi IIII. haec typographi leguntur verba: Lutetiae *Excudebat* Floricus Fraeuotius *anno MDLXVI.* (1566) *menſe Februario, ſumtibus* Jacobi a Puteo, Bern. Turriſani, Ph. Galt. Rouillii. Poſt mortem Dion. Lambini repetita fuit editio *Lugduni* 1577. & *Venet.* 1579. II. Tom. in fol. Non autem emendationibus ſuis in CICERONEM, omnium conſequutus eſt, virorum doctorum Dionyſ. Lambinus adſenſum. Cum enim editio, quam recenſuimus, in lucem prodiret, ſine notis marginalibus, aut vllis ſignis, vnde pateret, quid, quoque loco, a Lambino, eſſet mutatum, tranſpoſitum, aut deletum, indigne admo-

dum

dum id ferebant nonnulli eruditi, iſtius temporis
clamabant CICERONEM, mirum in modum, a L
bino, eſſe deprauatum, ſibi coniecturas Lambini
CICERONE obtrudi, quid? quod illum cogitatic
aliorum in CICERONEM, pro ſuis venditare, d
bant, propterea quod nusquam quempiam ex
CICERONIS commentatoribus nominauerit. E
nent inter Lambini obtrectatores, Janus Gebhai
& Janus Gruterus, qui in *Adnotationibus*, in editi
operum CICERONIS, quam curarunt *Hamb.*
apud Frobenium 1618. in fol. Lambinum mirifice
agitarunt, quaſi in eo eſſent omnia, neque eſſet
ne aliud agendum, illuſtrare CICERONEM cona
bus, quam proſcindere Lambinum. Gebhardus o
ſo nomine illum ſaepe vocat *monſtrolienſem*, quaſi
pius fuerit naſci Monſtrolii quam Antwerpiae,
antuerpienſem vocari ſit honeſtius, quam monſ
lienſem. Gruterus vero eo proceſſit audaciae, v
lum veluti plagiarium notaret. Sed liberauit il
a plagii crimine, praeter alios, Iſaacus Verburgiu
praefat. in CICERONIS *opera* fol. 3. b. edit.
ſtelod. 1724. in fol. Alios viros criticos, qui L
binum ingenio nimis indulſiſſe, exiſtimarunt, rec
ſet Jo. Alb. Fabricius Tom. I. *Biblioth. latin.* I
Cap. IIX. p. 143. Sunt vero alii inter viros doc
qui Lambinum, ob emendatum CICERONEM, ſi
mis extulerunt laudibus. Vnum hic nominare
erit Juſtum Lipſium virum κριτικώτατον, qui Lil
Var. lect. Cap. XX. Tom. I. *Operum* pag. 435. e
Lugdun. apud Horatium Cardon 1613. in fol. *egr*
opera, ait, CICERONI *nauata eſt*, *a* D. Lamb.
ſingulari viro, qui, plurima, in hoc genere, menda j
citer & ingenioſe ſuſtulit. Conf. L. III. Cap. I. p. 4
Quae aliorum virorum doctiſſimorum, de Dior
Lambini, laboribus criticis fuerit ſententia, vid. a
Thom. Pope-Blount in *Cenſura celebrior. aut*
pag. 715 ſeqq. in Jo. Clerici *arte critica* Tom
p. 728 ſqq. edit. 1697. in 8. in *Menagianis* Tom

p.

pag. 243 ſeqq. edit. *Amſtelod.* 1713. in 12. in Jacob. Thomaſii *Diſſert. de plagio litterario*, Cap. II. §. 448. p. 198 ſqq. §. 480. p. 213. in Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. II. p. 73 ſqq. Conf. Tom. III. P. III. p. 361. Natus fuit Dionyſius Lambinus, vir litteris egregie doctus, & graece & latine in primis eruditus Monſtrolii ad Oceanum in Piccardia (*Montreuil ſur Mer en Picardie*) Galliae prouincia. Simulatque in litteris aliquid videre coepiſſet, incredibili earum amore, vt ipſe in praefatione in CICERONEM teſtatur, ita flagrauit, vt rei familiaris cura neglecta, artibusque vendibilibus & quaeſtuoſis ſpretis ac reiectis, eas potiſſimum ſequutus fuerit, quae propter ſe, non propter fructum aliquem, expetuntur. Itaque cum in optimo quoque ſcriptore & graeco & latino euoluendo, ac legendo, aliquot annos in Gallia conſumſiſſet, in Italiam profectus eſt, acerrimis ingeniis ſemper florentem, ibique plures annos, in Franciſci Turnonii, R. E. Cardinalis, comitatu vixit. Ex itinere italico redux factus, in ſchola regia pariſienſi litteras humaniores docuit, & optimos quosque graecae, latinaeque linguae auctores, vel praelegendo vel commentando explanauit. Vid. Scaeuol. Sammarthani *Elogia* Gallorum L. II. pag. 103 ſqq. edit. Chriſtoph. Aug. Heumanni *Iſenaci* 1722. in 8. Illum an. 1572. *ex temporum taedio* periiſſe ſex tantum & quinquaginta natum annos, paullo poſt indignam, Rami collegae, in laniena pariſienſi, necem, teſtatur Sammarthanus l. cit. p. 106. In *Commentariis de Statu religionis & reipubl. in* Galliae *regno* P. IIII. 1577. in 8. L. X. fol. 42. b. de morte eius haec relata leguntur: Lambinus, *&* Forcadellus *viri celeberrimi*, *ille linguae latinae & graecae: hic mathematicarum diſciplinarum profeſſione ingenti metu conſternati, licet relig. reformatam nunquam eſſent profeſſi, & in ipſo lanienarum aeſtu, miſſis audiendis nihil facerent reliqui, intra tamen aliquot dies moriuntur: veriti easdem aduerſariorum artes*, Ramo *exitioſas.* Conf. Joan. Auguſt.

 Thuani

Thuani *Hiſtoriar.* L. LII. pag. 1060. edit. *Fra*
1614. in 8.

CI.

JVSTINI ex Troio Pompeio hiſtoriae cum n
tis memorabilibus in margine. Addito i
per indice: quo facilius notatu clariora repe
poſſint: nuper emendatae. in fol. folior. 86.

Neque a Maittairio, & qui eius *Annales typo*
phic. continuauit Leichio in *Annal. typogr. lip*
neque a Fabricio, memorata fuit editio, e quibus
gularem illius colligimus raritatem. Charactere
mano ſatis luculento & nitido exſcripta eſt, ſolum
JVSTINI textum exhibet, nondum in capita d
ſum. Margini, litteris gothicis, argumentum cu
libet libri paucis verbis adpoſitum eſt. *Index* aut
qui in titulo adſcripto memoratur, in hoc exem
non inuenitur. In fine illius haec leguntur ve
Impreſſum Liptzk *per* Jacobum Thanner Herbi
tanum. *Anno dni. M. CCCCC. XIIII.* (1514).

CII.

JVSTINI ex trogo pompeio hiſtoriae cum n
tis memorabilibus in margine: Addito inſu
indice, quo facilius notatu clariora reperiri poſſ
nuper emendatae. in folio, folior. 53.

Quamuis haec editio priore, quam adduximus,
ptem annis ſit vetuſtior, illi tamen, ſi nitorem l
rarum & chartae ſpectaueris pulcritudinem, long
me poſtponenda erit. Argumenta libris in mar
adpoſita eadem ſunt, quae ſupra memorauimus.

lio codicis XXXVIII. IVSTINO finis imponitur; & LVCII FLORI Libri IIII. inchoantur. Praemiſit illis Philippus Beroaldus, bononienſis, ad magnificum comitem Petrum Mariam Rubeum, parmenſem, epiſtolam, in qua, ſe *rogatu* Henrici colonienſis, Senis *impraeſſoris ſolertiſſimi*, L. FLORVM *curioſe diligenterque emendaſſe* profitetur. In fine FLORI hoc legitur epigramma:

Aurea IVSTINI LVCI*que epithomata* FLORI
Aere tibi modico candide lector eme,
Contrahit iſte Titi *numeroſa volumina* liui.
Pompeii *hiſtorias colligit ille* trogi
Quam bene coniuncti: namque hic vbi deſinit: ille
Incipit: atque vnum pene videtur opus
Rite recognouit quos Juſtinianus *ad vnguem*
Romanus. *Felix lector amice. Vale.*

Iidem verſiculi leguntur, vna cum Beroaldi epiſtola, in editione IVSTINI & FLORI antiqua, quae nulla mentione typographi, loci, & anni facta in fol. prodiit, vid. die *Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu Dresden* Tom. III. p. 68 ſeqq. Verſiculos excipit Marci Antonii Sabellici ad Jo. Matthaeum Contarenum, virum patritium, epiſtola. Conqueritur librariorum ſiue inſcitia, ſiue incuria, FLORI & IVSTINI epitomen, *mendoſam, claudam & corruptam*, ad poſteros, transmiſſam eſſe. *Scio ego*, pergit, *virum noſtri temporis ingenio: & eruditione florentem in hoc multum operis adhibuiſſe, vt* FLORVS *ipſe quam emendatiſſime legeretur. Sed vel ſuo ipſius iudicio; vel quod magis credo librariae officinae vitio parum quod voluit effecit. Quod tu vir eruditiſſime ita eſſe facile deprehendes: ſi recentia exemplaria (niſi ego quoque pari fraude ſum deceptus) cum veteribus illis contuleris. Nihil enim quod ad eam recognitionem attineret: quae diligentiſſima eſſe potuit: a me praetermiſſum puto: nec* Anthonius Morettus *vir ſumma diligentia: ac ſupra quam dici poſſit accuratus: gerendae rei de-*

fuit: ſed ſic ego euenire arbitror: vt nihil quod a *lentibus: & inuitis fiat recte fiat. Tu vero qui* *hac parte profecerimus vide: at boni conſule: V* His verbis typographus adſcripſit: *Impreſſum* Ve tiis *per magiſtrum* Joannem Tacuinum de Tridi *M. CCCCC. VII.* (1507) *die XVII. Maii.* A Mich Maittaire haec editio omiſſa fuit. Reperitur v iam Sabellici epiſtola, in editione JVSTINI & F RI, quae *Venetiis* 1497. in fol. in lucem emiſſa f vid. die *Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth. Dresden* l. cit. p. 69.

CIII.

PAVLI OROSII, *viri doctiſſimi*, hiſtoriar Libri VII. in fol. folior. 79.

Codex ſatis rarus, qui titulo & praefatione de tuitur, & OROSII praefatione ad Auguſtinum choatur, memoratus iam fuit a Mich. Maittair *Annal. typogr.* Tom. I. p. 713, a P. Baile in *Dic naire* Tom. III. p. 2131. a Caſp. Barthio in *Aduer* Lib. XXXVI. Caſp. XVII. col. 1662 ſqq. In fine quentes leguntur verſiculi:

Vt ipſe titulus margine in primo docet.
OROSIO *nomen mibi eſt.*
Librariorum quicquid erroris fuit.
Exemit Aeneas *mibi.*
Quodſi ſitum orbis ſique noſtra ad tempora.
Ab orbis ipſa origine.
Quisquam tumultus: bellaque & caedes velit
Cladesque noſſe: me legat.

Maittaire l. cit. in nota ſubiecta 1) quatuor tant modo verſiculos priores adtulit, iisque haec ve addidit: *hoc tetraſtichon pars eſt vltima epigram tis dodecaſtichi, quod in* OROSII *editione ſine a poſtea habebitur.* Quam ob rem haec ſcripſerit, c

ſam conſpicimus nullam. Si enim *annal. typogr.* Tom. I. p. 747. euoluimus, hoc inuenimus in not. 3. dodecaſtichon:

Vt ipſe titulus margine in primo docet,
  OROSIO *nomen mihi eſt.*
Librariorum quicquid erroris fuit,
  Exemit Aeneas *mihi:*
Meque imprimendum tradidit non alteri,
  Hermanne, *quam ſoli tibi;*
Hermanne, *nomen huius artis & decus*
  Tuaeque laus Coloniae.
Quondam ſitum orbis, ſique noſtra ad tempora
  Ab orbis ipſa origine.
Quisquam tumultus, bellaque & caedes velit
  Cladesque noſſe, me legat.

e quo elucet, epigrammatis, quod e noſtro exemplari adſcripſimus, verſus quatuor priores, non *vltimam dodecaſtichi*, ſed *primam partem* eſſe. Tempus, quo editio, quam deſcribimus, in lucem exierit, verba docent typographi, epigrammati cum eius inſignibus typographicis ſubiecta: PAVLI OROSII *viri clariſſimi Ad* Aurelium Auguſtinum *epiſcopum & doctorem eximium Libri ſeptimi ac vltimi. Finis. Impreſſi* Venetiis: *opera & expenſis* Bernardini Veneti de Vitalibus. *Anno ab incarnatione domini M. CCCCC.* (1500). *Die XII. Menſis Octobris. Regnante Domino* Auguſtino Barbadico. Aeneas iſte, cuius in epigrammate mentio iniicitur, fuit Aeneas Vulpes, vicentinus, Prior ſanctae crucis, qui, Adiutore Laurentio brixienſi, PAVLLI OROSII *hiſtorias* caſtigauit. Docet nos haec, particula praefationis, quae editioni, ſine anni indicio, ab Hermanno Lichtenſtein, colonienſi excuſae, praemittitur, a Michael. Maittaire l. cit. excerpta. Vox *Hormesda*, quae tot criticorum protulit ſuſpiciones, in hac editione non reperitur, ſed eius loco inſcriptio hac ratione concepta legitur. *De miſeria hominum per peccatum ab initio.*

Conf. Caſp. Barthius l. cit. Gerard. Jo. Voſſius *de hiſtoric. latin.* L. II. Cap. XIIII. p. 203. eiusd. *Hiſto pelagiana* p. 63. Thom. Reineſius L. III. *Var. lecti Altenburg.* 1640. in 4. Cap. III. pag. 386 ſqq. Jac Bongarſius in praefatione, ad *geſta Dei per Fran Hanow.* 1611. in fol. Edmund. Martene & Vrſi Durandus in *veterum ſcriptorum & monumentor collectione* Tom. II. *Paris.* 1727. in fol. p. 1377. Iſaac. Pontanus in *Epiſtola* ad Gerard. Jo. Voſſi de voce *Ormesda*, quae reperitur Andr. Alciati *epi lae de vita monaſtica*, ab Anton. Matthaeo *Lugd. tau.* 1695. in 8. editae, adiecta, pag. 247 ſeqq. rolus Dufresne dominus Ducange in *Gloſſario m & infim. Latinit.* Tom. III. *Paris.* 1733. in fol. 1190. Tom. IIII. col. 1392. Jo. Georg. Eccar in *diſſertat.* ſingulari inſerta *Bibliothecae brem* Tom. I. *Brem.* 1713. in 8. p. 235 ſqq. Nicol. H ron. Gundlingius in den *Gedanken über des* OROS *Hormeſta*, quae leguntur in *Gundlingianis* P. XX p. 439 ſqq. Chriſtoph. Aug. Heumannus in *progra mate*, *vbi* PAVLLO OROSIO *nomen tertium* H misdae *reſtuitur Goetting.* 1732. in 4. Jo. Alb. Fab cius in *Biblioth. med. & infim. Latin.* L. XIIII. p. ſqq. Jo. Nicol. Funccius in *Commentar. de vegeta tinae linguae ſenectute*, *Marburg.* 1744. in 4. C IIX. §. LXXXVI. p. 818 ſeqq. Contulimus codic noſtrum cum excerptis, ex OROSII libris, quae dit Daniel Clericus, & quae leguntur in Joan. Cl ci *arte critica* P. III. Sect. I. Cap. XIIII. p. 206 ſe edit. *lipſienſ.* 1713. in 8. illumque multis in lo cum antiquiſſima illa baſileenſi editione, quam Cl cus cum codice MSto bibliothecae publicae genu ſis contulit, congruere, in variis autem ab illa diſ dere, & codicis geneuenſis referre lectionem dep hendimus. De PAVLLO OROSIO, Presbytero, ſpano, qui circa annum Chriſti 416. vel 417. hiſ riam ſuam ſcripſiſſe fertur, & variis *hiſtoriae* edit nibus, & verſionibus, vid. Jo. Alb. Fabricii *Biblio*

lat

latina L. IIII. Cap. III. p. 736. Tom. III. p. 735. *Bibliotb. med. & infim. Latinit.* L. XIIII. p. 514 ſeqq. Jo. Nicol. Funccii *de vegeta latinae linguae ſenectute Commentar.* Cap. IIX. §. LXXXIII ſqq. pag. 812 ſeqq. Conf. Anton. Poſſeuinus in *Apparat. ſacr.* Tom. III. pag. 26. Guil. Caue *Hiſtor. litterar. ſcriptor. eccleſ.* p. 304. P. Baile *Dictionaire* Tom. III. p. 2130 ſeqq. Louis Ellies du Pin *Bibliotheque des Auteurs eccleſiaſtiques* Tom. III. p. 156 ſeqq. Nicol. Antonii *Bibliotheca hiſpana vetus* Tom. I. *Rom.* 1696. in fol. p. 181. Daniel. Guil. Molleri *diſſertatio circularis de* PAVLLO OROSIO, *Altorf.* 1689. in 4.

CIIII.

Ad Preſtantisſimum Juris Vtriusque doctorem Vittenburgenſisque Academie moderatorem: Chriſtophorum Scheurlum Extemporale RICARDI SBRVLII, *Itali* Carmen in 4. folior. 2.

Omnia RICHARDI SBRVLII, foroiulienſis, Itali, & nouae academiae vitebergenſis Profeſſoris, ſcripta poetica rariſſime hodie inueniuntur. Catalogum eorum contexuit Chriſtian. Schoettgenius in *Continuat. Bibliothec.* Fabric. *med. & infim. Latinit.* Lib. XVII. pag. 238. Cum autem id, quod ad manus habemus, carmen, litteris gothicis exſcriptum, in illo catalogo non inueniatur, quamuis in *lexico eruditorum* Tom. IIII. col. 184. illius mentio facta fuerit, illud integrum hoc loco adferimus, vt ab interitu aliquo modo vindicetur.

Cernimus etheream rector generoſe Mineruam
Vittenburgenſes *nunc habitare domos.*
Cernimus & phebum : Charites*que: nouemq: ſorores:*
Hanc vrbem miris condecorare modis

Hoc ego mirarer: niſi Dux Fridericus *adeſſet:*
Certatim ſuperum cui fauet alma cohors.
Qui ſancta morum ſuperat grauitate Catonem:
Neſtora *conſilio: relligione* Numam.
Cui dudum gemina redimiuit tempora lauro
Deducta a ſummi vertice Diua Jouis
Vnde viri variis preſtantes artibus: atque
Moribus hic ſedem figere ſepe parant
In quibus effulges Moderator candide noſtrum
Inter parua velut Cynthius *aſtra micat.*
Jureque virtutis ſpeculum vocitaris & omni
Nobilitate nitens: ſpeſque decuſque tuis.
Hinc quoque germane *nobis dicentur* athene:
Hec loca: & in noſtro carmine ſemper erunt
Nec temere: hic colitur mirando Pallas *amore:*
Hic ſacre leges: diuaque iura vigent
Hic Sophia: & pariter medicina ab Apolline *primo*
Tradita mortali nocte dieque patet.
Hic valet abſtruſum: ſiluis academia verum
Querere & aoniis ſe ſaturare vadis.
Vſque adeo pulcri ſeceſſus vndique rident:
In quis Pierium ſit reperire chorum
Vnde & lauriferum poſſes acquirere ſertum
Quod daret exculto turba nouena tibi.
Non igitur Charos. fratres: latiamque Mineruam
Penitet: & patrium deſeruiſſe ſolum.
Vt taceam larganique manum: moreſque benignos
Principis: & ſtudium tempus in omne ſacrum
Ac quecunque mei domini iuſtiſſima dona
Afferrent vite tempora fauſta mee
Huic mea nitetur ſtudioſe Muſa iuuente:
Pallada *cum* phebo *conciliare ſuo.*
Principioque legam Venuſini *carmina* cygni:
Carmina, que cantu promere queque ſolent
Ac ſimul exponam Ciceronis *ſcripta diſerti:*
Scripta, quibus lingua, menſque perita venit.
Sed Tu iam valeas ſtudiorum portus & aura
Eternumque ſcias SBRVLION *eſſe tuum.*

In Vittenburgenſi *Gymnaſio, Ex tempore. Anno a reconciliata diuinitate M. D. VII.* (1507) *XIII. Cal. Oct.* RICARDVS SBRVLIVS. Refert de RICHARDO SBRVLIO lepidam hiſtoriam, Joan. Agricola in der *Auslegung gemeiner deutſcher Sprüchwörter* n. 118. fol. 54. b. edit. *Viteberg.* 1592. in 8. quam ipſis Agricolae verbis narrabimus: *Es war zu* Wittenberg *ein Poet, ein* Walhe (*italiener*) *der hieſe* SPRVLIVS, *der ward an einem Ort funden, da er billich nicht ſein ſolt. Der ander der jn fand, ſcherzet mit jm vnnd ſpannete ein armbruſt, eilete im nach.* SPRVLIVS *laufft vnd ſchreiet:* Non timeo te, ſed illam beſtiam, quam habes in manu. *Jch foerchte mich vor dir nicht, ſondern vor der beſtien, die du in der hand füreſt. Er förchtet das er im Henden hatt, das Armbruſt, darauff ſahe er, vnd nicht auf ſeine füs.* Plura de illo vid. ap. Chriſtianum Schoettgenium l. c. & ſcriptores ibidem laudatos.

CV.

Catalogus Doctorum tam Catholicorum, Quam proteſtantium, Wormatiae praeſentium. MDXLI. (1541) in 8. folior. 8.

Inter eos libellos, qui ad colloquii wormatienſis hiſtoriam ſpectant, hic inſigni ſe commendat raritate, cum certiſſime conſtet, paucorum foliorum ſcripta facile doctorum virorum ſe ſubducere oculis manibusque. Inueniuntur in iſto *catalogo* nomina eorum virorum, qui partim a pontificiorum, partim a proteſtantium partibus, ad colloquium wormatienſe conuenerant. Singuli ſingulis ornantur epigrammatibus, quae auctorem, quisquis ille fuerit, non infelicem quidem poetam, pontificiis tamen addictum partibus, demonſtrant. Opuſculum quidem adferimus, quod Jo. Paull. Roederus inſeruit

de Colloquio wormatienſi *ad A. O. R. c' ɔ 'ɔ XX* *inter proteſtantium & pontificiorum Theologos cœpto dem ſed non conſummato plenae & ſuccinctae diſq tioni ex MS.* Ebneriano *factae & elaboratae*, *Nor* 1744. in 4. p. 170 ſqq. ſed cum Roederi exemp quod a Cl. Schelhornio communicatum habuit, m lum fuiſſe videatur, propterea quod in quibus epigrammatibus, quae doctorum pontificiorum oculos ponunt elogia, lacunae inueniuntur, nos c rae pretium facturos duximus, indicare edition vnde lacunae expleri poterunt. Adparet ex illo *talogo* ſatis dilucide, numero plures adfuiſſe illi co quio theologos, quam e Phil. Melanchthonis *epi* adduxit Chriſtoph. Auguſt. Salig in der *vollſtænd Hiſtorie der* Augſpurgiſchen *Confeſſion und derſe Apologie* Tom. I. *Halle* 1730. in 4. L. III. Cap p. 506 ſqq. Ex elogio, quod poeta Jo. Morono ſ pſit, niſi plane fallimur, illum iam tunc temp pontificiis ſuſpectum fuiſſe elucet. Ita vero ille:

Sedis apoſtolicae ſupremus ab vrbe legatus
Principium debet carminis eſſe mei.
De quo, virginea quae fronte modeſtia lucet,
Non ſinit vt quicquam ſuſpicer *ipſe* mali.

Vid. de Joanne Morono, R. E. Cardinali, qui, p pterea quod in Lutheraniſmi venerat ſuſpicion iuſſu Pauli IIII Pontificis, in vincula, ab inquiſiti officio coniectus fuerat, Petri Paulli Vergerii libe rariſſimus, qui inſcribitur: *Articuli, contra Card lem* Moronum *de* Lutheraniſmo *accuſatum, & in cerem coniectum, a procuratore fiſci & camerae ap licae, & nomine officii ſanctae inquiſitionis inſtituti. ſcholiis Anno domini 1558.* in 8. folior. 12. Adi *articulos* iſtos, omiſſis tamen Vergerii *ſcholiis*, J nes Georg. Frickius, *Obſeruationi de* Joan. Mor *S. R. E. Cardinali, articuliſque, quibus ab inquiſiti officio, iuſſu* Paulli IIII. *olim tanquam* Lutheran *ſuſpectus & in vinculis detentus accuſabatur*, quae

ſtat in J. G. Schelhornii *Amœnitat. litterar.* Tom. XII. p. 537 ſqq. Conf. Joan. Wolfii *Lectionum memorabilium & reconditarum* Tom. II. *Lauingae* 1600. in fol. ad ann. 1554. p. 655 ſqq. die *Nachrichten von einer halliſchen Bibliotheck* Tom. II. p. 69 ſqq.

CVI.

JOANNIS BOCERI Carminum de Origine, & Rebus geſtis Regum Daniae, & Ducum Holſatiae, Comitumque Schouuenburgenſium, Libri Quinque. Ad Sereniſſimum & Potentiſſimum Regem Daniae Chriſtianum III. *Anno Domini M. D. LVII.* (1557) in 8. folior. 156. ſi omnia numeraueris.

JOANNES BOCERVS, patria Weſtphalus, prope Mindam, an. 1523. natus fuit. Vitebergae ſcholas Phil. Melanchthonis frequentauit, & Francof. ad Viadrum, in primis Georgium Sabinum, poetam ſuae aetatis celeberrimum audiuit, tantosque inde retulit fructus, vt non ſolum Roſtochii poſtea iura doceret, ſed etiam tam felix poeta, & hiſtoricus eſſet, vt omnes eum admirarentur. Teſtem huius rei praeter alios habemus Daniel. Chytraeum, qui in *epiſtola,* anno 1590. ad Henric. Meibomium ſcripta, in Jo. Goes *Opuſculis variis de* Weſtphalia, *eiusque doctis viris aliquot, Helmſt.* 1668. in 4. p. 23. hoc illius retulit elogium: *habui in hac* roſtochienſi *academia Collegam & amicum* JOANNEM BOCERVM, *prope* Mindam *in* Weſtphalia *natum, cuius ingenii feliciſſimi vbertatem crebro admiratus ſum, dum poſt cœnam ſaepe ac* Ennii *exemplo bene potum, magnam optimorum verſuum copiam fundere ſine vllo labore, & ſine lituris viderem.* In Joan. Petri Lotichii *Bibliotheca poetica* P. IIII. *Francof.* 1628. in 8. p. 51. *poeta* vocatur *elegiacus, facundiſſimus & ſuauiſſimus.* Poemata eius hiſtorica non ſolum propter

propter carminis ſuauitatem, ſed praecipue ob rei
geſtarum veritatem, cuius poetae alioquin h
adeo ſtudioſi eſſe ſolent, magni aeſtimantur, & i
noſtra aetate inueniuntur. In ſecunda tituli pa
Georgii Sabini legitur *epigramma*, quod etiam in
Petri Lotichii *Bibliotheca* l. cit. p. 52. adlatum
Exſtat etiam in Georg. Sabini *poematibus* p. 305. e
Lipſ. 1563. in 8. Dicauit carmina ſua JOAN.
CERVS Andreae, lubecenſi Antiſtiti, Joanni P
ſio, Regis Daniae ſupremo Cancellario, & Petro O
ſio, Conſiliario. Libro primo, a Dano, Daniae R
primo, hiſtoriam ſuam poeticam incipit, & cum G
mone, Haraldi filio, rege XXXXVIIII. finem impo
Liber ſecundus inchoatur cum Gotrico, Gorm
filio, Caroli magni coetaneo, Rege L. & finitur
Margareta, Valdomari filia, trium regnorum Suec
Daniae, Noruagiae, regina potentiſſima. Liber t
tius exhibet Ericum VIIII. Pomeraniae, a regina M
gareta adoptatum, regem LXXXIIX. quem alii dei
ſequuntur, ad Fridericum vsque Ducem Holſat
Regis Daniae Chriſtiani III. Fratrem, Epiſcopum S
vicenſem, & electum & confirmatum Hildeshem
ſem, qui in hoc libro eſt vltimus. Liber quartus p
ducit Adolphum de Salingsleuen, primum Comi
Schouuenburgium; Agmen autem in hoc libro c
dit Adolphus Dux Sleswitiae & Gerhardus fratres X
XVII. Liber quintus res Comitum exponit, qui p
Gerhardum Coecum, ſemper in terra Schouuenb
genſi permanſerunt. Primus eſt iam dictus Gerh
dus cognomento coecus, Comes Schouuenburgiu
primo Adolpho de Salingsleuen, totius generis ord
decimus. Vltimo loco laudes cecinit BOCERVS G
lielmi, Erici, & Erneſti, qui Jodoci fuerant filii, in o
ne Comites Schouuenbergenſes XXV. XXVI. XX
Libro quinto adiecta ſunt varia virorum doctorum
Joannem BOCERVM & eius opus carmina encom
ſtica, nimirum Joan Codicii, Joan. Schoſſeri, poe
laureati; Bernardi Holtorpii, Joan. Cheſſelii, M

Bart

Barthii, annaebergenſis; Haec excipiunt *Aliquot loca in opere explicata, quae non facile intelliguntur a lectore, rerum, & regnorum aquilonarium imperito. Item nomina & loci auctorum, ex quibus deſumſit res, quas tractauit* BOCERVS, *indicati, ne quis ſine auctoribus, & hiſtoriarum teſtimoniis, eum de rebus arduis & magnis, leuiter aliquid dixiſſe, aut ſcripſiſſe exiſtimet. Quae omnia vice Adnotationum*, vt ait, *beneuolo & cupido lectori eſſe poſſunt.* Prodiiſſe liber in fine dicitur *Lipſiae Ex officina Georgii Hantzſch. Anno M. D. LVII.* In lectorum noſtrorum gratiam carminis hic exhibemus ſpecimen. Selegimus elogium Chriſtierni II. Joannis filii, Regis Daniae XCII. tyranni crudeliſſimi, fol. 69 ſqq.

Te quoque venturis transmittam carmine ſeclis?
Sub merito preſſus rex violente iugo:
An ſemper ſtygiis ſine laude premere ſub vndis?
Ah tibi quae laudem ſtella maligna negat?
Dic Dea quae toto luces clariſſima caelo,
O virtus ſummi filia pulchra Jouis:
An faciles vltro penetrare facillima mentes?
Eligis & donis has cumulare tuis?
An pater omnipotens ſtimulis te cogit honeſtis?
Pectora iudicio flectere celſa tuo:
Tu niſi ſola tuo deſertas numine terras
Ornares, priſcum verteret omne chaos:
Ipſa tuos comites aeternis viuere ſeclis,
Et facis aetherei ſcandere tecta poli.
Infelix, vitiis ſiquis te deditus odit
Pro caelo, ſtygios incolet ille lacus.
Hic aderit, ſacrum violat qui legis honorem
Cuius & immani pectora felle ſcatent.
Hic aderit patrio peperit qui triſtia regno
Damna, tot innocuos & tulit enſe viros:
Forſitan hic eſſet, patriis ſed captus in oris
Rex luit hic ſortis praemia digna ſuae
Cuius ego referam ſi ſingula carmine facta,
Neſcio quid pretii garrula muſa feret?

Quid

Quid moror at pretium, turpi non illita fuco,
Si bene quae fuerint, & malefacta canet:
Vicit hic, enormi domuitque tyrannide Suecos
Et diris ſtygiam caedibus auxit humum.
Omnibus & magnos furiata mente pauores
Iniecit, laqueis, enſibus, igne nocens.
Horret adhuc animus, ſortisque prioris imago,
Indigenas terret Suecia *lata tuos.*
Dii quibus imperium curae regnique poteſtas,
Quosque piis precibus ſubdita turba colit:
Vos o vos tales ſceptris auertite peſtes,
Et nolint tantum fata ſiniſtra nefas.
Nam quamquam valido gens Suetica *noxia bello,*
Viſa fuit poenas promeruiſſe graues:
Quis tamen has iras, tantaeque tyrannidis auſus
Laudabit ſtygia factaque digna domo?
Scilicet haec aequa ſoluentes praemia lance,
Et Deus & Nemeſis peruigil vlta fuit.
Sex quoque dum preſſit damnis immitibus vrbes,
Olim vandalici *quas coluere viri:*
Arma parant, Suecos *& claſſe feruntur ad agros,*
Vlturae caedes dire Tyranne tuas:
Pulſus & vrbano poſſeſſo milite regno,
Finibus exceſſit Suecia *culta tuis.*
Quin etiam patriis exoſus turpiter oris,
Deſeruit merita danica *ſceptra fuga.*
Exul & occiduas cum coniuge tendit ad vrbes,
Auxiliumque tuum Carole quinte *petit.*
Huius caeſareo nam coniux ſtemmate nata,
Summa fuit patriae gloria, lausque domus.
Quae ſe cum potuit meliori ſorte tueri,
Illa comes pulſo maluit eſſe viro.
Huius ego meritas aequarim carmine laudes
Cum nullus fluuiis in mare curſus erit.
Cum rex occiduis robur contraxit ab oris,
Spes illi patriae, quae fuit ante, ſubit.
Captus at Aſclouia *regni Maioribus vrbe,*
Jam quoque captiuum ſuſtinet vsque iugum.

Suſti

Suſtinet vsque iugum, male ductae pluraque vitae
Facta luit; triſtes ſentit & ire dies.
At vos e Smidei, diuina potentia, Reges,
Quos terrae dominos, iuſſit & eſſe maris:
Huius ab exemplo triſtes cognoſcite caſus,
Et vos quid deceat diſcite, quidue minus.
At tibi Dii quales voueam turpiſſima pœnas,
Vnica tam magni cauſſa Siburga *mali?*
Tune potes tantum quouis impellere Regem,
Siue veneficiis blanditiisque tuis?
At tibi pro ſcelere hoc Niobae, *vel praemia* Scyllae,
Et mala quot tellus, quot tenet vnda precor.

Scripſit idem JOANNES BOCERVS *de origine & rebus geſtis Ducum megopolenſium Libros III. Lipſiae in officina Valentini Papae* 1556. in 8. Recenſionem eorum vide in der *hamburgiſchen Bibliotheca hiſtorica, Leipz.* 1716. in 12. in Centur. II. p. 280 ſqq. in *Theſauro bibliothecali* Part. I. *Norimb.* 1738. in 4. p. 225 ſqq. *Friburgum in Miſnia Lipſ.* 1677. in 4. vid. *Theſaur. bibliothecal.* l. cit. Obiit anno 1565. die VI. Octobr. quod teſtantur graeca & latina epitaphia, honoris & memoriae cauſſa ſcripta, quae exſtant in *Scriptis academiae* roſtochienſis *publice propoſitis, Roſtoch.* 1567. in 8. p. 351. Conf. Joſ. Simleri *Bibliotheca* p. 346. *Etwas von gelehrten* roſtockiſchen *Sachen* An. 1739. p. 695 ſqq. Joan. Caroli Opitz *Programma de* JOANNE BOCERO, *Mindae* 1750. in 4.

CVII.

Beſchreibunge einer Chronic, Von anfang der Welt, bisz auff Keyſer Friderich den Dritten, kurtz Sumirt vor Jarn durch den *Hochgelerten Hern* HEINRICHEN STEINHÖWEL *Doctorn, Stattartzt zu Vlm*, auszgezogen, vnnd gemacht. Vnnd jetzo durch den Erfarnen H. Jacob Köbeln, Statt-

Stattſchreiber zu Oppenheym, an etlichen Ort
gemeret, vnd auff Keyſer Carlen den V. erſtre
Mit anhang Beſchreibung der Zeit Iſidori.
Franckfurt am Meyn, bei Chriſtian Egenolph. in
folior. 51.

Ignorabamus auctorem *chronici*, cum primam i
editionem in *Analectis* noſtris *litterariis* p. 245
deſcriberemus. Accidebat etiam, vt verba exemp
quod in Bibliotheca portenſi ad ſeruatur, manu
ſcripta: *Hucvsque* HENRICVS STYNHOWEL *Do*
typothetarum vitio, in *Analectis* l. cit. deformaren
Poſteaquam autem ſecundam nacti eramus edition
Jacobi Kœbelii, Syndici oppenheimenſis, ad He
cum Steinhöwel, Canonicum S. Victoris moguntii
legebamus epiſtolam, quae de auctore nos redc
certiores, quam ob cauſſam illam cum Steinhöw
reſponſione hic adſcribimus:

Dem wirdigen und Wolgelerten, Herrn Heinric
Steinhöwel, *vnſer lieben Frawen vnd Sanct Vi*
Stifftkirchen zu Meyntz *Chorherren &c. Entbeu*
Jacob Köbel, *Statſchreiber zu* Oppenheim, *mein u*
geflißenn freundtlich dienſt allezeit zu voran bereit.

Gunſtiger lieber Herr vnnd Freund, Ich bin one z
fel, jr ſeind noch ingedenck, wie wir vor jaren von e
ſummari Chronick (*die weilant der Hochgelert e*
Vetter ſeliger, auch h. HEINR. STEINHÖWEL D
zur zeit Stattartzt zu Vlm, *aus andern mit höch*
fleisz gezogen, vnd neben etlichen mehr, als der Fal
Eſopi, Boccacii, von den erleuchten Frawen
Chronica, von Hertzog Gotfrids hörfart zu dem h
lige lande, *ſampt einen ſchönen* Regiments wider
grawſam Peſtilentz, *vnd anderen ſeinen Wercken,*
er verteutſcht, gemacht, vnd da zumal in den T
gebracht) *geſprech und red gehalten, Auch ſelbiger*
für gut vnnd nütz angeſehen haben ſolich Chronic
jr Exemplar zu bekommen) *widerumb zu erneuw*

vnd (darwit vnſerer vorältern fleiſz, vnd vns zu vnderweiſung vnd wolfart, gehapte mühe geſpürt, auch dardurch manigklich laſter zeſliehen, tugent vnnd guts zeüben gereytzt würden) durch den widertruck in friſche gedechtnusz zu bringen, Derohalb ich mit ſonderer Arbeit ſolich Exemplar bekommen, geleſen, vnd ſo gar fruchtbar, kurtz ſummirt, vnd luſtig befunden, das ich gantz entſchloſſen bin, daz ſelbig ferrer bisz auff ietziger Keyſerlicher Maieſtät, Carlen den V. *vnſer aller Gnedigſten Herren, zu erlengern, Auch etlichen zuſetzen, vnnd artlichen figürlin zu zieren, inn den Truck zu fertigen. Darmit auch ſelbige mein zuſätze von menglichen erkent, vor vorgemeltem euwers Vetteren ſeligen gemächte vnd arbeit, abgeſündert erſcheinen, Vnnd ich nit geacht, als wolte ich mein ſichel in eines frembden erbn anſchlagen, Wil ich zu iedem meinem zuſatz zu ſeinem anfang disz zeichen ♣, vnd zu dem ende dergeſtat ✱ eins zuſetzen, Wölches aber alles ich nit ſonder euwern rath, gutbeduncken, vnd vorwiſſen hab thun wöllen. Darumb ſchick ich euch hiemit vil gemelte* Chronick, *wie ich ſie mit jrer Ordnung, zuſetzen vnd figuren geſtelt, freundlich bittendt, jr wöllen ſie beſichtigen, euwers Verſtandts mehren, mindern vnnd beſſern, damit ſie deſto ſtatlicher hernach in Truck gebracht vnd auszbereit werde. Vnd wiewol mir nit zweifelt, jr werdent euch hierinne gemeynen nutz zu fürderenn, gutwillig erzeygen, Bitt ich doch euwer freundlich antwort, mich hiemit zu euwern dienſten erbiettend, vnnd vnns beid dem almechtigen Gott befelbend. Geben zu* Oppenlteym *auff Montag nach Trinitatis, Anno M. D. XXXI.*

Dem wolgelerten, Fürgeachten, vnnd Kunſtreichen, Jacob Kœbeln, *Rathsverwandten vnnd Stattſchreiber zu* Oppenheim *enbeut ich* Heinrich Steinhöwel, *vnſer lieben Frawen vnnd Sanctt Victors Stiffte zu* Meyntz *Chorherre* &c.

Freundtlich grusz vnd dienſt, vertrauter in ſonder gutter freundt, dein ſchreiben (die ſummari Chronick,

 ſo

ſo du mir zugeſchickt, vnd weilant der Hochgelert, rümpt der Artzney Doctor, Herr HEINR. STE HÖWEL, *mein Vetter ſeliger, mit ſunderm fleisz a gezogen, gemacht, vnd jm Jar nach der ge M. CCCC. LXXIII.* (1473) *inn den Track gefertigt auszgeben laſſen) betreffend, hab ich inhalts vern men, auff dein flehlich bitt ſelbige* Chronick *beſich vnd dermaſſen geordent, geſchickt vnd geziert be den, das (ich wolt dann ein ſawe, wie man ſpricht, Mi uam leren) ich nichts daran zu endern, oder beſſern we ſage dir darumb diſes deines loblichen fürnem vnnd das du meins, mit dir vor lang gehabten ſchlags (diſe* ſummari Chronick *betreffend, innged geweſt biſt, freundtlich danck, Frewe mich auch zum (doch ein gering) vrſach zu ſein, das vor gemelts m Vetter* Doctor, HEINRICH, *der mein lieben vatter gen* Jacob Steinhöweln, *etwan Raths und Stewrb zu* Eszlingen *erzogen name, auch zu ſeiner zeit geb fleisz, arbeit, vnd kunſt, durch dein mühe wideru als ich hoff, manigen zu nutz, an das liecht kom Du würſt auch onzweifel dardurch nit ringe danckbar von vilen, vnd inſonder bei den Fürſichtigen, Ehrgeac* Mattheo *vnd* Georgen, *den* Krafften, *Gebrüdern, b germeiſtern vnnd Burgern zu* Vlm, *vilgenants D.* HE RICHS STEINHÖWELS *Tochterſœnen, meinen lie Vettern erfolgen, Bit dero halb gar freundtlich, du wœ in diſer ſach dein furgenommen meynung (wie du d alwegen nebenn taglichen, mercklichen Rathsgeſcheſ gemeinen nutz, vilfaltig zufordern gewon, meuglic nutz vnd niemant ſchad biſt, vnd keinen tag ſonder linig, als man vonn* Appelle *dem Maler ſchreibt, hing leſſeſt) fürderlich volenden. Das will ich herwideru freundtlich verdienen. Datum* Meyntz *am XX. Brachmonats. Anno M. D. XXXI.*

Huic editioni variae in margine adpoſitae conſ ciuntur icunculae ligno haud adeo eleganter inciſ In titulo adparet & auctoris & editoris imago, qu rum vterque arma gentilitia manibus tenet. Illi ſcripta leguntur verba: Her

Henricus Steinhowel
Vtriusque Medici. ac phi̅e doc
tor. vixit An°. Xp̅i M. CCCC. LXXIII.

huic:

. JACOB. KOBEL ETC.
. An°. M. D. XXXI.

Jacobi Koebelii Additiones non adeo magni ſunt momenti, produxit tamen *Chronicon* ad Ann. 1523. illique indicem adiecit. Dicendi quoque genus paullo cultius & orthographia emaculatior eſt, quod vnicum hoc ſpecimen teſtari poterit, fol. XXII. *Die Fraw Babſt, die ſich* Johannes von Engelland *nennen lieſſe, ſasz 3 iar. 5 monet, Anno* 854. *Da ward ſie ſchwanger, vnd auff ein tag beſchwur ſie einen beſeſſenen menſchen, vnnd als der teufel nit auszwolt, ſprach ſie zu jm. Sag du böſer geyſt; wann wilt ausz diſem leib faren, Antwort er mit diſen Latiniſchen Verſen:*

Papa pater patrum, Papiſſae pandito partum.
Tibi tunc aedam quando de corpore recedam.

Das iſt ſo vil, Wann du Bæbſtin dein geburt wilt offenbaren, ſo wil ich dir ſagen, wann ich vsz will faren, Sie gebar auff dem weg zwüſchen dem Coloſſeo vnd ſant Peters kirchen, vnd ſtarb alda, In die ſelben gaſſen ſol kein babſt mer kommen. In fine Chronici haec conſpeximus typographi verba: *Zu* Franckfurt am Mayn *bei* Chriſtian Egenolph *Anno M. D. XXXI.* (1531). De HENRICO STEINHÖWEL apud ſcriptores altum eſt ſilentium, quamuis, vt ex Kœbelii epiſtola adlata patet, variis ſcriptis in vernaculam linguam translatis inclaruerit. Joſias Simlerus in *Bibliotheca* p. 281. haec pauca de illo retulit: HENRIC. STEINHEYLL *ſcripſit librum de curatione peſtilentiae.* De fabularum aeſopicarum verſione, quam ille curauit, vid. quae ſupra diximus. Memorauimus in *Analectis litterar.* p. 132. quod Mich. Maittaire in *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 322. not. 8. Joan. Boccaccii opus *de claris mulieribus, in germanicam linguam translatum eſſe, a medico*

 ciuitatis

ciuitatis Vlmae, *& nuncupatum Duciſſae* Auſt
an. 1473. impreſſum Louanii, *typis antiquis rudibus,*
effigie parturientis papiſſae dixerit. Intelligit his
bis Maittaire ſine dubio STEINHÖWELIVM,
tatis vlmenſis medicum, qui, vt ex epiſtola Kœl
patet, Boccaccii librum in ſermonem tranſtulit
manicum. Recentior iſtius verſionis editio hoc
ducitur titulo in *Catalogo Bibliothecae* Bünaui
Tom. I. P. II. L. VI. Cap. II. p. 1716. Gio Bocca
Chronica oder Hiſtory Buch von den fürnæmlichſten
bern &c. durch D. HEINR. STEINHÖWEL *in*
Teutſch gebracht. Augſp. durch Haynrich Stayner
in fol. cum figuris ligno inciſis. Quod ad Jacol
Kœbelium ciuitatis oppenheimenſis ſyndicum adti
ille non ipſe libris imprimendis operam dedit,
quidem per errorem ſcripſimus, cum in *Anal*
litterar. p. 910. Joannis Stoeſleri *Calendarium ro*
num magnum Oppenheym 1518. *per Jacobum Ko*
Michaelem Maittaire ſequuti, diceremus, (niſi
typographus & ſyndicus oppenheimenſis diuerſi
runt homines, cognatione quadam inter ſe iunc
ſed ſuis tantummodo ſumtibus libros imprimen
curauit, variaque ipſe edidit ſcripta, quae narr
tur a Joſia Simlero in *Bibliotheca* pag. 318.
poſſidemus *Ein new geordenet künſtlich Rechennbü*
lin, Jacob Köbels, *Stattſchreiber zu* Oppenheim,
den Linien vnd Spacien, mit Rechennpfenningen.
angehnden Schülern Rechnens gantz leichtlich zu lern
Vnd zu Kellereien, Ampten, Kauffmannſchafften
Kræmereien dienlich vnd bræuchlich. Mit vilen erk
rungen, Leren, Regeln vnd Exempeln. Mehr dann
mahls ie getruckt, gebeſſert vnd zugeſetzt. Im J
M. D. XXXI. (1531). *Viſir Büchlin Den Jungen*
gehnden Leyſchen Viſirern gantz leichtlich zu lernen,
ſtehn vnd Rechnen. Wie mann ein Viſirrut mach
vnnd darmit ein iedes vasz viſirenn ſolle, zu ende d
Rechenbuchlins angehenckt, in 8. folior. 112. Dica
libellum Chriſtiano Egenollfo typographo. In

des *Viſir Büchlins*, haec leguntur verba: *Hiemit wollen wir vnſere Riemen einziehen, vnnd das Schifflin ann Staden zu* Oppenheim *lauffen laſſen, Den ancker einſetzen, vnnd vrlaub nemen. Vff Donnrſtag nach Oculi Anno M. D. XXXI. Beſchlusz vnd Warnung an die Schüler Viſierens:*

Ich han gelert den Leyen gutt
Nach art machenn ein Viſir Rutt
Clar, verſtentlich, auff Rechnens Zal
On groſſe arbeyt überal
Befinden iedes Vaſz inhalt,
Vonn Fuder, Om, wie es geſtallt.
So du dich fleiszſt in alle Sach.
Keyn Puncten, lüg, nit vnrecht mach.
Ob dich wol dunckt du wiszts gerecht,
Bedenck es wol, und eil nit ſchlecht.
Eh du gelernſt, wilt meyſter ſein,
Lüg das dein kunſt nit ſei ein ſchein.
Zu ſchanden werdeſt vnd zu ſpott
Vor Herren, knecht vnd gantzer rott.
Damit wil dich gewarnet han,
Dann du durch Fleisz magſt wol beſtan.
Nimm disz mein Leer vnd Vnderricht.
In guttem an, das nit vernicht.
Bisz du am end das würdſt verſton
Davon all Ding jrn namen han.
Vnd ſpar vns Got alſampt geſundt
Zu Seel vnd Leibs Heyl alle ſtundt.

Getruckt zu Franckenfurt am Meyn. *In Verlag vnnd Gemeynſchafft des Ernhafften und Fürnemen Herrn* Jacoben Koebels, *Stattſchreiber zu* Oppenheim. *Bei* Chriſtian Egenolffen. *Im Mertzen, Nach der geburt Chriſti. M. D. XXXI. Jar.*

CIIX.

Was zu dieſer Zeit in Griechenland, Aſien, Afr ca, vnter des Türcken vnd Prieſter Johar Herrſchafften. Item in Vngern, vnd Behemen & der chriſtlichen Kirchen Zuſtand ſey. Sampt e lichen Schreiben, ſo von Conſtantinopel, voı Berge Sinai, vnd andern Orten aus Orient, nev licher Zeit abgangen. Erſtlich von D. DAVID CHYTRAEO Lateiniſch in Druck gefertigt, vn jetzund von Henrico Arnoldo aus Churland, i Liffland verdeudſchet. *Anno M. D. LXXXI.* (158ı in 4. folior. 39.

Opuſculum, non vbiuis obuium, varia lectu digı complectitur, quibus hiſtoria eccleſiae chriſtian: eorum temporum illuſtratur. Cum enim DAVI CHYTRAEVS anno 1569. ex Auſtria & Vngaria r diret, in quas regiones Maximiliani II. Imperator iuſſu inſtituerat iter, vt eius conſiliis in condend templis, & ſcholis, quas proteſtantibus conceſſera vteretur Imperator, ea, quae in hoc itinere de e cleſiae ſtatu reſciuerat, collegit, & in lucem emiſ *Viteb.* 1575. & *Francof.* 1583. in 8. Et haec eſt il collectio, quam Henricus Arnoldi aliique in ſerm nem tranſtulerunt vernaculum. Dicauit Arnoldi l brum *dem durchleuchtigen Fürſten und Herrn, Herr* Gotthart *in* Liffland *zu* Churlandt *vnd* Semigallie *Hertzogen.* Epiſtola dedicatoria ſcripta eſt anno 158 Roſtochii die S. Michael. Primum in collectione o cupat locum *Oration von dem ietzigen Zuſtandt d chriſtlichen Kirchen vnter dem Türcken vnd etlichen a dern Potentaten. Von* D. DAVID. CHYTRAEO, *nac ſeiner Widerkunfft aus* Oeſterreich. *Anno 1569. geha ten.* Iſtam *orationem* inſeruit poſtea DAVID. CHY TRAEI filius, *orationibus* patris, quas in vnum vo lumen collectas, in lucem prodire iuſſit *Hanou.* 161.

i

in 8. Impugnauit vero *orationem* Antonius Poſſeuinus & aduerſus illam edidit: *Retectionem impoſturarum cuiusdam* DAVID. CHYTRAEI, *quas in oratione quadam inſeruit, quam de ſtatu eccleſiarum hoc tempore in in* Graecia, Aſia, Africa, Hungaria, Boemia *inſcriptam edidit & per* Sueciam *ac* Daniam *aduerſus orthodoxam fidem diſſeminari curauit, Ingolſtadii* 1583. in 8. Vid. Niceron *Memoires* Tom. XXII. p. 277. Iſte Poſſeuini libellus adiectus poſtea fuit, eiusdem Moſcouiae, *& actis in conuentu legatorum Regis* Poloniae, *& Magni Ducis* Moſcouiae *an. 1581.* & quidem editioni *colonienſi* 1587. in 8. p. 278 ſqq. Reſpondit Poſſeuino CHYTRAEVS anno 1584. vid. Biblioth. *hamburgenſis hiſtorica* Centur. VII. p. 187. Inuenitur praeterea in Collectione noſtra 2) *des Patriarchen* Jeremias *zu* Conſtantinopel *Schreiben an Doct.* DAVID. CHYTRAEVM *An. 1578. im Monat Maio datirt, verdeudſcht durch* Werner Behre. 3) *des Patriarchen zu* Conſtantinopel *Schreiben an* Martinum Cruſium, *Profeſſorn der Griechiſchen Sprach zu* Tübingen, *und an die Theologen, ſo ihm die augſpurgiſche Confeſſion in Griechiſcher Sprache zugeſchickt, vnd darauff des Patriarchen Vrtheil begeret hatten.* Scripta eſt *epiſtola* d. XVI. Nou. 1575. Miramur illam *Actis & ſcriptis Theologorum* wirtembergenſium, *& Patriarchae* conſtantinopolitani D. Hieremiae: *quae ab anno 1576. ad annum vsque 1581. de auguſtana Confeſſione vltro citroque miſſa fuerunt* & prodiere *Vitemberg.* 1584. in fol. non eſſe inſertam; inuenitur autem in Martini Cruſii *Turcograecia, Baſil.* 1584. in fol. graece & latine L. VII. p. 440 ſqq 4) *Schreiben vom Berg* Sinai, *an Ertzherzog* Carol *in* Oeſterreich *abgangen, aus dem Latein durch* Magnus Firix *verdeudſcht.* Gratiae, in iſta *epiſtola,* ſcripta 1569. d. XX. Mart. aguntur Carolo, quod monachis in monte Sinaï commorantibus centum florenis hungaricis ad reſtaurandum monaſterium ſubvenire voluerit. Graece & latine legi poterit in Mart. Cruſii *Turcograecia* L. III. p. 261. 5) *des Patriarchen*

Joachimi *von* Alexandria *zeugnis Graff* Albrecten von Lewenſtein *gegeben*, *anno 1561.* Teſtat Joachimus Alberto, quod ſancta & veneranda lca, nempe montem Sinai h. e. ſanctum cacume in quo Moſes legem accepit, item ſanct. rubum, qu S. ſemper virginis deiparae praefiguratum fuit myſterium, & S. Catharinam, ſapientiae & martyrii laud praeſtantem, & omnia alia, quae adorari ſolent peregrinantibus, adorauerit, vid. M. Cruſii *Turcograecia* L. III. p. 279 ſqq. 6) Simeon Cabaſillas *von* Acarnia *in* Griechenland *Schreiben von der Stadt* Athen *vnd der Griechiſchen Sprach daſelbſt*, *dem Hochgelarten vnnd trewen Vorſteher der Griechiſchen vnd Lateiniſchen ſprach, in der hohen Schuel zu* Tübingen Martino Cruſio. Compendium eſt tantummodo *litterarum* Conſtantinopolit. d. XIII. Febr. 1578. ſcriptarum, quae graece & latine leguntur in Mart. Cruſii *Turcograeciae* L. VII. p. 460 ſqq. 7) *Schreiben aus* Conſtantinopel *von* Wenceslao Budowitz, *des keyſerlichen Oratoris Hoffmeiſter dis 1580. Jar* D. DAVIDI CHYTRAEO *zukommen*, *darinn*, *was in obengeſatzter Oration* (CHYTRAEI) *von zuſtandt der Kirchen in* Griechenlandt *vndt* Aſien, *erzelet*, *als warhafftig beſtetiget*, *vnd von den Königen in* Perſia *vnd* Georgianern *auch andern Sachen gemeldet wird. Verdeudſcht durch* Chriſtoffer Firix. Fuit Wenceslaus Budowez a Budowa, infeliciſſimus illius conſenſus inter euangelicos, & fratres, in Bohemia, & Morauia proxeneta, qui a Friderico palatino, iudicii adpellationum in Bohemia Praeſes, & Director conſtitutus, poſt infauſtiſſimum, in albo monte ad Pragam praelium, a militibus Imperatoris romani, captiuus abductus, & anno 1621. d. XXI. Jun. gladio percuſſus fuit. Dum haec die VIIII. & XII. Octobr. an. 1579. ad DAVID. CHYTRAEVM ſcriberet, Joachimi a Sinzendorf & Goggitſcha, legati Imperatoris romani in aula conſtantinopolitana, aulae fuit magiſter. 8) *der naheſten König in* Perſia, *ſampt iren Hiſtorien kurtze Verzeichnus derer in vorgeenden Schreiben*

erwenet

erwenet wird. 9) *Genealogia der Kœnige in* Perſien. Inchoatur a Caloiohanne trapezuntio rege, & finitur cum Muhamede Hodabendi, qui anno 1576. ad imperium peruenit. 10) *Extract aus einem Schreiben* Stephani Gerlaci *des wolgebornen Freyherrn* H. Dauid Vngnaden, *Hoffprediger zu* Conſtantinopel *den I. Jun. an.* 1578. *an Doctor* DAVID CHYTRAEVM. 11) *Extract aus dem Bekandtnus des Glaubens und chriſtlicher Religion in* Prieſter Johans *Land.* Chriſtianorum in Habeſſinia Confeſſionem litteris conſignauerat Chriſtophorus Licanati, regis aethiopici Dauidis, ad Joannem III. Luſitaniae regem Legatus, *Olyſſipone* 1534. Adiecit illam Damianus a Goes, cum litteris Presbyteri, vt vocatur, Johannis, ad Pontificem romanum Clementem VII. Emanuelem I. & Joannem III. Luſitaniae reges, libro, quem hoc edidit titulo: *Fides, religio, moresque* Aethiopum, *ſub imperio* Pretioſi Joannis, *quem vulgo* Presbyterum Joannem *vocant, degentium; cum enarratione confœderationis & amicitiae inter ipſos* Aethiopum *Imperatores &* Luſitaniae *Reges initae. Acceſſerunt aliquot epiſtolae* Helenae, *auiae* Dauidis Pretioſi Joannis, *ac ipſius etiam* Dauidis *ad Pontificem romanum &* Emanuelem *&* Joannem Luſitaniae *Reges*, Paullo Jouio *interprete, ad* Paullum III. *Pontificem max. Louanii* 1540. & 1544. in 4. Adjectus poſtea fuit liber Petri Martyris *de rebus oceanicis & Nouo Orbe Decadibus III. Colon. apud Geruinum Calenium* 1574. in 8. Inuenitur etiam in Andr. Schotti Hiſpania *illuſtrata* Tom. II. *Francof.* 1603. in fol. p. 1286 ſqq. De DAVID. CHYTRAEO ſeniore, ſiue, vt patrio vocabatur ſermone, DAVID. KOCHHAFEN vid. *vita* DAVID CHYTRAEI, *memoriae poſteritatis Orationibus & Carminibus amicorum, iuſtisque Encomiis conſecrata, quam edidit* Dauid. Chytraeus *fil. Roſtoch.* 1601. in 4. & qui ex iſto fonte ſuas hauſerunt narrationes Melchior Adami in *vitis Theologorum germanor.* p. 323 ſqq. Paul. Freherus in *Theatro viror. erudit. claror.* p. 314. Auctores der *hamburgiſchen Bibliothe-*

cae hiſtoricae Centur. VII. p. 168 ſqq. **Omnium ve**
optime CHYTRAEI vitam hoc titulo ab **Ottone Fr**
derico Schützio deſcriptam habemus: *de vita* DA
CHYTRAEI *Commentariorum Libri IIII. ex editis &*
ineditis monumentis ita concinnata, vt ſit annalium inſta
& ſupplementorum Hiſtoriae Eccleſ. Seculi XVI. ſpecia
tim rerum in Lutherana eccleſia & Academia roſto-
chienſi *geſtarum, Hamburg.* Liber I. an. 1720. L. II
1722. L. III. & IIII. 1728. in 8. Conf. Jo. Fechtii
Critica in Godofred, Arnoldi *Criticam, ſeu iudicia ve-*
riora in iudicia eius iniquiora de DAV. CHYTRAEO
lata, Roſtoch. 1704. in 4. *Etwas von gelehrten* roſto-
ckiſchen *Sachen*, An. 1738. p. 683 ſqq. anno 1739.
p. 61. 116. 484 ſqq.

CVIIII.

Newe vollkommene Thuringiſche Chronica, das iſt: Geſchicht vnd Zeitbuch aller namhafftigſten Hiſtorien, Sachen vnd Handlungen von der Geburt vnd Menſchwerdung vnſers einigen Erlöſers vnd Seligmachers Jeſu Chriſti an, bisz auff disz gegenwertige MDCXIII. (1613) Jahr vollzogen. Darinnen alle Händel, Stifftung und erbawung der meiſten vnd fürnembſten Städte, Kirchen, Clöſter, Schlöſſer, Flecken vnd Dörffer, im gantzen Thüringer Lande, wenn, wo, durch wen, vnd worumb ſie gebawet: Auch wie, wenn, durch was vrſachen, vnd von wem ſie wiederumb zum Theil zerſtœret vnd eingeriſſen worden, Auch von Geburt, Regimenten, Herrſchafften vnd Abſterben des Landes Regenten, ſonderlich der Chur vnd Fürſten zu Sachſen, auch Zeichen, Wunderwercken, Miszgeburten, Erdbeben, Brandt, Mordt-

thaten,

thaten, Waſſerguſſen, Kriegen, Schlachten, Heerzægen, ſampt allen andern Geſchichten, ſo ſich daſelbſt begeben haben. Vnd mit beygeſetzten hochgedachter Fürſten Stammlinien, vor niemals alſo im Druck auszgegangen. Summa, hie findeſtu den kern aller fürnemſten vnd gedenckwürdigſten Hiſtorien, mit vielen glaubwirdigen Hiſtorien-Schreibern vnd Büchern mit groſſer Mühe, fleisz vnd arbeit auszgeführet vnd alſo zuſammen getragen, beydes luſtig vnd auch nützlich zu leſen. Durch JOHANNEM BINHARDVM *Lauterbachenſem. Cum gratia & priuilegio Leipzig, bey vnd in verlegung Nicol. und Chriſtoff Nehrlichen* in 4. pp. 309. & 242. except. dedicat. praefat. & indicibus fol. 29.

Titulus, qui longum trahit ſyrma, lectores docere poterit, quid in libro, qui inter rariores collocatus fuit in *Bibliothecae* ſalthenianae *Catalogo* p. 84. & in Laurentii Reinhardi *kurtzen Nachricht von dem zweyhundertiæhrigen Jubilæo der Stattkirchen zu* Buttſtett. *Leipz.* 1751. in 4. p. 5. inneniatur, Auctor in *Lexico eruditorum* fruſtra quaeritur. Illum an. 1563. Lauterbaci natum fuiſſe, patet e *Chronici* P. III. p. 162. In dedicatione ſe ab anno 1587. ad annum vsque 1590. Oberellae (*Obern Ellen*) pago olim ditionis hanſteinianae, Ludimoderatorem, & templi cuſtodem, cum vero chronicon conſcriberet, Tungedae (loco qui Wangenheimiis paret) ſimili munere functum eſſe perhibet. Inter varia elogia verſibus latinis conſcripta, quae libro praemittuntur, occurrit etiam carmen elegiacum M. Joachimi Himmelii ſcholae Sonnenbornii guangenhemicae moderatoris, ad BINHARDVM medicum & hiſtoricum. Ex carmine ipſo adparet, illum morbis curandis nauaſſe operam. Inter alia ſane haec legimus:

Te BINHARDE, *hederae doctarum praei frontum*
Spernunt a populo, Dis ſuperisque dant.
Te, qui fata perhumanas pernoſcere fibras
Succis pernioiem & noſſe ſalubribus
Pellere lethiferam gaudes: Hinc doctus Apollo
Inuentor medicae qui canitur manus
Et nomen medici legat &c.

In fine elogiorum conſpicitur effigies auctoris, ann 1612. aetatis anno XLVIIII. ligno inciſa, hoc adiect diſticho.

Tyrigetum *annales quo tempore promo* BINHARDVM
Me facie talem lector amice vides.

In *Bibliotheca hiſtorica* Struuio-buderiana pag. 1163 BINHARDI *chronicon* thuringicum, antiquioribu Zachariae Riuandri & Joan. Bechereri *chronicis* anteponitur. Georg. Michael Pfefferkorn in der *merkwürdigen vnd auserleſenen Geſchichte von der berümten Landgrafſchaft* Thüringen, *Frankf. und Gotha* 1684. in 4. Cap. I. pag. 14. hanc de illo tulit ſententiam: *Endlich hat auch in dieſem Seculo einen* Thüriningiſchen *Chroniſten abgegeben Herr* JOH. BINNHART, *welcher, ob er gleich vnter denen von* Wangenheim *nur ein Schulmeiſter war, doch darinnen noch zu loben iſt, dasz er gleich von der Beſchreibung der* Thüringiſchen *Länder vnd Städte, den Anfang ſeiner Schrifft macht. Wiewol nun bei ihm der Spruch eintrift, ein Chronologus achtet* 10 *Jahr nicht, er auch ſeine Sachen meiſtentheils aus dem* Rivander *geſchrieben, vnd vielen irrgehenden Vorgängern folget, viel Cometen, die über vnſerm Horizont nicht geſehen, anführet, vnd in den Nahmen der Fürſten vnd Oerter oft irret, will ich doch nicht viel von ihm vrtheilen, damit ich nicht in dem Verdacht komme, als wolt ich mehr hofemeiſtern als beſſern. Sein Chronicon gehet bis* 1613. *in welchem Jahr er es auch denen in* Thüringen *berühmten von Adel,*

Adel, Wangenheim, Wizleben, Buttlar, *vnd* Hanſtein *als deren etlicher Vnterrichter in ihrer Jugend ergewesen*, *zugeſchrieben*, *vnd zu* Leipzig *durch* Nicol. Nerlichen *drucken laſſen.* Incredibile propemodum dictu eſt, quot portenta, prodigia, atque oſtenta, in Thuringia conſpecta, & audita fuiſſe, auctor commemorat, quae omnia, pronum facilemque ad credendum illius animum produnt, fidemque ſcriptoris maxime eleuant.

CX.

Quaeſtiones theologicae & philoſophicae CAESARII, S. Gregorii Nazianzeni *fratris*, graece & latine nunc primum editae ab Elia Ehingero, auguſtano; Beneficio manuſcripti Codicis Electoralis bauarici & auguſtani. *Auguſtae Vindelicorum*, *typis Joannis Praetorii*, *Anno Chriſti MDCXXVI.* (1626). *Cum gratia & priuilegio S. Caeſ. Maieſt.* in 4. pp. 229. except. dedicat. & indice pp. 10.

Librum eſſe rarum, nota docet marginalis MSta, Jo. Georg. Graeuii, *bibliothecae* heinſianae p. 58. adiecta. Exemplar illius ante oculos verſatur, quod ipſe Elias Ehingerus, auguſtanus, an. 1630. cum iam Rector ſcholae portenſi praefectus eſſet, illius intulit bibliothecae. Continet haec editio *LXXIIX.* tantummodo CAESARII *quaeſtiones*, etiamſi in aliis v. c. in editione Gregorii nazianzeni *latina*, quam dedit Joan. Leunclauius *Baſil.* 1571. & in *latina* eiusdem Gregorii editione, quam Jacob. Billius *Paris.* 1583. in fol. in lucem emiſit, nec non in *graeco-latina* Frontonis Ducaei editione, in *Auctar. Bibliothec. Patrum Paris* 1624. *CXCV. quaeſtiones* inueniantur. Reliquas enim, quae in bauarico codice exſtiterunt, Ehin-

Ehingerus, Photii potiſſimum & Anton. Poſſeuini ctoritate permotus, ex Gregorii nyſſeni libello, *opificio hominis*, aliisue ſcriptoribus graecis, deſun fuiſſe exiſtimat. Fuerunt inter viros criticos eti nonnulli, & praeſertim Jacobus Billius, qui in pr fat. ad *Orat. X.* Gregorii naz. Tom. II. *Operum* G gorii p. 546. omnes *quaeſtiones* CAESARIO abi carent, ſed illos ſuo abundare ſenſu, Photii, Gly teſtimoniis, & auctoritate veterum Codicum d Petr. Lambecius L. IIII. *Commentar. de Biblioth* vindobonenſi p. 31. vbi Billii argumenta, ſatis co tantur. Elias Ehingerus praeter codicem bauaric quem ab Electore Maximiliano impetrauerat Ma Raderus, vſus eſt codice bibliothecae auguſtanae, tunc temporis praefectus erat. Verbis CAESA graecis, adiecit verſionem latinam Leunclauii. brum dicauit Hieronymo Imhof & Bernardo Re lingero S. Caeſar. maieſt. a conſiliis, & reipubl. au ſtanae Collegio Septemuirum. In fronte libri c lis obiicitur Eliae Ehingeri imago, quam Lucas Ki nus an. 1618. aetatis Ehingeri XLVII. ad viuum lineauit, & aere expreſſit. M. Jo. Hartmannus P Caeſ. hoc adſcripſit elogium:

Talis Ehingerus *facie ſub imaginis vmbra*
Germana ſpirans integritate virum
Hancce comam hos oculos, hanc frontem, hoc pe
& hoc os
Suada, Minerua, Venus, Gratia, Phoebus *hal*
Hancce comam, hos oculos, hanc frontem, hoc pe
& hoc os
Quando vides docti, ſcito videre viri.

Cum CAESARII exemplar obtuliſſet Ehingerus variae Duci, ille, exponente Radero, hoc vnum i ſibi diſplicuiſſe profeſſus eſt, quod eum *acatho* ediderit. Rem e Georg. Serpilii *Epitaph. The* ſueuic. p. 136. narrat Jacobus Bruckerus in *vita* E geri, mox memoranda, pag. 115. not. (r). De c

SAI

SARIO, Gregorii nazianzeni fratre, domus auguſtae Archiatro, Comite rerum priuatarum, & Quaeſtore Bithyniae, A. C. 369. mortuo, vid. praeter *orationem*, a fratre Gregorio, *in funere recitatam*, Photius Cod. CCXI col. 539. & 540. edit. *rothom.* 1653. in fol. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. V. Cap. XIII. p. 542 ſqq. Guil. Caue *Hiſtor. litterar. Scriptor. eccleſ.* p. 201 ſqq. Petri Lambecii *Commentar. de Bibliotheca* vindobonenſi L. IIII. pag. 31 ſqq. Caſimir. Oudini *Commentar. de Scriptor. & ſcriptis eccleſ.* Tom. I. col. 542 ſqq. Louis Ellies Dupin *Bibliotheque des Auteurs eccleſiaſtiques* Tom. II. p. 232 ſeqq. Jo. Godofred. Zeiske *Programma, de* CAESARIO *medico orthodoxo, Budiſ.* 1745. in fol. Eliae Ehingeri Theologi & philologi celeberrimi, anno 1573. in coenobio oettingenſi, cui nomen Chriſtgarten, nati, & anno 1653. Ratisbonae mortui, munera varia, quibus praefectus, & fata, quibus agitatus fuit, aduerſa, cognoſci poterunt ex *memoria* Eliae Ehingeri *renouata, & translata ex concione funebri germanica, habita a* M. Andr. Steinero, in Henning. Wittenii *Memoriis philoſophor.* Decad. VI. p. 160 ſqq. Excerptum ex illa dedit Paull. Freherus in *Theatr. viror. erudit. claror.* pag. 1542. Illi autem in exponenda Ehingeri vita praeripuit palmam Vir Cl. Jacobus Bruckerus, qui cum orbe litterario communicauit: *de vita & ſcriptis celeberrimi quondam viri* Eliae Ehingeri *Commentationem, qua haud pauca, hiſtor. litterar. praeſertim* auguſtanae, *illuſtrantia adducuntur. Accedunt ex ſchedis eius nondum editis quaedam. Auguſtae Vindelicor.* 1724. in 8. pp. 196. *Additamenta* ad iſtam *vitam* inueniuntur in Jo. Georg. Schelhornii *Amoenitatib. litterar.* Tom. IIX. p. 646 ſeqq.

CXI.

CXI.

BRVNONIS, *Carthuſianorum Patriarchae ſ ctiſſimi, Theologi Pariſienſis ſcholae doctiſſimi: Remenſis eccleſiae canonici moratiſſimi:* Opera & ta poſt Indicem ſerie litteraria indicanda. *Ven dantur a Jodoco Badio Aſcenſio, ſub gratia & pr legio poſt vitam explicandis.* in fol. folior. 520. cept. praemiſſ. folior. 8.

Omnium operum, quae S. BRVNONI vulgo buuntur, prima & minus obuia haec eſt collectio, teris romanis admodum nitide exſcripta. In Mich Maittaire *Annalibus typogr.* nulla illius facta eſt m tio. Jodocus Badius Aſcenſius illam dicauit Lau tio Alamandi Gratianopolitanorum *Epiſcopo & p cipi, diuique* Saturnini *apud* Toloſſanos *antiſtiti magnae* Carthuſiae *Conſeruatori & tutelari praeſi* Opera quae euulgauit Aſcenſius a Gulielmo Bibau carthuſienſi, ſe accepiſſe teſtatur, in epiſtola ded toria, *apud Parrhiſios ſub Paſcha* 1524. ſcripta. ſtolam ſequitur *tabella atque index ſerie litteraria opera* B. BRVNONIS carthuſianae *religionis au catiſſimi inſtitutoris.* In hac operum collectione periuntur 1) *Liber expoſitionum CL. Pſalmorum* vid. fol. 1-248. eius in fine haec leguntur ve *Finis expoſitionis luculentiſſimae & eruditiſſi* B. BRVNONIS Carthuſianorum *patriarchae & th logiae in ſchola* pariſienſi *profeſſoris doctiſſimi. In pographia* Jodoci Badii Aſcenſii, *ad Calendas Fe M. D. XXIIII. Calculo roma. Deo gratiae.* 2) *ber expoſitionum omnium epiſtolarum beati* Pauli 2 432. vbi haec adpoſita conſpiciuntur: *Finis comm tariorum non vulgarium* B. BRVNONIS carthuſia *religionis patriarchae & theologiae in ſchola quon* Pariſienſi *profeſſoris doctiſſimi. Quae vero ex b* Johanne Chryſoſtomo, *de diui* Paulli *laudibus, his*

poni ſolent, quia nihil ad B. BRVNONIS *opera faciunt, & ad collectanea* Venerabilis Bedae *in eiusdem epiſtolas appoſuimus, his non duximus apponenda. Subiicitur epiſtola,* Pauli *ad* Laodicenſes *nuper in antiqua bibliotheca inuenta; ſed quia inter catholicos vulgo non legitur, non eſt a* BRVNONE *elucidata.* 3) *Opuſcula* B. BRVNONIS nimirum a) *Liber de laudibus eccleſiae* continens capit. IIX. fol. 433 - 440. b) *Liber de ornamentis eccleſiae* Cap. XII. 441 - 453. c) *Liber de nouis* Cap. X. 453 - 462. d) *Liber de feſtiuitatibus feſtiuitatum ſeu de feſtis domini* complectitur Sermones XIIX. 463 - 477. e) *Sermones V. de beata virgine* 477 - 481. f) *Sermones V. de martyribus,* 481 - 485. g) *de Sale & luce, ex verbis domini & ciuitate in monte poſita, de apoſtolis, de caeteris doctoribus ac confeſſoribus Sermones XI.* 485 - 495. h) *Sermo de virginibus,* i) *de ſancto* Michaele *archangelo,* k) *de contemptu diuitiarum* 495 - 497. Omnia haec *opuſcula,* iam Aſcenſii aetate S. BRVNONI fuiſſe abiudicata, teſtantur verba initio libri *de laudibus eccleſiae* conſpicua, vbi haec leguntur fol. 433. B. BRVNONIS Carthuſianorum *patriarchae eruditiſſima opuſcula, quae ſuſpecto titulo, quia neoterica manu, ſemel offendimus,* Brunoni Signen. *epiſcopo aſcripta; at cuiusuis ſint, bona ſunt, &* BRVNONIS *ſunt, & vt ex vetere inſcriptione adducor,* Carthuſiani. Eadem etiam pluribus verbis confirmata conſpiciuntur, in epiſtola dedicatoria, ſupra memorata, vbi inter alia haec legimus: *haec opuſcula, vt eſt mortalitas ad diſſenſionem propenſa nonnulli aliis potius addicunt: quorum argumenta omnia conuincunt, venerandae vetuſtatis codices, quorum vnus ad nos miſſus, hunc habet in fronte, eadem manu ac littera, qua reliqua, exaratum titulum.* Incipit liber magiſtri BRVNONIS, qui Carthuſiam inſtituit; *quem librum & titulum hic multis oſtenſum, vt ipſe quoque videas, iſtuc integrum remitto. Alter eſt in* Carthuſia magna, *habens omnia iſta opera,* BRVNONI *noſtro adſcripta: nec dubito*

alicubi extare alios. Verum refellamus iſtorum au
Eſt alius *inquiunt* ſtilus. *Eſt quoque* Horatio *aliu*
Odis, quam in ſermonibus & epiſtolis: quia diuer
decorum exigit. nec vna conuenit phraſis expoſition
ſpeluncis & cellis a minus literatis plerisque legend
& concioni, ad quam literati conueniunt, habene
Praeſcribitur *inquiunt* epiſcopo Signenſi: *ſed fa*
quia in dedicatione Carthuſiae (*vt opinor*) *ſuae ſe*
ſcopum negat. *Sed* Benedictum *inquiunt* patrem
cat, eum quem immodice laudat. *Vocat &* Abrah
patrem, quia eum imitandum hortatur & Benedict
praecipue ſibi propoſuit imitandum, prius eremicol
deinde coenobitam monachum. At ſcripſit in Exod
& Apocalypſin? *Nibil prohibet* BRVNONEM *hu*
in easdem ſcripſiſſe, licet forte non extent. Ad h
omnia reſpondit, ea confutauit, & argumentis,
fallimur, idoneis demonſtrauit, non S. BRVNON
carthuſianum, ſed S. Brunonem, ex monacho aſte
ordinis benedictini in Liguria, Abbatem caſinenſe
& deinde Epiſcopum ſignienſem, anno 1125. m
tuum, verum *opuſculorum* eſſe auctorem, Maurus M
cheſius, panormitanus, Congregationis caſinenſis m
nachus, in *diſſertatione hiſtorica, de* S. Brunone, aſte
atque ab eo conſcriptis libris, in *Bibliotheca maxi*
patrum Tom. XX. edit. *lugdunenſ.* 1677. p. 1296 ſ
Eadem *opuſcula*, titulo *Sententiarum* Brunonis, aſte
ſis, *Libri VI.* eidem Tom. *Bibliothec. max. Patr.*
inſerta leguntur p. 1739 ſqq. Diſertis praeterea v
bis Brunoni aſtenſi tribuuntur, a Petro Diacono, m
nacho, ac bibliothecario ſacri caſinenſis archiſterii,
Opuſculo *de viris illuſtribus* caſinenſibus Cap. XXXI
p. 58. edit. Jo. Baptiſt. Mari, *Lutet. Paris.* 1666. in
& ab Auguſtino Oldoino, in *Athenaeo* liguſtico,
ruſ. 1680. in 4. p. 121. Conf. Jo. Alb. Fabricii
blioth. med. & infim. Latinit. L. II. p. 786 ſeqq.
veniuntur denique in editione *Operum* BRVNON
aſcenſiana, 4) *Vita* B. BRVNONIS, oratione ſol
conſcripta, multisque figuris, ligno inciſis, orn

Ini

Initio fabula illa depicta conſpicitur, quam cauſſam fingunt nonnulli, qua ſanctus BRVNO permotus, in eremum receſſerit. Raimundum nimirum Diocrum, Doctorem pariſienſem, mortuum, & iam feretro impoſitum, veluti de ſomno expergefactum, & ſe *adcuſatum, iudicatum,* & *damnatum* pronunciaſſe, memorant. Legebatur quidem eadem fabula, in *breuiario* olim *romano*, ſed ſapienti poſtea conſilio expuncta fuit. Inuenti tamen recentioribus temporibus fuerunt nonnulli, eccleſiae romanae doctores, qui veritatem fabulae, nouis argumentis adſtruere ſuſtinuerunt. Eminent inter illos Polycarpus de la Riviere, Carthuſianus, qui fabulam defendit in libro, qui inſcribitur: *L'Angelique des excellences & perfections immortelles de l'ame, Lyon* 1626. in 4. Theophil. Rainaldus in *Antemurali*, quod praemittitur libro, hoc titulo: S. Joannes Benedictus, *Paſtor & Pontifex* Auenione *an etiam* Lugduni? *lucubratio ex qua iudicari poteſt, an ſanctus* Benedictus, *inter ſanctos* lugdunenſes *recenſeri merito poſſit, Auenione* 1643. in 8. edito; Andreas du Sauſſay, in *epiſtola didaſcalica, de cauſſa conuerſionis* S. BRVNONIS Carthuſianorum *patriarchae*, *Colon.* 1645. in 8. quam editionem curauit Barthold. Nihuſius, qui *epiſtolam* praemiſit, in qua eamdem fabulam defendendam ſuſcepit. Recuſa fuit A. du Sauſſay *epiſtola didaſcalica Paris. iuxta exemplar colonienſ.* 1646. in 8. pp. 51. Strinxit contra fabulae patronos calamum Jo. Launoius, & edidit *de vera cauſſa ſeceſſus* S. BRVNONIS *in eremum, diſſertationem: ſeu defenſam* romani breuiarii *correctionem, circa hiſtoriam* S. BRVNONIS, *Paris.* 1646. in 8. Recuſa fuit cura Joan. Portneri *Argentorati* 1656. in 8. *Tertia editio auctior & correctior* prodiit *Paris.* 1662. in 8. ad quam illa exſcripta eſt, quam dedit Georg. Serpilius *Francof.* 1720. in 4. Inſerta etiam legitur Tom. II. P. II. *Operum* Jo. Launoii *omnium.* Id admodum aegre tulerunt Theophilus Rainaldus, & Joannes Columbi e S. J. qui Launoium

editis impugnarunt ſcriptis. Prior euulgauit nom
Honorati Leotardi adſumto, Herculem Commo
num Launoyum *repulſum, pro* Breuiario romano,
ſtigmatibus S. Franciſci, *pro translatione aedis* lau
tanae, *Aquis Sext. typis Monerianis* 1646. in 8.
tyrae mordaciſſimae argumentum Niceron T
XXVI. des *Memoires* pag. 285. his expreſſit ve
De tout les livres qu'on a de Raynaud, *il n'y en a p*
qui ſoit plus rempli d'emportemens & d'iniures
celui-ci: c'eſt une Satyre depuis le commencement j
qu' à la fin. Il y repreſente M. de Launoi *ſous le p*
ſonnage de l'Empereur Commode, *qui quoique le p*
lâche des hommes, croioit ſe rendre formidable en s
billant en Hercule; *& comme un homme qui attaq*
ſans aucune raiſon les anciennes traditions des Egli
Idem paullo poſt, litem denuo mouit, & in luc
prodire iuſſit *Trinitatem Patriarcharum*, S. BRVN
NEM *Stylitam myſticum*, S. Franciſcum Paulan
Oromasdem religioſum, ex luce & veritate compact
S. Ignatium Loyolam, *animam mundi, Lugduni* 16
in 8. Poſterior emiſit contra Launoium *diſſerta*
nem de Carthuſianorum *initiis, ſeu quod* BRVNO
actus fuerit in Eremum vocibus hominis rediuiui, P
ſiis, *qui ſe accuſatum, iudicatum & damnatum ex*
mabat; quae legitur P. I. *Opuſculor.* eius *var*
Lugdun. 1668. in fol. editorum. Conf. de hac c
trouerſia Jo. Launoii *elogium Londini* 1685. in 8.
ſeqq. Niceron *Memoires* Tom. XXXII. p. 106 ſ
Obſeruat. halenſes *ſelect.* Tom. VII. pag. 380 ſ
Vita iſta BRVNONIS, cuius fidei parum eſſe
buendum, Launoius l. cit. Cap. II. §. 4. monuit,
anno 1508. cum *expoſitione in epiſtolas* Paulli i
prodierat. In editione *aſcenſiana* illi ſubiiciur
5) *Epigramma paraeneticum ad caeleſtia capeſſen*
beati BRVNONIS *Confeſſoris &* Carthuſian. *patr*
chae, 6) *Epitaphium*

Laudandus BRVNO *fuit in multis ſed in vno*
Quod fuit aequalis vitae, vir in hoc ſpecialis

Sem

Semper erat feſto vultu, ſermone modeſto:
Cum terrore patris, monſtrauit viſcera matris:
Nullus eum magnum, ſed mitem ſenſit vt agnum
Prorſus in hac vita, verus fuit Iſraelita
Hunc Deus a poenis rape: ſedibus infer amoenis.

7) *Epiſtola Sodalium* carthuſianorum Sanctae Mariae ab Eremo, *quae dicitur* Turris in Calabria, *ad plurima religioſorum & eccleſiaſticorum virorum collegia, pro iuſtis patri ſuo de more ſoluendis*, ſcripta prid. Non. Octobris an. 1101. 8) *Vita* B. BRVNONIS *a* Zacharia Benedicto, Italo, patria vicentino, Ord. cartuſiani, in coenobio S. Andreae de littore, Venetiis, circa annum 1508. claro, carmine hexametro ſatis terſo conſcripta. Praemittuntur illi Antonii Poſſidii, tergeſtini, *poetae laureati, ſacerdotisque iureconſulti;* Marci Antonii Caballii, romani, *poetae laureati;* Petri Calcidii, capuani; Dominici Palladii, ſorani, carmina encomiaſtica. Inſcripſit Zacharias Benedictus, poemarion ſuum, nomine Franciſci a Puteo, carthuſiens. Ordin. general. Prioris. Errant qui *vitam* B. BRVNONIS carmine conſcriptam, & poemation *de ſacratiſſima ordinis carthuſienſis origine ac ſucceſſu*, opuſcula eſſe diuerſa ſibi perſuadent. Conf. de Zacharia Benedicto, Gerard. Jo. Voſſius *de Hiſtoric. latin.* L. III. Cap. X. p. 583. Anton. Poſſeuinus in *Apparat. ſacro* Tom. III. pag. 379. Theodor. Petreius in *Bibliotheca carthuſiana, ſiue illuſtrium ſacri* carthuſienſis *ordinis Scriptorum catalog. Colon.* 1609. in 8. p. 297. Carol. Joſ. Morotius in *Theatro chronologico ordinis* carthuſ. *Taurini*, 1681. in fol. p. 116. Chriſt. Schoetgenius in *Continuat. Bibliothec.* Fabric. *med. & infim. Latinit.* L. XXI. p. 919 ſqq. Vltimum, in Collectione *Operum* S. BRVNONIS, occupat locum 9) *Hecatoſtichon apologeticum*, D. Jacobi Hieronymi, *carthuſianam Religionem*, *in* valle viridi, *ad pomoeria* pariſina *profeſſi, quo phraſin* B. BRVNONIS *patris ſui, quod naſutis hominibus humilior videatur, a calumnia defendit, & ſententiarum pondera lance*

 iuſta

iuſta appendit. In fine *Operis* haec tantummodo guntur verba: *Sub Paſcha MDXXIIII.* (1524) *typographia* aſcenſiana. His verbis ſubiiciuntur v ba; *ex priuilegio regio in quadriennium & ex prot ſione* Prioris Carthuſiae magnae, *ne dicto quadri nio durante, quispiam religioſorum ſuorum alubi ci imprimenda opera* BRVNONIS, *aut impreſſa* *mat, ſub ſolita religioſis poena.* Recentiſſima *ope* S. BRVNONIS editio eſt, quam Theodorus Pe ius, *Coloniae ex officina Bernardi Gualtheri* 16 III. Tom. in fol. euulgauit. Conſpectum illius in Joan. Alb. Fabricii *Biblioth. latin. med. & in Latinit.* L. II. p. 786 ſqq. Praeter auctores, qui tam S. BRVNONIS, Germani, e Colonia agripp oriundi, in eremo Calabriae, anno 1101. mortui ſanctis an. 1514. a Leone X. adſcripti, exhibuer a Fabricio l. c. memoratos, conferri merentur A nii Poſſeuini *Apparat. ſac.* Tom. I. pag. 252. Rob Bellarmini *de Scriptor. eccleſ. Liber* p. 294 ſqq. *Paris.* 1658. in 8. Guil. Caue *Hiſtor. litter. Scrip eccleſiaſticor.* p. 623. Anton. Pagi *Critica in Ann* Baronii Tom. IIII. p. 294 ſqq. 323. 346 ſeqq. N Alexandri *Hiſtor. eccleſiaſt.* Secul. XI. & XII. Tom. Cap. V. Artic. IIX. p. 509. & Scriptores ab illis c

CXII.

Venerabilis patris, fratris JOHANNIS DE PISTRANIS, *ordinis minorum & iuris vtr que doctoris*, Tractatus de Cupiditate. in fol. fo minor. folior. 83.

In indicibus operum, quae Henricus Wharto Caſimir. Oudinus, aliique JOANNI CAPISTRA adſcribunt, nullum reperitur, quod *de cupiditate* ſcribitur: Robertus tamen Bellarminus *de Scrip eccleſiaſt.* p. 391. Lucas Waddingus *de Scriptor.*

M

Minorum Rom. 1650. in fol. pag. 196. opus illum *de Cupiditate* compoſuiſſe memorant, quod Joſias Simlerus in *Bibliotheca* p. 352. & Anton. Poſſeuinus in *Apparat. ſacr.* Tom. II. p. 130. libris tribus abſolui ſcribunt, quamuis in exemplari, quod ante oculos poſitum eſt, duo tantummodo *tractatus*, vel, ſi mauis, libri reperiuntur, quorum poſterior in tres diuiditur partes. Librum ſeculo XV. litteris gothicis impreſſum, non vulgaris eſſe raritatis, ex eo coniicimus, quod nemo e ſcriptoribus, qui JOAN. CAPISTRANI opera recenſent, illum editum fuiſſe perhibet. Sed forte recentior libri exſtat editio. Cum enim apud nonnullos v. c. Henr. Whartonum in *Adpendice ad* Guil. Cauei *Hiſtor. litterar. Scriptor. eccleſiaſtic.* pag. 121. Caſimir. Oudinum in *Commentar. de Scriptor. eccleſ.* Tom. III. col. 2462. JOANNIS CAPISTRANI *de vſuris & contractibus* librum *Venetiis* an. 1583. impreſſum legimus, in eam inducimur ſententiam, vt librum eſſe *de cupiditate* credamus, qui, mutato titulo, in lucem editus fuerit. Per omnem enim fere librum, nihil aliud, praeter materiam de foenore, vſuris, & quae eo ſpectant, deprehendimus. Sed aliis id disquirendum relinquimus, cum librum *de vſuris, Venetiis* impreſſum, euoluere nobis non licuit. Initium *tractatus* ſiue libri I. tale eſt; *Tractatus de cupiditate venerabilis patris fratris* JOHANNIS DE CAPISTRANIS *ordinis Minorum & iuris vtriusque doctoris. In quo de variis criminibus per quae aliena vſurpantur. Nec non de vſura. pleniſſime ſocietateque mercatorum licita & illicita. de comparatione redditum perpetuorum & vitalium in pecunia aut rebus aliis cum pacto redemptionis & ſine. Materia etiam monete. & complura vtilia. & quotidie occurrentia. continentur. feliciter incipit.* Secundi libri pars prima, inſcribitur *caſuum declaratio*, quoniam in illa varii adducuntur caſus, *in quibus vſura ſit licita, quibusve licet vltra ſortem exigere vel accipere.* Secunda pars nominatur *ſpecierum diſtinctio, in qua ponitur*

ſeu diſtinguitur vſura in quatuor ſpecies, in reale mentalem, manifeſtam & palliatam. Tres prior ſicco, quod aiunt, pede tranſiit, & per omnem fe partem ſecundam *de palliata vſura* loquitur. T tiae parti titulum fecit *figurationis*, vbi *vſurari ſeptem turpiſſimas & horribiles figurationes ample* ait *in ſe ipſo, quippe qui figuretur,* 1) *per infernu* 2) *per mortem,* 3) *per mare,* 4) *per flumen,* 5) *p canem,* 6) *per talpam,* 7) *per araneam.* Quo te pore & ex qua typographica officina, liber in luce exierit, non conſtat, cum in calce illius nihil tale r peritur. JOANNES CAPISTRANVS ſ. A CAI STRANO ſ. DE CAPISTRANIS, Italus, non H ſpanus, vt a Petro Ranzano in *Epitome rerum hung ricar.* Indice XXV. in Jo. Georg. Schwandtneri *Sc ptor. rerum hungaricar.* Tom. I. *Lipſ.* 1746. p. 38 perperam vocatur, cognomen a Capiſtro, vico apı tino adeptus eſt. E nobili Chiolorum ſtirpe oriu dus, anno 1385. in lucem editus fuit. S. Berna ſenenſis diſcipulus, Minoritarum regularis obſerua tiae, in conuentu florentino ſodalis, & ordinis f in cismontanis partibus bis vicarius generalis, & ha reticae prauitatis per Germaniam, Hungariam, Boh miam, & regiones adiacentes inquiſitor, eorum q eccleſiae romanae aduerſabantur, infenſiſſimus hoſ exſtitit, & non ſolum concionibus eos ad frugem, credidit, reducere conabatur, ſed etiam igne, ferr que, quibus renitentes proſequutus eſt. In Camp nia & Piceno, id experti fuerunt ſic dicti fratrice quorum oppidula octoginta ſex combuſſit. Cum H ſitis in Germania, & Bohemia grauiſſimum bellu geſſit Tandem ad Turcas conuerſus, collectis mi tum, & ruſticorum cruce ſignatorum copiis ingen bus, Taurino, vrbi Hungariae munitiſſimae, qu vrbs Belgradum hodie vocatur, a Muhamete, Turc rum Imperatore obſeſſae, anno 1456. ſuppetias tul ipſe crucem vexilli loco praeferens, in prima ac conſtitit, magnaque clade Turcas repreſſit, vrbemq

obſidio

obſididione liberauit. Vid. Aen. Sylulii *Hiſtor. bohem.* Cap. LXV. p. 137 ſqq. edit. *Oper. Baſil.* 1551. in fol. M. Joan. de Thwrocz *Chronica* Hungarorum Cap. LV. in Jo. Georg. Schwandtneri *Scriptor. rerum hungaric.* Tom. I. p. 272 ſqq. Petri Ranzani *Epitome rerum hungaricar.* indice XXV. & XXVI. apud. Schwandtner. l. cit. p. 384 ſqq. Petri de Rewa *de Monarchia & S. Corona regni* Hungar. Centur. V. apud Schwandtner. Tom. III. p. 669 ſqq. Anton. Bonfinii *rerum hungar.* Decas III. Libr. IIX. p. 487 ſqq. edit. *wechel.* 1581. Multum in animis hominum eius valuiſſe conciones, quas latino ſemper pronunciauit ſermone, verba teſtari poterunt Alberti Krantzii, qui *Hiſtor. eccleſ.* L. XI. Cap. 39. p. 313 ſqq. edit. *Wechel.* 1576. in fol. ait: *poſt duos annos venit ex* Italia *religioſus pater* JOANNES DE CAPISTRANO, *ordine Minor. reformationis excitator acerrimus*, Bernardini *diſcipulus, eius qui primus de reformatione eius ordinis curauit in* Italia. *Venit (inquam) in* magdeburgenſem *prouinciam; Ipſius viri (vt ferebant) adſpectus mouebat adſtantes, ipſe dicentis adparatus, (nam vernaculae noſtrae expers, latina lingua vtebatur) in populo energiam fertur habuiſſe mirabilem, cum poſt illum ex fratribus, qui eum multi & praeſtantes viri ſequebantur, aliquis interpretaretur populo, quae ille ante enunciaſſet, vtriusque ſermone in quintam horam extracto, cum prior* JOANNES *in tribus, & qui ſequebatur, per reliquum tempus diſſereret. Commonuit vsque adeo populum, vt omnia vana ludorum genera, ſcacos, aleas, quidquid id generis eſt, conferrent in forum, fœminae toralia, & ſtructuras capitis, ac alia redimicula vana, vno igne, inſpectante populo concremarent.* Obiit Villaci, in diœceſi quinqueccleſienſi, mœrore, ob Matthiae Hunniadis Coruini mortem, teſte Bonfinio l. cit. p. 494. correptus, anno 1456. aetatis ſuae LXXXI. A Gregorio XV. pontifice, ob praeclara in eccleſiam romanam, ad quam XII. millia infidelium, pluresque ſchiſmaticos, reuocaſſe dicitur, merita, *beatis*, ab Alexan-

dro IIX. vero, anno 1690. *ſanctis* adſcriptus fuit. Vi
JOANNIS CAPISTRANI, data, quod aiunt, opera,
ſcripſit Amandus Hermannus, monachus franciſcai
titulo CAPISTRANI *triumphantis*, *Prag*. 1700. in
Conf. de illo, praeter ſcriptores iam citat. merer
Joannis Cochlaei *Hiſtoria* Huſſitarum, *apud ſanc*
Victorem prope Moguntiam, 1549. in fol. L. X
366 ſqq. Jo. Dubrauii *Hiſtoria bohemica* L. XXVI
p. 237. L. XXXI. p. 240 edit. Marqu. Freheri, W
cesl. Hagecii *boehmiſche Chronica*, *überſetzt durch*
Sandel *Prag* 1596. in fol. Tom. II. fol. 154 ſqq.
Weichard Valuaſſors *Ehre des Herzogthums* Crain, *L*
bach 1689. in fol. Tom. I. Libr. IIX. Sect. I. p. 498
Joan. Dlugoſſi *hiſtoria polonica* paſſim, inprimis L. X
col. 74 ſqq. edit. *Lipſ*. 1712. vbi illum praedicatio
ſuas, ſignis & operibus ſtupendis confirmaſſe, m
tuis vitam, coecis viſum, multis linguae vſum, cl
dis greſſum, paralyticis membrorum ſanitatem, f
verbo, in nomine Jeſu Chriſti contuliſſe, & plen
ſpiritu domini prophetico, omnes languores cur
iactitat. Eadem ex Aeneae Syluii *Vita* Friderici
refert Jaques Lenfant in l'*hiſtoire de la guerre des* H
ſites, *&* *du Concile de* Basle Tom. II. L. XXIII. p
254 ſqq. Anton. Mongitore in *Bibliotheca ſicula* T
Panorm. 1714. in fol. p. 22. Antonium Seſſam,
normitanum, prelo parata habuiſſe s. JOANNIS
CAPISTRANO ordinis Minorum Obſeruantium, *op*
omnia, diuturno labore viginti annorum colle
notis illuſtrata, & in Tomos XVII. digeſta, in
ſcribit.

CXIII.

Canones Penitentiales ex variis ſanctorum P
tificum decretis collecti, quorum noticia
ris eccleſiaſticis non minus vtilis quam neceſſa
in 4. folior. 8.

Lipſi (Lipſiae) *impreſſit* Jacobus Thanner Herbipolitanus. *Anno noſtre ſalutis Milleſimo quingenteſimo ſeptimo* (1507) opuſculum litteris gothicis. Editorem nactum eſt Matthiam Weysman, Cuickauium, *artium in academia* lipſienſi, *liberalium profeſſorem*, qui epiſtolam dedicatoriam ad Joannem Czeydler Cuickauium, *artium Philoſophie Magiſtrum*, *ſacrarumque litterarum expoſitorem*, praemiſit. Quamquam, inter romanae eccleſiae doctores, de *canonum pœnitentialium* numero & ordine non conuenit, & alii cum fratre Angelo de Clauaſio, eos ad numerum vigenarium referunt, alii cum Henrico de Bartholomaeis R. E. Cardinali & epiſcopo hoſtienſi XLVI. *canones* eſſe ſtatuunt; editor tamen Athanaſium ſequitur & *Canones* XLVII. ex *ſumma* fratris Aſteſani excerpſit. Illis addidit excerptum, ex Auguſtini libro, *de pœnitentia*, in quo agitur, *de iis, quae in poenitentia, peccatores conſiderare oportet.*

CXIIII.

Tractatus *ſancti* BONAVENTURE, Breuiloquium, itinerarius mentis in Deum, Paruum bonum (*ſiue*) regimen conſcientie, (*ſiue*) Fons vite. Soliloquium ſiue de quattuor exercitiis deuotorum. Lignum vite. Centiloquium. Apologia pauperum. Epiſtola eiusdem eliminans errorem cuiusdam magiſtri circa regulam beati Franciſci. Epiſtole plures. Epiſtola eiusdem dans regulam omnibus in Chriſto viuere volentibus. Viginti paſſus de virtutibus bonorum religioſorum. De reductione artium ad theologiam. De tribus ternariis infamibus. Expoſitio orationis dominice. De ſeptem gradibus contemplationis. Laudiſmus (*ſiue*) Laudiſonus de ſancta cruce. in fol. folior. 274.

Codex

Codex litterarum charactere gothico exſcriptus e
Quamuis in fine, nec loci, nec anni, nec typograp
indicium exhibetur, editionis tamen annus, bis in i
inuenitur. Septimae enim parti *breuiloquii* haec ver
adiecta ſunt: *Finit hic breuiloquium Fratris* BON
VENTVRE *ordinis Minorum Deo gratias B. D.*
Anno Dni M. CCCC. LXXXIIII. Et in fine *Centiloq*
haec leguntur verba: *Et ſic eſt Finis Centiloquii ve*
rabilis BONAVENTVRE *duce & generali magiſ*
fratrum Minorum Cardinali epiſcopo titulo albanens.
ſacre theologie doctore eximio. Finitique anno dom
M CCCC. LXXXIIII. (1484) *in vigilia Petri & Pa*
apoſtolorum &c. Mich. Maittaire haec collectio n
innotuiſſe videtur. Voculam *fiue* in titulo, quem
ſcripſimus, vncis incluſam, addidimus, ne lector
plures in collectione exſtare exiſtiment, quam re ip
in illa inueniuntur, *tractatus*.

CXV.

Egregium opus, ſubtilitate & deuoto exerci
precellens paruorum opuſculorum, *docto*
ſeraphici ſancti BONAVENTVRE. Prima pars
fol. formae minor. folior. 355. excepto prolo
& tabula folior. 26.

Secunda pars folior. 349. ſi prologum & ta
lam foliorum 20. exceperis.

Vtriusque voluminis litteris gothicis exarati, ar
mentum ex exemplari Bibliothecae ſancti German
Pratis pariſienſibus (*S. Germain des Près*) expoſ
Caſimir. Oudinus Tom. III. *Commentar. de Scrip*
& ſcriptis eccleſiaſtic. col. 386 ſqq. In primi v
minis calce haec leguntur verba: *Finiunt tract*
quamplurimi ſancti BONAVENTVRE *de volu*
prime partis. Impreſſi Argentine. *An. dni M. CCCC.*

In ſecundi voluminis fine, haec ſe obferunt oculis verba: *Finiunt tractatus quamplurimi ſancti* BONAVENTVRE *de volumine ſecunde partis. Impreſſi* Argentine *anno dni. M CCCC. XCV.* (1495) *Finiti ſexta feria ante feſtum, ſancti Thome apoſtoli.* Sine dubio eadem editio eſt, quam Mich. Maittaire Tom. I. *Annal. typogr.* p. 596. adtulit, ſed *quatuor* ibidem *volumina* complecti dicitur opus, quod tamen *duobus* tantummodo *tomis* abſoluitur. In ſplendidiſſima omnium *Operum* S. BONAVENTVRE editione, quae iuſſu Sixti V. curantibus Conſtantio Buccafoco, Cardinali Sarnano, Angelo Rocca, Franciſco Lamata, & Petro Galeſinio, *Romae ex typographia vaticana* 1588 - 1596. VII. Tomis in fol. prodiit, haec *opuſcula* duobus voluminibus poſterioribus comprehenduntur. Cum vero editio *Operum* S. BONAVENTVRAE *romana opuſcula* ob oculos ponat LXXIII. & in prima, quam adtulimus, editione *argentinenſi*, LXVIIII. tantummodo reperiantur, id potiſſimum Caſimir. Oudinus l. c. col. 383. aemulationi, inter fratres ordinis Minorum, & Praedicatorum tribuit. En! ipſa illius verba: *Nouerunt in hiſtoriis eruditi, quam aemulationem ab antiquo inter ſeſe habuerint, ambo ordines* Fratrum Minorum *&* Praedicatorum: *vnde quemadmodum* Pius V. *Dominicanus*, S. Thomam Aquinatem *inter Eccleſiae Doctores accenſuerat, ita etiam* Sixtus V. *Franciſcanus* S. BONAVENTVRAM *ſodalitii ſui alumnum, ſextum Eccleſiae Doctorem inſtituit. Et quemadmodum etiam fratres Dominicani in editione* romana *anni 1570. omnium* S. Thomae Aquinatis *opuſculorum ad LXXIII. opuſcula vndique emendicata peruenerant: ita Franciſcani an. 1596. in editione* romana *omnium* S. BONAVENTVRAE *opuſculorum, ad opuſcula LXXIII. aſſurgunt, ne poſteri minorem* Thoma Aquinate S. BONAVENTVRAM *crederent.* Multi quidem. data, quod aiunt, opera, S. BONAVENTVRAE, balneoregienſis (Bagnarea) Heruſci, Doctoris ſeraphici, Ordinis Minorum generalis, Epiſcopi albanenſis, Presbyteri cardinalis, & ſexti

eccleſiae

eccleſiae latinae doctoris, qui graece Eutych
ſiue Euſtachius, patrio vero nomine, Joannes Fida
adpellabatur, vitam litteris conſignarunt, ſed p
ceteris legi merentur Anton. Poſſeuini *Apparat. ſa*
Tom. I. p. 245 ſqq. Guil. Caue *Hiſtor. litterar. ſcript*
eccleſ. p. 728 ſqq. Caſimir. Oudini *Commentarius*
ſcriptor. & ſcriptis eccleſ. l. cit. vbi diſſertatio ſing
laris *de vita & ſcriptis* S. BONAVENTVRAE rep
ritur. Theophili Rainaldi *Indiculus Sanctorum* lugc
nenſ. T. IIX. *Operum* p. 37 ſqq. Dominique de Col
nia *Hiſtoire litteraire de la Ville de* Lyon Tom. II.
307 ſqq. Joan. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & inf*
Latinit. L. II. p. 690 ſqq. Jo. Henr. a Seelen *ſer*
de BONAVENTVRA *ſcholaſtico doctore*, in eiusde
Eclogario, Lubec. 1745. in 8. p. 51 ſqq. Anonymi m
nachi franciſcani *Hiſtoire abregée, de la vie, des vert*
& du culte du St. BONAVENTVRE *de l' Ordre de l*
Mineurs, Cardinal Evêque d' Albano, Docteur de l' Egli
& Patron de la ville de Lyon, *écrite par un Religie*
Cordelier, à Lyon 1750. in 8. quibus in libris omni
quae Petrus Galeſinius, Octauianus de Martinis, L
cas Waddingus, Claudius Floridus, Adrianus Baillet
alliique plures, de S. BONAVENTVRA paullo pr
lixius narrauerant, in compendium redacta leguntur

CXVI.

Corpus vniuerſae Hiſtoriae, praeſertim Bizan
tinae. JOANNIS ZONARAE Annales, auc
additionibus GEORGII CEDRENI NICETI ACC
MINATI CHONIATAE lib. XVIIII. NICEPHOR
GREGORAE lib. XI. LAONICI CHALCONDYLA
lib. X. hiſtoriae Turcicae. In fine etiam additu
eſt locupletiſſimus rerum Index. *Lutetiae apu*
Gulielm. Chaudiere, via Jacobaea, ſub inſigni Tempori
1567

1567. *Cum priuilegio regiae Maieſtatis.* in fol. folior. 172. except. praemiſſ. folior. 34.

Ita inſcribitur pars prima Collectionis latinae, aliquot ſcriptorum, qui in exponendis Imperatorum byzantinorum rebus geſtis, operam poſuerunt. Ex eo autem tempore, quo *hiſtoriae byzantinae ſcriptores Pariſiis* & *Venetiis*, graece & latine in lucem prodierunt, eiusmodi collectiones latinae neglectae, raro ſe obferre ſolent, & in bibliothecis inſtructiſſimis, tantummodo deliteſcunt. Typographus Guilielmus Calderius, ſiue Chaudiere, in epiſtola dedicatoria, ad Jacobum a S. Andraea, *praefecturae libellorum ſupplicum, in curia* Pariſienſi, *Praeſidem*, Franciſci Balduini, JCti clariſſimi, inſtinctu factum eſſe adfirmat, quod ex officina libraria, quam, eo tempore, inſtruxerat; ſpeciminis loco, hoc *byzantinae hiſtoriae corpus*, quod in Germania, per partes, editum erat, vno volumine comprehenſum ederet. Poſt epiſtolam dedicatoriam Lutetiae Pariſiorum 1566. id. Nouembr. ſcriptam, reperiuntur duo G. Genebrardi Theologi pariſienſis epigrammata, alterum latinum, *ad ſtudioſos hiſtoriae*, alterum graecum *de* ZONARA *&* *ceteris hiſtoriae byzantinae ſcriptoribus.* Verſio ZONARAE ipſa Hieron. Wolfii eſt, cuius & hic reperitur dedicatio, ad Anton. Fuggerum, Kirchbergae & Weiſſenhorni dominum, Caeſareae Maieſtati a conſiliis. Is ſane praemio propoſito Hieron. Wolfium excitauerat, vt hunc ſuſciperet laborem, & JOANNIS ZONÁRAE *Annales*, ex viennenſi MSto, & aliis quatuor codicibus, *cum verſione & notis Baſil.* 1557. in fol. in lucem emitteret. Conuerſionis ſuae rationem ipſe expoſuit, in epiſtola ad Anton. Fuggerum, memorata. Cum GEORGII CEDRENI *Chronicon Baſileae apud Jo. Oporinum & Epiſcopios fratres* 1566. in fol. prodiret, Guil. Calderius, eo praeſertim ſpectauit, vt Joannes Ayminius, e CEDRENO repeteret, & ZONARAE inſereret, quod magis deſiderabatur, ſicuti id in primis in

in tertio ZONARAE tomo factum eſſe conſpici
Omnium optima ZONARAE noſtris temporibus
editio, quae hoc in lucem emiſſa fuit titulo: IΩ
NOT του Ἀσκητου του ΖΩΝΑΡΑ γεγονοτος του μεγ
δρουγγαριου της βιγλας, καὶ πρωτοασηκρητις χρονικον. J
ZONARAE *Monachi, magni antea vigilum Praeſ*
& primi a ſecretis Annales. Carolus du Freſne D
du Cange *Regi a Conſiliis, &* Franciae *apud* Am
nos *Quaeſtor*, Wolfianam *editionem, cum ſcriptis c*
cibus contulit: latinam verſionem recenſuit, Annales i
illuſtrauit, Pariſiis e typographia regia 1686. in
formae maior. Tom. I. pp. 648. except. praem
Tom. II. pp. 362. & 163. non computatis indici
Diſplicuit Carolo du Freſne, Hieron. Wolfii diu
in tres tomos, & idoneam olim adhibitam, in pa
duas, & libros XIIX. reſtituit, librosque capitibu
ſtinxit, ſubiuncto *breui ſummario chronologico A*
nymi, ab Adamo, ad Alexium Comnenum, quod
ante illum Dionyſius Petauius, cum Nicephori
ſtantinopolitani *breuiario hiſtorico, graece & la*
Paris. 1618. in 8. euulgauerat. Repetita fuit e
ZONARAE pariſienſis, quae partem *Corporis hiſt.*
byzantinae conſtituit, *Venetiis in typographia Bar*
Jauarina 1729. in fol. formae maior. cuius rece
vid. in denen *Nachrichten von einer* halliſchen *B.*
theck Tom. V. p. 422. De JOANNE ZONARA
ſtantinopolitano, qui ſub Alexio & Joanne Comi
floruit, vid. Caroli du Freſne praefatio ad *Ann*
Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. V. Cap. IIII. p.
Cap. XLII. p. 241 ſqq. vbi variae *Annalium* editi
memorantur. Conf. Gerard. Joan. Voſſius *de I*
ricis graecis L. II. Cap. XXVII. p. 230 ſqq. edit. *L*
Bat. 1624. in 4. *Bibliotheca* hamburgenſis *hiſtori*
VIIII p. 91 ſqq. Guil. Caue *Hiſtor. litter. ſcripto*
cleſiaſtic. p. 748. Pars collectionis latinae ſec
hoc inſcribitur titulo:

NICE

Nicétae acominati choniatae, *Magni Logothetae ſecretorum Inſpectoris & Judicis veli, Praefecti ſacri cubiculi:* LXXXVI. Annorum hiſtoria, videlicet ab anno reſtitutae ſalutis circiter MCXVII. in quo Zonaras deſinit, vsque ad annum MCCIII. Libris XVIIII. deſcripta, quorum hic ordo eſt: I. Liber de rebus geſtis Joannis Comneni, Alexii filii, quem vulgo Caloioannem. VII. Libri de rebus geſtis Manuelis Comneni, filii Joannis I. Liber de Alexio Porphyrogenito, Manuelis Comneni filio. II. Libri de rebus geſtis Andronici Comneni. III. Libri de imperio Iſaaci Angeli Comneni. III. Libri de imperio Alexii Angeli Comneni, poſt fratrem Iſaacium caecatum & eiectum. I. Liber de Iſaacio, & filio eius Alexio, poſt recuperatum, Germanorum & Venetorum ope, Imperium: in quo etiam de Alexio Duca, cognomento Murzuflo, ſeu ſuperciliofo, & confuſione ſtatus publici, & Conſtantinopolitano excidio agitur. I. Liber de initiis imperii Balduini & Herrici fratrum, Flandriae Comitum. Opus Lectu iucundum & vtile, primum liberalitate magnifici & generoſi viri D. Antonii Fuggeri &c. Caeſareae Maieſtati a conſiliis, &c. Latine Hieronymo Wolfio Oetingenſi interprete editum, cum indice copioſo rerum: Nunc autem denuo cum graeco diligentiſſime collatum, ac proinde pluribus in locis, quam antea correctum & emendatum. *Lutetiae apud Guilielmum Chaudiere, via Jacobaea, ſub inſigni Temporis M. D. LXVI.* (1566) *Cum priuilegio regiae Maieſtatis* in fol. folior. 77. non numerat. indice folior. 7.

Comparauerat ſibi Antonius Fuggerus, Conſta
nopoli, per Joannem Dernſchuuan, ab Alexan
Chartophylace, Diacono conſtantinopolitano, *h*
riae byzantinae libros XXI. a NICETA ACOMINA
compoſitos, quos Hieronym. Wolfius, cum aliis c
bus MS. graecis, conlatos, adiecta verſione, & n
ſiue caſtigationibus, edidit *Baſil. ex officina oporin.*
1557. in fol. Dicauit illos, vt edito Zonara fac
erat, patrono ſuo Antonio Fuggero, epiſtola, c
etiam huic editioni praefigitur. Auxit vero typo
phus pariſienſis editionem ſuam *Michaelis Choni*
monodia, in funere NICETAE *fratris, a* Petro M
rello, *e graeco ſermone in latinum conuerſa.* Is 1
P. Morellus, nonnullos libros e NICETAE CH
NIATAE *theſauro orthodoxiae*, ſuadente Joanne a
Andrea tranſtulerat, quibus hanc *orationem* fra
funebrem & *epiſtolam* ad Joannem a S. Andrea,
qua obiter *vitam* NICETAE CHONIATAE nar
praefixit. Inſerta poſtea fuit haec *monodia* Micha
Bibliothec. maximae patrum T. XXV. *Lugd.* p. 1801
Finis imponitur huic parti ſecundae *indice rerum*
verborum ſatis copioſo. Quae Leo Allatius in H
Wolfii verſione caſtigauerit, vid. in *praefat.* li
quem, hoc, in lucem emiſit, titulo: *Excerpta va*
graecorum Sophiſtarum ac Rhetorum, Heracliti, Li
nii antiocheni, Nicephori Baſilacae, Seueri alex
drini, Adriani tyrii, Iſaaci porphyrogennetae, Th
dori cynopolitae *& aliorum. Annexa ſunt nonn*
carmina diuerſorum, & Leonis Allatii *ad* Vrbanum
Ennedecaëtericus, Carmine iambico, ex primo T
nondum edito, variorum antiquorum eiusdem All
ab eodem nunc primum vulgata graece & latine redd
Romae 1641. in 8. Anno 1593. Simon Goulart
ſiluanectenſis, NICETAE CHONIATAE *hiſtor*
byzantinam, ab Hieronymo Wolfio adornatam,
neuae in 4. recudendam curauit, illique *chronolog*
praemiſit, ſingulis libris *breuiaria* praefixit, *nota*
morales ac politicas, margini adpoſuit. Iſta po
ed

editio repetita fuit, inter *ſcriptores hiſtoriae byzantinae*, hoctitulo: ΝΙΚΗΤΟΥ ΑΚΩΜΙΝΑΤΟΥ Ἱστορία. NICETAE ACOMINATI CHONIATAE *Magni Logothetae, Secretorum Inſpectoris, & Judicis veli, praefecti ſacri Cubiculi, Hiſtoria:* Hieronymo Wolfio, Oetingenſi, *interprete. Editio gloſſario graeco-barbaro auctior. Cura & ſtudio* Caroli Annibalis Fabroti, J. C. *Pariſiis e typographia regia* 1647. in fol. form. maior. p. 464. excepta *epiſtola* dedicatoria ad Julium R. E. Principem Cardinalem Mazarinum, Goulartii *epiſtola*, ad Adrianum Junium Tyongium, Hieron. Wolfii *praefatione*, NICETAE *chronologia*, *gloſſario graeco-barbaro*, & *variis lectionibus* paucillimis, e codice regio excerptis, quae omnia folia 19. complent. In calce adiicitur *index* copioſiſſimus folior. 16. Recenſio vid. in *Biblioth.* hamburgenſi *hiſtorica* Tom. VIIII. p. 116 ſqq. Editionis repetitae *venetae* recenſio exſtat in den *Nachrichten von einer* halliſchen *Biblioth.* T. V. p. 429 ſqq. Miramur, quod editioni *venetae*, *fragmentum inſerendum ſub extrema Cap. III. Lib. de* Balduino Flandro, quod Jo. Alb. Fabricius L. V. *Biblioth. graec.* Cap. V. p. 405 ſqq. cum verſione latina, adtulit, non adpoſitum fuerit. Conf. de NICETA CHONIATE praeter Michaelis Choniatae *monodiam*, & P. Morelli *epiſtolam*, *de vita* NICETAE iam memoratam; Jo. Alb. Fabricius l. cit. Martin Hanckius *de ſcriptor. byzantinis* L. I. Cap. XXXI. p. 522 ſqq. Gerard. Joan. Voſſius *de Hiſtoric. graecis* L. II. C. XXVIIII. p. 234 ſqq. Guil. Caue *hiſtor. litterar. ſcriptor. eccleſiaſt.* p. 702. Tertiae partis titulus hic eſt:

NICEPHORI GREGORAE, Romanae, hoc eſt Byzantinae hiſtoriae libri XI. quibus res a graecis Imperatoribus per annos CXLV. a Theodoro Laſcari priore, vsque ad Andronici Palaeologi poſterioris obitum geſtae, deſcribuntur, & Nicetae Acominati Choniatae παραλειπόμενα ſupplentur:

Primum quidem liberalitate Magnifici & gene
Viri D. Antonii Fuggerii &c. & Hieronymi W
ſii labore, graece latineque editi, cum indice
pioſo nunc autem latine tantum, ſed adhibita pr
cum graeco diligenti collatione, qua certe n
pauca fuerunt emendata. His adiunximus LA
NICI CHALCONDYLAE Turcicam hiſtoria
Conrado Clauſero Tigurino interprete: ſed
cognitam ab eodem & ad D. Philippi Gund
exemplar emendatam. Ita quatuor his ſcripto
bus, ZONARA, CHONIATE, GREGORA, CHA
CONDYLA coniunctis, integrum Byzantinae
ſtoriae corpus, a Conſtantino Magno ad Conſta
tinum poſtremum, & Conſtantinopolim a Tur
occupatam & poſſeſſam, habituri ſunt ſtudio
lingua latina expoſitum: vt etiam rudibus grae
carum literarum, maiore commoditate quam ſu
ptu conſuleretur. *Lutetiae apud Guil. Chaudie
via Iacobaea ſub inſigni Temporis. MDLXVII.* (156
Cum priuilegio reg. Maieſt. in fol. folior. 120.
cepto indice folior. 18.

Eadem fere ratione inſcribitur editio *graeco-lat*
Baſil. per Ioan. Oporinum an. 1562. in fol. form. m
emiſſa, de qua & de recentioribus editionibus NIC
PHORI GREGORAE mox pluribus verbis dicem
Antonius Fuggerus codicem NICEPHORI a Joan
Dernſchuuan acceperat, LAONICI autem CHA
COCONDYLAE codex, a Philippo Gundelio JC
viennenſi, cum Hieron. Wolfio communicatus fuer
Dedicauit librum Wolfius patrono, quem ſaepe n
minauimus, Antonio Fuggero. In calce epiſtol
dedicatoriae legitur carmen hexametrum ſatis longu
Hier. Wolfii, quod inſcribitur: *Epilogus Byzantin*
hiſtori.

hiſtoriae. NICEPHORO adiecta eſt, e codice reipublicae auguſtanae, alicubi carie confecto, & aliquot foliis, paſſim exſectis mutilo, *Adnotatio locorum quorumdam, e* Georgii Pachymerii *hiſtoria,* quam a tyrannide Michaelis Palaeologi auſpicatus, vsque ad Catelanorum ab Andronico defectionem perducit. Illam ſequitur Jo. Oporini *epiſtola* dedicatoria, ad Marcum & Joan. Fuggerum, Antonii, iam mortui filios, LAONICO CHALCOCONDYLAE praemiſſa, in qua conqueritur, quod iſtius ſcriptoris graecum codicem non inuenire potuerit, & ideo coactus fuerit, eius hiſtoriam, partim ab ipſo eius interprete, Conr. Clauſero, & alio quodam, in hoc ſcripti genere exercitatiſſimo viro emendatam, partim cum doctiſſimi J. C. Philippi Gundelii etiam verſione conlatam, neque pœnitendis Adnotationibus, ac temporum notatione illuſtratam adnectere. Vtrique ſcriptori ampliſſimus adiicitur *index.* Omnis collectio quinque ſcriptorum hiſtoriae byzantinae latina repetita fuit *Francofurti ap. Sigism. Feyerabend* 1568. & 1587. in fol. Poſteriori adiicitur Franc. Modii *Auctarium, quod continet commemorationem rerum geſtarum, toto orbe, ab exordio* conſtantinopolitano, *fere vsque ad annum* 1587. Adiutorem Hieron. Wolfius, in conuertendis hiſce graecis ſcriptoribus praecipue habuit Hieremiam Martium, medicum auguſtanum celeberrimum. Ipſe Martius id fatetur, in *praefatione* Noni, medici, cuius librum, *de omnium particularium morborum curatione, ſic vt febres quoque & tumores praeter naturam, complectatur, primus graece & latine, e codice* auguſtano *edidit, Argentorati* 1568. in 8. Particulam iſtius praefationis ſuae inſeruit praefationi, ad JOA. ZONARAE *Annales,* Carolus du Freſne fol. 4. b. edit. *Paris.* E nobili ſtirpe prognatus fuit Hier. Wolfius Oettingae d. XIII. Aug. an. 1516. Doloribus nephriticis correptus, & vitae pertaeſus, quam inter multas turbas peregit, obiit an. 1580. Ipſe vitam ſuam, & fata, quae expertus eſt, litteris conſignauit, quod autographon nunquam

 editum

editum a Jacobo Bruckero adſeruatur. Excerp
eius dedit paullo amplius, in *diſſertatione epiſto*
exhibente magni polyhiſtoris Hieron. Wolfii *vita*
ipſo confectae, necdum editae ſynopſin Auguſt. Vind
1739. in 4. Inſerta poſtea fuit haec *diſſertatio* ei
Bruckeri *Miſcellan. Hiſtor. philoſ. & litterar.* p. 352
Exſtat etiam in libro, qui titulum gerit *Tempe b*
tica Tom. IIII. Sect. III. p. 503 ſqq. In compend
redacta fuit ab auctore de la *Nouvelle bibliotheque*
manique Tom. IIII. P. I. p. 127 ſqq. a Phil. Jacob C
phio, Bruckeri ſocero, in der *hiſtoriſchen Erzeh*
von dem Vrſprung, Einrichtung und Schickſalen
Gymnaſii zu St. Anna *in* Augſpurg. *Augſp.* 1740. i
P. II. p. 138 ſqq. ab ipſo Bruckero, in dem *Ebrent*
pel deutſcher Gelehrſamkeit Dec. II. p. 59 ſqq. C
cum hiſce meretur Matth. Dreſſeri *Oratio, de* Hie
Wolfio, inter eius *Orationes, Lipſ.* 1606. in 8. p. 262
Melchior. Adami *vitae philolog. & philoſophor. gern*
p. 141. Paul. Freheri *Theatrum viror. eruditione cla*
p. 1474. Adr. Baillet *Jugemens des Savans*, Tom
P. III. p. 375 ſqq. Quae ibid. Tom. II. P. II. p.
leguntur, nullius plane ſunt momenti, & ad Joanı
Wolfium pertinent. De Conrado Clauſero, philol
tigurino, vid. Joſ. Simleri *Bibliotheca* p. 135.

CXVII.

NICEPHORI GREGORAE, Romanae, hoc
Byzantinae Hiſtoriae Libri XI. quibus r
Graecis Imperatorib. per annos CXLV. a Th
doro Laſcari priore, vsque ad Andronici Pal
logi poſterioris obitum geſtae, deſcribuntur,
Nicetae Acominatae παραλειπόμενα ſupplent
Nunc demum liberalitate Magnifici & Gene
viri D. Antonii Fuggeri &c. & Hieronymi W
lab

labore Graece Latineque editi, cum indice copioſo. His adiunximus LAONICI CHALCOCONDYLAE Turcicam hiſtoriam, Conrado Clauſero Tigurino interprete: ſed recognitam ab eodem, & ad D. Philippi Gundelii exemplar emendatam. Ita quatuor his ſcriptoribus, Zonara, Choniate, GREGORA, CHALCOCONDYLA coniunctis, integrum Byzantinae hiſtoriae corpus, a Conſtantino Magno ad Conſtantinum poſtremum, & Conſtantinopolim a Turcis occupatam, & poſſeſſam habituri ſunt ſtudioſi, vtraque lingua expoſitum, vt & de fide interpretum conſtaret: & tam rudibus graecarum litterarum, quam doctis maiore commoditate quam ſumptu conſuleretur. *Cum Caeſ. Maieſt. & Chriſtianiſſ. Gallorum Regis priuilegiis ad decennium. Baſileae, per Joann. Oporinum An. ſalutis M. D. LXII.* (1562) in fol. form. maior. NICEPHOR. pp. 273. except. praemiſſ. fol. 8. LAONICVS col. 534. non numerat. praefat. & indicibus in vtrumq. ſcriptor. folior. 21.

Ea, quae in hoc libro ſatis raro inueniuntur, hoc ordine occurrunt: 1) Hieronymi Wolfii in NICEPHORI GREGORAE *Annales praefatio* ad Antonium Fuggerum. 2) *Epilogus byzantinae hiſtoriae*, verſibus hexametris per Hier. Wolfium. 3) *ad* Ludouicum Carinum Kiel, lucernanum, & Jo. Oporinum, H. Wolfii *Carmina.* Is Ludouicus Carinus eſt, qui Wolfium Jo. Jacobo Fuggero commendauerat, vt eum bibliothecae ſuae praeficeret. Vid. H. Wolfii *Elegia ad* Carinum, Zonarae praemiſſa. In *carmine*, quod NICEPHORO praefixit hexametro, idem teſtatur his verſibus:

Quid loquar innumeros, tibi qui debere fatentur
Vel quod doctrina, meritisue quod auxeris illos?

Wolfius hos inter quoque grato pectore nomen
Sponte ſuum defert. Per te ſolatia fortis
Prima ſuae vidit ſpe candidiore foueri
Inde tuis patrociniis euectus in vrbem
Auguſtam, heroas Fuggeros nouit amicos,
Fundamenta ſui qua iecit prima peculii
Et patrias reparauit opes, quas aegra iuuenta
Caſibus afflictas variis exhauſerat omnes &c.

4) imagines Theodori Laſcaris iunioris, Michael Palaeologi, Andronici ſenioris Palaeologi, & Georg Pachymerii, conſtantinopolitani ſacerdotis, Protc dici, & Dicaeophylacis honore inſigniti. Iſtae ima gines, vt Jo. Oporinus, in *praefat.* ad LAONICV CHALCOCONDYLAM, teſtatur, velut ad viuum vetuſti exemplaris, quod in bibliotheca auguſtana re poſitum fuerat, ope, expreſſae, & mira arte lign inciſae, referunt iam memoratos quatuor viros, ve ſtibus ſic dictis ceremonialibus ornatos, e quibus, tr puluinaribus, inſiſtunt. Cum Andronici Palaeolo puluinari, vna tantummodo aquila, reliquis vero bin adpictae fuerint, id fortaſſis propterea factum eſt imaginis ſubſcriptio teſtatur, quod Andronicus Aſi imperium totum amiſit, vrbe Conſtantinopoli v conſeruata, quam tandem nepos Andronicus ei er puit, & miſerum ſenem in monaſterium ſecedei coegit. 5) NICEPHORI GREGORAE *Hiſtoriae* ro manae *Libri XI. graece cum* Hier. Wolfii *verſione la tina.* Cuilibet libro ſuccincta praemittuntur *argumen ta.* 6) *Annotatio locorum quorundam e* Pachymerii *hi ſtoria, quam a tyrannide* Michael. Palaeologi *auſpica tus, ad* Catelanorum *vsque ab* Andronico *defectione perducit.* 7) *Annotationes in loca* NICEPHORI GRE GORAE *ſuſpecta.* 8) *Praefatio* Jo. Oporini *ad* Mar cum *&* Joannem Fuggeros. 9) LAONICI CHAL COCONDYLAE, athenienſis, *Hiſtoriarum de origi ac rebus geſtis* Turcorum L. X. 10) *Rerum & verbo rum in* GREGORAE *hiſtoria memorabilium inde.* 11) *Rerum & verborum in* LAONICI *hiſtoria memo rabilium*

rabilium index. 12) Baſil. Joannis Heroldi *tabulae genealogicae* XIIX. quae cunctorum totius imperii orientalis principum ſtemmata, & ſucceſſiones ob oculos ponunt. Iſtas tabulas, multo labore confectas, Heroldus Maximiliano II. Imp. romano conſecrauit. Et haec ſunt, quae in editione ſatis rara reperiuntur. Conf. omnino poſſunt, quae de verſione Hier. Wolfii & Conradi Clauſeri ſupra diximus. Martinus Hanckius *de Scriptoribus byzantinis* P. I. C. XXXV. p. 599. eamdem putat eſſe editionem, quam reſciſſis primo & vltimo foliis, nouisque in eorum locum ſuppoſitis *Coloniae planicianae* 1616. in fol. prodiiſſe, titulus mentitur. Exſtat etiam editio graeco-latina NICEPHORI GREGORAE *Geneuae* 1615. in fol. Sed iſtae editiones omnes libros tantummodo XI. complectuntur, a capta per Venetos & Balduinum A. C. 1204. Conſtantinopoli, & auſpicato a Theodoro Laſcari, imperio Nicaeae, ad Andronici vsque Palaeologi iunioris an. 1341. obitum. Tredecim autem libris auctior & omnium optima eſt editio, quam Joannes Boivin hoc titulo, inter reliquos *hiſtoriae byzantinae ſcriptores*, in lucem emiſit. ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ τοῦ ΓΡΗΓΟΡΑ, *ῥωμαϊκὴ ἱστορία.* NICEPHORI GREGORAE *byzantina hiſtoria. Tomus I. Libri XI.* Hieron. Wolfio *iampridem latine facti, & in lucem editi: iidem nunc caſtigatiores & auctiores quam antea.* Tomus II. *libri XIII. nunc primum e codd. MSS. eruti ac typis mandati. Ex his libros fere XI. latine vertit* Jo. Boivin, *bibliothecae regiae cuſtos alter; idem codices contulit, notas addidit, & alias appendices, Pariſ. e typographia regia* 1702. non 1711. vt per errorem apud Fabricium legitur, qui recenſionem exhibet L. V. *Biblioth. graec.* Cap. V. p. 319 ſqq. Conf. *Bibliotheca* hamburgenſis *hiſtorica* Tom. VIIII. p. 146 ſqq. Repetitae editionis *venetae*, recenſio exſtat in den *Nachrichten von einer* halliſchen *Bibliothek* Tom. V. p. 456 ſqq. Producunt libri XIII. a Joanne Boivin additi, hiſtoriam ad annum vsque 1351. Vndecim priores ipſe Boiui-

 nus

nus e graeco in latinum ſermonem conuertit,
& XIII. vero Claudius Caperonerius tranſtulit.
miſerat quidem Jo. Boivin III. & IIII. Tomum, q
rum alter libros XIIII. *hiſtoriae* poſteriores, a
varia NICEPHORI *opuſcula* complecti debebat,
nihil eorum adhuc lucem vidit. *La ſechereſſe du*
de GREGORAS, ait Niceron Tom. XVI. des *Me*
res p. 366. *ſes declamations froides, & ennuyeuſes*
repetitions frequentes, & toutes ſes figures mal aſſo
ont rebuté vraiſemblablement un Interprête auſſi j
cieux que lui, ſur tout quand il a fait reflexion, q
morceau de l'hiſtoire Byzantine étoit avantageuſe
remplacé par celle de Cantacuzene *& de quelques a*
auteurs. Ce qu'il y a de certain, c'eſt qu'on n'en a
entendu parler depuis, & qu'il ne ſ'en eſt rien tr
dans ſes papiers. Idem fere teſtatur eminentiſſi
Princeps Angel. Maria R. E. Cardinalis Biblioth
rius, QVIRINVS, in egregiis *Commentariis de*
ad illum *pertinentibus* P. I. L. II. Cap. 3. p. 103.
Tigur. 1750. in 8. Vitam NICEPHORI GRE
RAE omnium optime conſcripſit Joannes Boiui
cum *elogiis*, & *catalogo LXXXVII. opuſculorum*
praemiſit Tomo I. Communicauerat iſtum *Catal*
cum Boiuino Bernardus de Montfaucon, dum Ro
commoraretur. Jo. Alb. Fabricius eum inſeruit
blioth. graec. l. cit. p. 300 ſqq. Conf. praeter ſcri
res iam nominatos Gerard. Jo. Voſſius *de Hiſto*
graecis L. II. Cap. XXIIX. p. 233 ſqq. Henr. Wha
in *Append. ad* Guil. Caue *Hiſtor. litterar. ſcripto*
cleſiaſtic. p. 39 ſqq. Caſimir. Oudinus in *Comme*
de Scriptor. & ſcriptis eccleſ. Tom. III. p. 768 ſqq.
pleraque ex Boiuini vita, NICEPHORI GREGO
decerpſit. LAONICVS, ſiue vt ab aliis vocatur N
laus CHALCOCONDYLAS, athenienſis fuit, &
annum ſeculi XV. ſeptuageſimum inclaruit. Ip
ſuo patre & gente ſua quaedam narrauit L. V
rebus turcicis p. 169 ſqq. edit. *Pariſ.* 1650. quibu
conf. merentur Gerard. Jo. Voſſius L. II. *de Hi*

g

graecis Cap. XXX. p. 236 ſqq. Henr. Wharton *Appendix ad* Guil. Caue *Hiſtor. litter. ſcriptor. eccleſiaſt.* p. 149. Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. graec.* L. V. Cap. V. p. 474 ſqq. *Biblioth.* hamburgenſ. *hiſtor.* l. cit. p. 152 ſqq. *Hiſtoria* eius *turcica* X. abſoluitur libris, & rerum turcicarum ſeriem, ab Oguziorum, qui Othomannidae poſtea dicti fuerunt, origine, ab anno circiter 1294. ad annum vsque 1462. exponit. Latine primum prodiit in lucem, a Conr. Clauſero e graeco conuerſa, *Baſil.* 1556. in fol. quam editio caſtigata 1662. ſequuta eſt. De aliis editionibus latinis vid. quae ſupra diximus. Omnium prima graeco-latina eſt, quae cum Nicephoro Gregora, & Georgio Acropolita *Geneu.* 1615. in fol. edita fuit. In *Catalogo* quidem *librorum, per* Joannem Oporinum *excuſorum*, qui adiectus eſt Andr. Jociſci *Orationi, de ortu, vita & obitu* Oporini p. 673. inter Chriſt. Gryphii *vit. ſelect.* editio graeco-latina *oporiniana* memoratur, ſed id falſum eſſe, iam adnotauit Jo. Alb. Fabricius l. cit. p. 476. Omnium optima editio hoc inſcribitur titulo: ΛΑΟΝΙΚΟΥ ΧΑΛΚΟΚΟΝΔΥΛΟΥ Ἀθηναίου ἀπόδειξις ἱστοριῶν δέκα. LAONICI CHALCOCONDYLAE, athenienſis, *Hiſtoriarum libri decem, interprete* Conrado Clauſero tigurino. *Cum Annalibus* Sultanorum, *ex interpretatione* Joannis Leunclauii. *Acceſſit index Gloſſarum* LAONICI CHALCOCONDYLAE, *ſtudio & opera* Caroli Annibalis Fabroti J. C. *Pariſiis e typographia regia*, 1650. in fol. form. maior. pp. 506. except. praemiſſis & indice. Repetitae editionis *venetae* recenſio inuenitur in den *Nachrichten von einer* halliſchen *Biblioth.* l. cit. p. 439 ſqq. In *lexico eruditorum* Tom. I. col. 1827. hic LAONICVS CHALCOCONDYLAS *ſcholia in* Homeri *Batrachomyomachiam* conſcripſiſſe dicitur, ſed ea de re dubitatio quaedam, in animo noſtro ſuborta fuit, propterea quod Michael Maittaire in *Annal. typogr.* Tom. I. p. 474. Homeri *Batrachomyomachiam graece cum graecis ſcholiis*, Venetiis *per* Leonicum *Cretenſem*, quem p. 154. inter typogra-

typographos retulit, 1486. euulgatam fuiſſe perhib*i*
hiſtoriae vero *byzantinae* ſcriptor ſe *Athenienſem* i*p*
dixerit. Conſ. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. gr.* L.
Cap. II. p. 264. vbi etiam LAONICVS CHALC
CONDYLAS *cretenſis* adpellatur.

CXIIX.

BLONDI FLAVII *Forliuienſis*, de Roma Triur
phante Libri Decem, priſcorum ſcriptoru
lectoribus vtiliſſimi, ad totius Romanae antiquit
tis cognitionem perneceſſarii, Romae inſtaurat
Libri III. Italia illuſtrata. Hiſtoriarum ab inc
nato Rom. imperio Decades III. Omnia mul
quam ante caſtigatiora. *Baſileae, in officina Frob*
niana, Menſe Martio. Anno M. D. XXXI. (1531
in fol. pp. 422. & 578. non numerato indi
folior. 6.

Raritatis teſtes habemus Bünemanni *Catalog. MS*
& libror. rariſſ. p. 43. Gregorii *Biblioth. anonym. B*
rolin. 1737. p. 33. *Catalog. Biblioth.* Salthenii p. 6
Primam in collectione occupant partem *de* Ron
triumphante libri decem, Pio II. pontifici rom. dica
In quinque opus diuiſum eſt partes. Prima quae L. I.
II. complectitur, *res* Romanorum adfert, *quae ad rel*
gionem ſpectant. Parte ſecunda ſiue L. III. IIII. & V
adminiſtrationem reipublicae romanae deſcribit. Par
tertia ſiue L. VI. & VII. *militiae diſciplinam* exponi
L. IIX & VIIII. ſiue parte quarta, *mores, ac vitae p*
vatae inſtituta, ob oculos ponit, & parte demu
quinta ſiue L. X. *triumphos* Romanorum deſcribi
Ediderat hoc auctor opus, prima vice *Brixiae, p*
Barthol. Vercellenſem 1482. in fol. impreſſum, vi
Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 431. vbi
edit.

editio *veronenſis* 1482. in fol. memoratur. Recuſum fuit *Brixiae* 1503. in 8 Hanc excepit editio, quae in collectione, quam deſcribimus, inuenitur. Anno 1533. prodiit editio *pariſienſis apud Simon. Colinaeum*, in 8. vid. Mich. Maittaire *Annal. typograph.* Tom. II. p. 788. Recentiſſima, quod nos ſciamus, exſtat in Collectione *operum* BLONDI, *Baſil.* 1559. in fol. A Lucio Fauno in hetruſcum ſermonem translatus liber, hoc titulo: *Roma Trionfante di* BIONDO *da* Forli, *in Venezia per Michael Tramezino* 1548. in 8. pp. 736. conſtituit ſic dictam *gioia* XII. della *collana latina*, vid. Nicol. Franc. Haym, *Notizia de' libri rari, nella lingua italiana* p. 30. His decem BLONDI libris, adiicitur in omnibus fere editionibus, libellus *de* Roma *inſtaurata* ad Eugenium IIII. pontificem L. III. Lucius Faunus illum, cum Italia *illuſtrata*, emiſit in lucem titulo: *Roma riſtaurata, ed Italia illuſtrata di* BIONDO *da* Forli. *In Venezia per Michael Tramezino* 1543. in 8. pp. 502. vid. Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari nella lingua italiana* l. cit. Latine reperitur etiam in collectione admodum rara, quae inſcribitur Italia *illuſtrata, Auguſtae Taurinor.* 1627. in 4. BLONDI FLAVII forliuienſis, *de origine & geſtis* Venetorum, ad Franciſcum Foſcari ducem, inclytumque ſenatum, ceterosque reipublicae venetae patricios, opuſculum, lucem primum vidit, cum Roma *inſtaurata Veronae* impreſſa *per Boninum de Boninis de Raguſia, in vigilia ſancti Thomae apoſtoli* 1481. in fol. vid. Mich. Maittaire Tom. I. *Annal. typogr.* p. 422. Non diuerſum opuſculum eſſe cenſemus, cuius codicem MS. tit. BLONDI *conſultatio; an bellum vel pax cum* Turcis *magis expediat reipublicae* venetae, in Bibliotheca oxonienſi, adſeruari teſtatur Niceron in *Memoires* T. XVI. p. 281. quamuis ille id non FLAVIO BLONDO, ſed Michaeli Angelo Blondo tribuat. Inducunt nos in eam ſententiam verba BLONDI, quae initio opuſculi leguntur p. 273. edit. noſtr. *Magnum*, Franciſce Foſcari, *princeps ſereniſſime, vosque ampliſſimi*

ſenatores,

ſenatores, ac viri patricii negotium, ac omnium ma quae excogitari poſſint, venetae *reipublicae nunc cumbit, vtrum ne geſtum diu in* Turcos *bellum co nuare, an potius praeſidii ab vniuerſo orbe chriſti afferendi deſperatione. pacem cum illis conſtituere debi conſultatio anxium animisque ſuſpenſum tenet,* &c. ſertum fuit addita effigie & epitaphio BLONDI al tro Burmanno Tom. V. *Theſauri Scriptor.* Itali Primae collectionis parti finem facit Italia *illuſtra* quae in hetruſcum ſermonem, a Lucio Fauno c verſa fuit, vt iam memorauimus. Secundam col ctionis partem conſtituunt, *Hiſtoriarum ab inclinati* romani *imperii Libri XXXI.* ſiue Decades III. & I cadis IIII. liber I. Longius narrationis ſeriem p ducere conſtituerat BLONDVS, ſed morte abrep hoc opus perficere non potuit. Hiſtoriae initi fecit ab anno 412. quo Roma a Gothis capta f filumque narrationis pertexuit, ad annum vsque 14 Silentio hic praeterire non poſſumus, quod Nicer l. cit. p. 280. Gerardum Jo. Voſſium erroris argue quem Voſſius non admiſit. Scribit enim Nicerc *Cette hiſtoire commence non pas en 400. comme le* Voſſius; *mais en 412. puisqu'elle commence à la priſe* Rome *par les* Goths, *qui ſe fit cette année.* Euoluin Voſſii Lib. III. Cap. VII. *de Hiſtoric. latinis* p. 5 & ibi omnia alia inuenimus. Ita enim Voſſi *Scripſit hiſtoriarum decades tres ab inclinato* Romar rum *imperio; hoc eſt anno CCCCVII.* (407) *vsque annum Chr. MCCCCXL.* (1440) *non autem MCC* (1400) *vt eſt apud* Dauidem Chytraeum, Genebr dum, *&* Bellarminum &c. Prima editio in luc exiit, *Venetiis per Octauianum Scotum, Modoetienſ XVII. Kal. Aug. Joanne Mocenico Venetiarum D* 1483. in fol. vid. Mich. Maittaire Tom. I. *Annal. pograph.* p. 442. Pontifici romano Pio II. liber a placuit, vt in compendium illum redigeret. Proc runt BLONDI *Hiſtoriarum decades, vna cum abb viatione* Pii *Pont. Max. Venetiis per Thomam alex*

drin

drinum IIII. Cal. Jul. 1484. in fol. vid. M. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 452. Lucius, quem ſaepius nominauimus, Faunus, Pii II. compendium, in hetruſcum conuertit ſermonem, & edidit titulo: *Le Iſtorie del* BIONDO *da* Forli *dalla declinazione del' imperio di* Roma *inſino al tempo ſuo, che vi corſero circa mille anni, ridotte in compendio da Papa* Pio, *e tradotte per* Lucio Fauno. *In Venezia per Michel Tramezino* 1544. II. Tom. in 8. Tom. I. pp. 457. Tom. II. pp. 606. vid. Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari, nella lingua* italiana p. 28. In fine collectionis, quam deſcripſimus, tria leguntur *epigrammata*, e quibus hoc adſcribimus:

Epitaphium.

Hic ſitus eſt BLONDVS, Priami *cui forma,* Catonis
Vita, Titi Liuii *fama decusque fuit*
Coniuncta eſt ſancto coniunx pia Paulla *marito*
Foeminei ſexus gloria, vt ille virum.

Typographi haec verba adiecerunt; Baſileae *in officina* Frobeniana, *per* Hieronymum Frobenium, Joannem Heruagium, & Nicolaum Epiſcopium: *An. M.D.XXXI. menſe Martio.* FLAVIVS BLONDVS, ſiue vt a nonnullis etiam adpellatur BLONDVS FLAVIVS, foroliuienſis, e nobiliſſima Raualdinorum familia anno 1388. prognatus fuit. Eugenio IIII. Nicolao V. Calixto III. & Pio II. Pontificibus, romanis, ad vitae vsque exitum, ab epiſtolis ſcribendis fuit. Mortuus eſt an. 1463. aetatis anno LXXV. Conf. praeter ſcriptores iam citatos, Jo. Trithemius *de Scriptor. eccleſ.* Cap. DCCLXXXV. p. 383. Joſ. Simlerus in *Biblioth.* p. 102. Martin. Hanckius *de rerum* romanar. *ſcriptoribus* L. I. p. 201 ſqq. L. II. p. 341 ſqq. Jo. Alb. Fabricius in *Bibliothec. med. & infim. Latinitat.* L. II. p. 679 ſqq. P. Baile in *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. I. p. 574. Paul. Freherus in *Theatro virorum eruditione claror.* p. 1426. Thom. Pope-Blount in *Cenſura celebrium auctorum* p. 465 ſqq. Conr. Sam. Schurzfleiſchius in *introductione in notitiam Scriptorum*

P. III.

P. III. *Viteb.* 1737. in 8. p. 223 ſqq. *Giornale de' *terati* d'Italia Tom. XII. p. 370 ſqq. In *Lexicon l* *ditorum* Tom. I. col. 1138. e verbis BLONDI recte intellectis, irrepſit error. BLONDVS nimi in Italia *illuſtrata*, p. 346 ſqq. ſcripſerat: Gaſpar *a* Bergomo, *id maximo adiumenti ſtudiis eloque* *adtulit*, *quod repertus* Laudae *a ſummo viro* Gera landriano, *tunc ibi epiſcopo*, *multis maximisque in* *deribus*, *codex* Ciceronis *peruetuſtus*, *& cuius litt* *vetuſtiores pauciſſimi ſcirent legere*, *ad eius peruen* *manus*, *interitum euaſit*. *Continebat is codex pr* rheticorum* nouos *&* veteres, *qui habebantur*, *quoque* de oratore *integerrimos*, Brutum de orator claris, *&* Oratorem ad Brutum M. Tullii Cicero - - *Et quum nullus eſſet* Mediolani *repertus*, *qui* *vetuſti codicis litteram ſciret legere*, Coſmus *qui* *egregii ingenii* cremonenſis *tres de oratore libros*, *mus tranſcripſit*, *multiplicataque inde exempla om* Italiam *deſideratiſſimo codice repleuerunt*. Nos *cum publicis patriae tractandis negotiis*, *adoleſcentes* l diolanum *adiſſemus*, Brutum de claris oratoribus, mi omnium, *mirabili ardore ac celeritate* tranſcr mus, *ex quo primum* Veronam Guarino, *poſt* Leo do Juſtiniano, Venetias *miſſo*, *omnis* Italia *exem* *pariter eſt repleta*. Ex his ſane verbis adparet, BL DVM primum fuiſſe, qui codicem Bruti MStum, l dae repertum, tranſcripſerit, nemo vero propt iure elicere potuerit, BLONDVM, Ciceronis Brut e latino, in hetruſcum conuertiſſe ſermonem. enim verba: *er hat auch* Ciceronis Brutum, de c oratoribus, *überſetzt*, interpretamur.

CXV

CXVIIII.

Rerum Britannicarum, id eſt, Angliae Scotiae vicinarumque inſularum ac Regionum: Scriptores vetuſtiores ac praecipui. GALFREDI *Monumetenſis*, *cognomento Arturi:* de origine & geſtis regum Britanniae, Libri XII. PONTICI VIRVNNII Britannicae hiſtoricae Libri VI. quibus *Monumetenſis* libros ſex priores in Epitomen redegit. GILDAE *ſapientis* de excidio & conqueſtu Britanniae epiſtola. BEDAE *Anglo-Saxonis*, hiſtoriae eccleſiaſticae gentis Anglorum libri V. Continuatio eiusdem hiſtoriae, *incerto auctore*, libris III. comprehenſa, ac iam primum publicata. GVLIELMVS *Neubricenſis* de rebus anglicis libri V. IOANNIS FROSSARDI Hiſtoriarum Epitome, in qua de bellis inter Anglos & Gallos geſtis, praecipue agitur. Quid a nobis in hac editione praeſtitum ſit, ad Lectorem epiſtola docebit. *Heidelbergae M.D.LXXXVII.* pp. 580. except. praemiſſ. & indice rer. & verbor. folior. 6.

Inter ſcriptorum, qui res britannicas litteris conſignauerant, collectiones, haec prima & admodum rara eſt. Hieronymus Commelinus Catuac. typographus heidelbergenſis illam hac inſcriptione dicauit ILLVSTRISSIMO. PRINCIPI. ET. DOMINO. D. FRIDERICO. PALATINO. AD. RENVM. ELECTORALIS. PALATINATVS. HEREDI. DVCI. BAVARIAE. HEIDELBERGENSIS. ACADEMIAE. RECTORI. PERQVAM. MAGNIFICO. DOMINO. CLEMENTIS. RERVM. BRITANNICARVM. SCRIPTORES. HOSCE. VETVSTIORES. A. ME. COLLECTOS. AC. EDITOS. INSTITVTI. HEIC. NOVI. TYPOGRAPHEI. CEV. PRIMITIAS. QVANTVLAS.

QVANTVLAS. MERITO. AC. L. D. CONSECROQ
HIER. COMMELINVS. CATVAC. In epiſtola
Lectorem *rerum britannicarum ſcriptores*, partim ma
exaratos, partim typis excuſos, in variis peregrinat
nibus ſe collegiſſe teſtatur. In iis edendis id poti
mum curauit, vt hiſtoriae ſeries, non autem tempo
quo auctor quisque vixit, ſeruaretur. GALFREDV
ab Iuone Cauellato, *Pariſiis ap. Aſcenſium* 1519. in
prius editum, & multis in locis, pro illius arbitr
mutatum, cum MS. Paulli Knibii conlatum γνήσ
reddidit. Vid. de differentia, quae inter *aſcenſian*
& *commelinianam* GALFREDI editionem interced
Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. V
p. 28 ſqq. vbi ſcriptores, qui de GALFREDO M
numetenſi, Archidiacono, poſtea Epiſcopo aſapher
circa annum 1151. claro, egerunt, memorantur.

LVDOVICVS PONTICVS VIRVNIVS, bellune
ſis, vir ſeculo XV. ad finem properante, & initio
culi XVI. in Italia celebris, in gratiam Badoërae, c
riſſimae Venetorum familiae, e Britannis, olim ori
dae, ſex priores GALFREDI, monumetenſis, libr
omiſſis iis, quae fabuloſa videbantur, in compendi
redegit. Jo. Alb. Fabricius l. cit. Niceron in *Mem
res* Tom. IIX. p. 41. Chriſt. Schœttgenius in *Cont
Biblioth.* Fabricii *med. & infim. Latinitat.* L. X
p. 15. primam memorant editionem, quae *Aug
Vindelic. per Alexandr. Weiſſenborn* 1534. in 8. in luc
emiſſa fuit. Illam variae ſecutae fuere editiones, qu
ll. citt. enumerantur. Conf. Andreae Vbaldi *v
PONTICI VIRVNII, philoſophi graece latineque e
ditiſſimi*, quae cura Ouidii Montalbani, *Bononiae*,
pis Jacobi Montii, 1655. in 4. exſcripta fuit. Gera
Jo. Voſſii *de Hiſtoric. latin.* L. III. Cap. IIX. p. 5
Niceron l. cit. & Tom. X. P. II. p. 253 ſqq. *Giorn
de' letterati d'* Italia Tom. XXIIII. p. 253 ſqq.

GILDAE, badonici, ſiue bathonici, monachi ang
cognomine ſapientis, iam ſeculo poſt Chriſtum n
tu

tum VI. clari, *epiſtolam*, ſiue *libro querulum*, *de excidio & conqueſtu* Britanniae, in qua, in Britannorum deprauatos corruptosque mores, vehementiſſime invehitur, primum euulgauit, & Cutheberto Tunſtallo, Epiſcopo londinenſi, dicauit Polydorus Vergilius, *Londini* 1526. in 8. vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. p. 680. Ad hanc Polydori editionem, illae, quae in *monumentis SS. Patrum orthodoxographis* T. II. p. 830 ſqq. edit. Jo. Jac. Grynaei, *Baſil.* 1569. in fol. in *Bibliotheca maxima Patrum*, Tom. IIX. p. 707 ſqq. edit. *lugdunenſ.* 1677. leguntur, aliaeque plures, quae vid. in Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Latin.* L. VII. p. 172. exſcriptae fuerunt. Cum vero Joannes Joſſelinus, Matthaei, Archiepiſcopi cantuarienſis ſecretarius, GILDAE *epiſtolam*, cum duobus codicibus MSS. conferret, & perfectiorem ederet *Londini* 1568. in 12. Hieron. Commelinus repudiata Polydori Vergilii editione, Joſſelini recudendam curauit. Sed & hanc editionem, noua, de loco, quem occupauerat, quaſi deiecit, optima & adcuratiſſima, quam e codice cantabrigienſi dedit Thom. Gale Tom. I. *Hiſtoriae* britannicae, ſaxonicae, Anglo-danicae, *Scriptorum quindecim Oxon.* 1691. in fol. Conf. de GILDA Polydor. Vergilii anglic. *hiſtor.* L. I. p. 16 ſqq. edit. *Baſil.* 1570 & ſcriptores a Jo. Alb. Fabricio l. cit. adducti. Guil. Caue *hiſtor. litterar. Scriptor. eccleſ.* p. 425 ſqq. Burcard. Gotthelf. Struuii *Diſſert. de doctis impoſtoribus* §. IIX. p. 15 ſqq. edit. *quartae* in 8.

Inter *opera* BEDAE venerabilis, quorum editiones iteratas recenſet Jo. Alb. Fabricius L. II. *Biblioth. med. & infim. Latinitatis* p. 496 ſqq. & Clariſſ. Dauid Clement in *Bibliotheque curieuſe hiſtorique & critique* Tom. III. p. 26 ſqq. & quidem in editione, quam alio tempore deſcribemus, oppido rara, *Colon. Agrippin.* 1612. in fol. Tom. IIX. emiſſa, *Hiſtoriae eccleſiaſtic. gentis* Anglorum *ad* Ceolulfum *regem Libri V.* exſtant Tom. III. col. 1-151. Contexuit BEDA *rerum eccle-*

eccleſiaſticarum, *in* Anglia geſtarum, ſeriem, a prim
Julii Caeſaris in Britanniam aduentu, ad annum vsq
Chriſti 731. & ab Aduentu Anglorum in Britannia
anno 285. Hieron. Commelinus, in illa edenda,
vſum fuiſſe Codice MS. Nicolai Pithoei Domini
Changobert, fatetur. Inter editiones recentior
inprimis tres principem facile occupant locum. P
ma prodiit *Cantabrigiae*, *cum verſione ſiue paraphr*
anglosaxonica Alfredi *regis*, *&* Abrahami Whel
notis 1644. in fol. Secundam Petrus Franciſcus Chif
tius, hoc titulo in lucem emiſit: BEDAE *presbyt*
& Fredegarii *ſcholaſtici concordia*, *ad ſenioris* Dag
berti *definiendam monarchiae periodum*, *atque ad p*
mae totius Regum Francorum *ſtirpis chronologiam ſ*
biliendam. Opus bipartitum, *cuius pars prior conti*
hiſtoriam eccleſiaſticam gentis anglicanae, venerabi
BEDAE, *longe quam hactenus auctiorem*, *& emenda*
rem, *cum notis ad eandem hiſtoriam*, *& diſſertati*
de autore huius hiſtoriae; *poſterior diſſertationem de*
nis Dagoberti Francorum *Regis*, *eo nomine*, *pri*
Cum Adpendice de S. Dionyſio Areopagita, *&* S.
noueua Pariſ. *Patronis. Paris apud Gabriel. Martin*
via Jacobaea ſub ſole aureo. 1681. in 4. Vid. *Jour*
des Savans 1681. p. 316 ſqq. *Acta Erud.* lipſ. 16
p. 330 ſqq. Tertiam denique curauit Joan. Sm
Canonicus dunelmenſis, eiusque filius Georg. Smi
qui BEDAE venerabilis *hiſtoriam eccleſiaſticam*, *ge*
Anglorum *Libri V. cum reliquis eius operibus hiſtori*
Cantabrig. 1722. in fol. ediderunt. Operis ſplen
recenſionem vid. in *Actis Erud.* lipſ. 1724. p. 124
in *Memoires litteraires de la grande* Bretagne Tom
p. 520. in Joan. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & in*
Latinitat. l. cit. p. 519 ſqq. Conf. de BEDA vene
bili, *Dei famulo*, vt ſe ipſe nominauit in fine *hi*
riae eccleſiaſt. Tom. III. *Oper.* col. 151. edit. *coloni*
1612. & Presbytero monaſterii B. Apoſtolorum P
& Paulli, quod eſt ad Wirimundam & Ingiru
Antonii Poſſeuini *Apparat. ſacer* Tom. I. p. 210

G

Guil. Caue *Hiſtor. litterar. Scriptor. eccleſiaſt.* p. 473 ſqq. Caſimir. Oudini *Diſſert. de ſcriptis venerabilis* BEDAE *Presbyteri & monachi* Tom. I. *Commentar. de Scriptor. & ſcriptis eccleſiaſt.* col. 1681 ſqq. Petri Franc. Chifletii *Diſſertatio de Auctore Hiſtor. eccleſ. gentis* Anglor. l. cit. p. 3 ſqq. Joannis Mabillonii *Elogium* BEDAE *hiſtoricum*, in eius *Actis Sanctorum Ordinis* S. Benedicti *Secul. III.* Tom. I. *Paris.* 1672. in fol. p. 539 ſqq. Anonymi *epiſtola ad* Nicol. Hieron. Gundlingium, *de* BEDAE *aetate, ac cognomine* venerabilis, in Gundlingii *Obſeruation. ſelectis* p. 161 ſqq. Praeter viros modo laudatos, *vita* venerabilis BEDAE, etiam conſcripta dicitur, partim a Cuthberto ipſius diſcipulo, partim ab alio ſeculi XI. auctore, quam inſeruit Mabillonius l. cit. p. 534 ſqq. & Joannes Smith praemiſit l. cit. Conf. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Latinit.* l. cit. De illis, qui, vt nobis quidem videtur, praeter rem, venerabilem BEDAM, Ligurem exiſtimant, vid. Auguſtin. Oldoini *Athenaeum* liguſticum p. 97.

Quis auctor fuerit *Anonymus*, qui BEDAE *hiſtoriam* III. libris, a natiuitate Chriſti ad annum 1100. produxit, non conſtat. In Codice MS. e bibliothecarum belgicarum vaſtatione forte ſeruato, & a Knibio, cum Hieron. Commelino communicato, auctoris nomen nullum, ipſeque Codex, vt Commelino videbatur, primo libro mutilus fuerat. Hoc praeterea opus Commelinus, Baleo nec lectum nec viſum exiſtimat. Auctorem vero, quisquis demum fuerit, ex Britannia eſſe oriundum, hiſtoria ipſa manifeſtat. Libro enim I. Cap. I. p. 281. Britones *ſuos* vocat, & eodem Libro Cap. X. p. 287. Gallos *ſuos* nominat *confines.* Commelinus praeterea illum, eiusdem cum GILDA, & BEDA fuiſſe ordinis, virum, ſibi perſuadet, qui tempore Guilielmi Normanni Conqueſtoris, ac filii eius vixerit, cum L. III. Cap. XXVII. p. 342. Guimundi, Epiſcopi aduerſani, qui aduerſus Berengarium haereſiarcham turonenſem, *de veritate corporis & ſan-*

& ſanguinis in eucharistia tres libros ſcripſit (*Analecta* noſtra *litteraria* p. 410 ſqq.) tamquam ὀ *κος* mentionem facit. GILDAM etiam & BED in conſcribenda continuatione, & quidem hun miraculis recitandis, illum in vitiis reprehende imitari, ait Commelinus, in *Excerptis, de Auctor* ſuae *collectionis.*

De GVILIELMO LITTLE, ſeu PETITO, PARVO, Canonico auguſtiniano, neubrigienſi, e que *rerum anglicarum libris V.* & optima eorum tione, nonnulla iam diximus in *Analectis litterar* *libris rarioribus* p. 419. quae vide. Conf. Guil. (*Hiſtor. litterar. ſcriptor. eccleſiaſt.* p. 691.

JOANNES FROISSARDVS, ſiue FROISSA patria valencenenſis (*Valenciennes*) Hannonius, c annum 1337. natus, Canonicus ac Theſaurarius macenſis (*Chimai*) in dioeceſi leodienſi, fuit, & gnum opus conſcripſit, titulo: *Hiſtoire & chron contenant les guerres de* France *& d'* Angleterre, *autres lieux*, ad Eduardum II. Angliae Regem, anno 1326. ad annum vsque 1400. cuius variae ſtant editiones, variorum continuationibus au Inter illas teſte Jacobo le Long in *Bibliotheque h rique de* France, *Paris* 1719. in fol. num. 7293 *plus belle & la plus rare* eſt, quae hoc prodiit titu *Hiſtoire & chronique de* JEAN FROISSART, *de* lencienne, *Threſorier & Chanoine de* Chimey *co nant les guerres de* France *& d'* Angleterre *depuis 1326. jusqu'en 1400. & continuée par un Auteur an me jusqu'en 1498. revuée & corrigée, par* Denis S vage, *Lion* 1559-1561. IIII. Tom. in fol. Conf. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. p. 632 ſqq. Burcard. Gotth. Struuii *Bibliotheca h rica ſelecta* Cap. XIII. §. XII. p. 357. edit. Bud Cl. Jo. Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 291. Len Dufresnoy *Tablettes chronologiques* Tom. I. P 1744. in 8. p. CCIIII. Jean le Laboureur, de Dior

Sauv

Sauvage cura, in edendo FROISSARDO adhibita, apud Jacob. le Long l. cit. p. 368. hanc tulit ſententiam: Denis Sauvage *qui a remis ſous la preſſe pluſieurs anciens livres*, *&* *pluſieurs autres*, *qui ont travaillé après lui*, *ont plûtôt disgracié qu' illuſtre notre hiſtoire*, *&* *n'ont ſervi qu'à rendre les originaux* *&* *les prémiéres editions plus rares* *&* *plus chéres*, *de la vieille chronique de* Flandres, *de* FROISSART &c. *&* *d'autres excellens hiſtoriens.* Confirmat ſuo id effatum ſuffragio Gottlob. Kranzius, qui in Bibliotheca eliſabethana vratislauienſi Codicem FROISSARDI MStum, quatuor ingentibus voluminibus, & niridiſſimis picturis ornatum euoluerat. Deſcribit illum in *Memorabilibus Bibliothecae publicae* eliſabethanae vratislauienſis, *Vratislau.* 1699. in 4. p. 87. vbi inter alia haec leguntur: *putat orbis eruditus, ſe textum* FROISSARDI *egregie poſſidere; quem* Dionyſius Saluagius, *regis* Henrici II. *iuſſu, quinquageſimo nono ſuperioris ſeculi anno*, Lugduni *publicauit*, *ſed foede decipitur*, *dum Codex hic impoſturam detegit*, *&* Saluagii *manu omnia*, *quae aulae* gallicae *diſplicebant*, *deleta*, *vixque decimam hiſtoriae partem integram relictam eſſe*, *manifeſtum reddit.* Ex hoc maiore FROISSARDI opere gallico, *epitomen* concinnauit latinam, Joannes Sleidanus ad Joannem Bellaium Epiſcopum pariſienſem, & rom. Eccleſiae Cardinalem, quae prima vice *Pariſiis ex officina Simonis Colinaei* 1537. in 8. prodiit, vid. Mich. Maittaire *Annal. typograph.* Tom. III. p. 268. Niceron *Memoires* Tom. XXXVIIII. p. 38. Et haec *epitome*, etiam in hac *ſcriptorum rer. britannic.* collectione locum inuenit, & poſtea ſaepiſſime, cum Philippi Cominaei *hiſtoria rerum geſtarum a* Ludouico XI. *&* Carolo IIX. a Sleidano, e gallico ſermone, conuerſa, in lucem emiſſa fuit. Habemus editionem admodum nitidam, hoc titulo inſignitam: FROSSARDVS *&* Cominaeus, *duo nobiliſſimi* gallicarum *rerum ſcriptores*, *Amſterdami apud Joannem Blaeu* 1656. in 12. pp. 664. except. indice. Alias editiones enumerat Jo. Alb.

 Fabricius

Fabricius l. cit. p. 634. Sleidanum autem, ſaepiu mala fide egiſſe, & in Anglos fuiſſe iniurioſum, ia pridem obſeruarunt viri docti, vid. William Nicho ſon's engliſh *hiſtorical Library*, *London* 1714. in fo p. 184. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. La* l. cit. p. 634. Vid. de JOANNE FROISSARD Gerard. Jo. Voſſius *de Hiſtoric. latinis* L. III. Cap. III p. 497 ſqq. Valer. Andreas in *Biblioth. belgic.* p. 50 Caſimir. Oudinus in *Commentar. de Scriptor. & ſcript eccleſ.* Tom. III. col. 2224 ſqq. Iſaac Bullart in *Aca demie des Sciences & des arts* Tom. I. p. 126. Eſtie ne Paſquier in *Recherches de la* France 1643. in fo L. VII. Chap. V. p. 612. P. Baile in *Dictionaire hiſt rique & critique* Tom. II. p. 1220 ſqq. Niceron i *Memoires* Tom. XLII. p. 210 ſqq. qui vero mort praeuentus, Catalogum operum, quae ſcripſit FROI SARDVS, adiicere non potuit. Omnium optime d illo, eiusque libris egit Mr. de la Curne de Saint Palaye in *Memoire ſur la vie de* FROISSART; leg tur in *Memoires de litterature tirez des Regiſtres de Academie royale des Inſcriptions & belles lettres* T. XV p. 486 ſqq. edit. *Amſterd.* 1741. in 12. Tom. X p. 288 ſqq. & in Jaques George de Chaufepié *No veau Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. II. Lit. p. 87 ſqq. Conf. de hac *prima Scriptorum britannic rum collectione* Burcard. Gotth. Struuii *Bibliotheca h ſtorica* Cap. XV. §. VI. p. 571. edit. Buderi. Jo. Al Fabricii *Bibliotheca med. & infim. Latinit.* L. I. p. 26 Habemus eiusdem collectionis, ipſiusque edition exemplar, ad manus, in quo, ſine dubio typograp fraude, primum folium mutatum fuit, liberque *Lu duni apud Renatum Potelerium* 1587. excuſus d citur.

CX

CXX.

GVLIELMI BRITONIS *Aremorici* Philippidos Libri Duodecim. Caſpar Barthius recenſuit, Et Animaduerſionum Commentario illuſtrauit. Genuinus huius Operis Titulus ſit, ſpeculum Boni, Paceque Et Bello, Pii, Cordati, & Fortunati Principis: Qualis deſcribitur, & reuera fuit, Francorum Rex Philippus Auguſtus A Deodatus, qui regnauit ab Anno Chriſti. MCLXXX vsque ad A. MCCXXIII ſeminclufum. In Animaduerſionibus Bibliotheca quaedam Auctorum ſequiorum temporum comiter illuſtratur. *Cum Gratia & Priuilegio Elect. Saxon. ad Decennium. Cygneae excudebat Melchior Göpnerus ſuis ac Johannis Scheibii Bibliop. Lipſ. Sumtibus Anno MDCLVII.* (1657.) in 4. pp. 367. & 760. except. indice duplici folior. 31.

Quo tempore GVILIELMVS BRITO, aremoricus, Gallus, natus fuerit, con conſtat, illum tamen iam ſeculo XII. ad finem vergente, in Gallia fuiſſe celebrem, admodum veriſimile eſt, quoniam Lib. III. v. 380 ſqq dixerit:

Ingratum tibi ne me nutriuiſſe queraris
Vndenis tibi quem cano iam vertice luſtris
Patria Britigenum *duodennem miſit alendum*
Jam tunc caſtalii ſitientem pocula fontis.

Quibus verbis anno aetatis LV. librum ſe compoſuiſſe fatetur, quod intra annum 1218. & 1224. factum fuiſſe, ex verſibus *concluſionis hortatoriae*, ad Ludouicum IIX. L. XII. 839 ſqq. patet:

Te vocat iſte labor, tibi iam poſt paſcha paratus
Treugarum cum finis adeſt, ſupplicamine multo
Quas iterum obtinuit, a veſtro patre Johannes.

 Id

Id etiam coniicit Mr. de la Curne de St. Palaye
Memoire concernant la vie & les ouvrages de GVI
LAVME *le* BRETON, in *Memoires de litteratu*
tirez dès regiſtres de l'Academie royale des Inſcriptic
& belles lettres Tom. XII. p. 265 ſqq. Ad illas aute
potiſſimum inducias ſiue treugas his verſibus reſpexi
GVILIELMVM, exiſtimat Mr. de la Curne, quae int
Philippum Auguſtum, & Henricum filium, & ſucceſſ
rem Joannis Angliae regis, in quatuor annos, a paſch
te ann. 1220. ad ann. 112 vsque 1224. factae fuera
Induciarum formulam adſeruauit J. du Mont in *gra*
Corps diplomatique. Ex his igitur GVILIELMV
BRITONEM iam circa ann. 1170. natum fuiſſe, M
de la Curne ſuſpicatur. Illum fuiſſe praeceptore
Petri Carlotti, quem Philippus Auguſtus, Galliae re
ex amica progenuerat, ipſe teſtatur in *concluſione*
XII. ad iſtum Carlottum theſaurarium, & Philip
regis filium, vbi verſu 300. ait:

Dogmata quem docui primum puerilia, cuius
Tam dociles habilis fœcundat gratia ſenſus
Vt mihi iam dignus, habearis doctor haberi
Quintus adhuc decimus tibi vix licet annus agatu

Quod in iſtius etiam Carlotti laudem, compoſue
poema, adparet ex adloquio, quo libro ſtatim
verſ. 9 ſqq. Carlottum compellauit:

Si tibi totius animi virtute dicaui
Exhauſtum ſubite tenui de fonte libellum
Impoſuique tuo Karlotida *nomine nomen,*
Vt tua lectoris laus perpetuetur in ore,
Et virtus etiam poſt mortem neſcia mortis
Famaque Karlorum *viuat poſt fata ſuperſtes &c.*

Verba quae in *lexico eruditorum* Tom. I. col. 13
de hoc poemate leguntur, paullo obſcuriora ſunt,
quamdam ambiguitatem prae ſe ferre videntur: *F*
lippidos libris XII. carmine heroico conſcriptis, re
Philippo Auguſto Adeodato, ab anno 1180. ad ann
1223. laudabiliter geſtas perſequutus eſt. In narr
da hiſtoria, maxima ex parte, Rigordum, natione (

thu

thum, profeſſione phyſicum, Regis Francorum Chronographum, & Beati Dionyſii Areopagitae monachum, qui *vitam* Philippi Auguſti conſcripſerat, ſequitur, quamuis rebus geſtis praeſentem ſeſe adfuiſſe ſaepius confirmet. Ad imitandum praeterea ſibi propoſuiſſe Gualteri *Alexandreida*, non ſolum initio ſtatim, ſed aliis quoque poematis locis, ipſe fatetur poeta: Caſp. Barthius in *Animaduerſ. in* BRITONEM p. 7. carmen elogio ornauit *poematis certe nulli ab octingentis retro annis poſtponendi, quod facilitate ſermonis ſpiritum* ouidianum *maxime repraeſentet, denitis aetatis nationisque notis*, & in *Aduerſar.* L. XLIII. Cap. VII. col. 1940 *poetam* vocat *ſuo aeuo longe eloquentiſſimum, cui ſi demas ea quae ſeculi vitio aliter proferre non potuit, admirabilem poetam videas.* Conf. L. VIIII. Cap. XI. col. 434. L. LIII. Cap. XI. col. 2497. Mr. de la Curne l. cit. p. 268. de illo hoc tulit iudicium: *on reconnoit par-tout dans la* Philippide *un poëte du premier ordre, mais tout ſe reſſent auſſi du mauvais goût qui regnoit du tems de l'Auteur; & ce défaut ôte ſouvent tout le pris aux endroits d'ailleurs les plus dignes d'admiration: les récits, les portraits, les deſcriptions, tout y eſt parlant & animé; la verſification aiſée, ſemble couler de ſource, elle a du nombre, & de l'harmonie; mais comme ſi ce n'étoit pas aſſez pour notre Auteur de ces beautez que la nature lui préſente, il court ſans ceſſe après des pointes & des jeux de mots qui dégénerent dans le plus bas comique* &c. Conf. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. III. P. I. p. 461 ſqq. Quod ad editiones adtinet, iam anno 1534. *fragmentum* illius dederat Jacobus Meyer, balliolanus, quod complectitur bellum Philippi cum Ottone geſtum. Edidit illud hoc titulo: *Bellum, quod* Philippus, Francorum *rex, cum* Othone Auguſto, Anglis, Flandris*que geſſit, annos ab hinc* 300. *conſcriptum, nunc autem fideliter recognitum, & a mendis repurgatum, Antuerp.* 1534. in 8. vid. Niceron *Memoires* Tom. XXXVIIII. p. 21. Primus integrum inſeruit Petrus Pithœus *Scriptor. Hiſtor.*

Hiſtor. Francor. *veteribus XI. Francof.* 1596. in f
editis. Deinde editionem illius curauit ad codi
recognitam Andreas du Cheſne in *Scriptor.* Fra
Tom V. *Pariſ.* 1649. in fol. p. 93 ſqq. Tertia
cuius titulum adſcripſimus, Caſpar. Barthii, qui ill
ad exemplar Pithoei recuſam dedit. Illam rar
eſſe editionem, *Bibliothecae* ſalthenianae *Catalo*
p. 109. confirmat. Inſcripſit illam Barthius nom
Auguſti ducis brunſuicenſis & luneburgenſis. Caſp
Barthii *commentarium* doctiſſimum ipſi Galli ſum
efferunt laudibus. Mr. de la Curne l. cit. p. 273.
ratione de illo loquitur: *Le Commentaire dont il
enrichie, renferme une erudition immenſe, comme t
les Ouvrages de ce critique: il y rapporte les paſſa
de l'hiſtoire même en proſe de* GVILLAVME *le* BR
TON, *de celle de* Rigord, *& des autres Auteurs
peuvent jetter quelque lumiere ſur les faits dont il
parlé dans ce poëme: il tire ſouvent del nos anciens E
vains des explications de pluſieurs mots de la baſſe l
nité, dont* du Cange *a même fait vſage dans ſon ſav*
Gloſſaire: *il y fait ſentir en Critique judicieux,
beautez & les défauts de cet ouvrage, & rapporte a
ſouvent les vers des Auteurs* Grecs *&* Latins, *qu'il a
imitez ou copiez: il corrige ou ſupplée des textes oi
ſont corrompus ou défectueux; en ſorte que ce Comm
taire peut être d'un grand uſage pour ceux qui veu
bien entendre ce poëme; qui n'eſt pas ſans difficulté.*
fine duplicis *indicis*, quorum prior *auctorum, in an
adverſionibus laudatorum, illuſtratorum, emendato
nomina;* poſterior *res & verba memorabilia* comp
ctitur, exſtat: *Ad inclytum ſeculi voſtri heroem* C
Barthium *S. R. I. Equ. ſummo cum litterarum do
per Triennium iam Hemiplecticum, Cum praeter om
nihilominus valetudinis rationem* GVILIELMVM B
TONEM *reſtitutum & illuſtratum ederet*; Matth
von der Lage *purus Jambus*, folior. 2. Conf.
GVILIELMO BRITONE Gerard. Joan. Voſſius
Hiſtor. latin. L. III. p. 632. Caſimir. Oudinus
C

Commentar. de Scriptor. & ſcriptis eccleſiaſt. Tom. III. p. 42. Olaus Borrichius in *Diſſertat. de poetis latinis II.* p. 88. Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infim. Lat.* L. II. p. 771. Niceron in *Memoires* Tom. XXIIX. pag. 91 ſeqq. Jaqu. George de Chaufepié in *Nouveau Dictionaire hiſtoriqne & critique* Tom. II. litt. G. p. 111 ſqq.

CXXI.

Annales rerum Anglicarum & Hibernicarum regnante Elizabetha *auctore* GVIL. CAMDENO. *Proſtat Amſtelodami apud Dan. Elzevier anno MDCLXXVII.* (1677) in 8. pp. 908.

Complectitur hoc opus, quod rarum eſſe dicitur in *Bibliotheca* ſaltheniana p. 434. res, in Anglia, Scotia, & Hibernia, regnante Eliſabetha regina, ab anno 1558. ad annum vsque 1604. geſtas. Suaſore Guilielm. Cecilio opus CAMDENVS inchoauit, cum anno 1596. fecialium princeps (*Roi d'Armes*) declaratus eſſet. Ita vero Tomum I. primum *Londini* 1615. in fol. Tom. autem II. cum Tom. I. iterum, mortuo iam CAMDENO, typis exſcripto, *Lugd. Batau.* editum fuiſſe novimus anno 1625. in 8. quam editionem ſequuta eſt Tomi II. editio *Londin.* 1627. in fol. Vterque Tomus repetitus fuit *Lugduni Batau. ad Elzeuirios* 1639. in 8. Eamdem, editionem eſſe illam, cuius titulum adſcripſimus, illique nouum tantummodo titulum praefixum cenſemus. *Illuſtris in* Francia *vir*, cuius fidei tanquam depoſitum, CAMDENVS Tomum II. quem ipſe in lucem edere non ſuſtinebat, commiſiſſe dicitur in typographi *praefatione*, fuit Petrus Puteanus, qui CAMDENO, per mortem iam extra periculum poſito, fidem praeſtitit, & ſecundum illum Tomum, ad Elzeuirios prelo ſubiiciendum tranſmiſit. Quo adplauſu liber exceptus fuerit, variae illius teſtantur

ſtantur verſiones, quas recenſet Niceron in *Memoir* Tom. XXIII. p. 104. vbi praeterea librum hoc el gio ornauit: *l'Ouvrage de* CAMDEN *fût reçu av applaudiſſement, & il faut avouer, qu'on n'eût pû tra ter cette matiere, avec plus de jugement, de gravité d'exactitude, ni avec une plus grande netteté de ſti Quelques uns ont prétendu que le Roi* Jacques *avo fait ôter & ajouter diverſes choſes à la prémiere pa tie en faveur de la Reine d'*Ecoſſe, *ſa Mere, &* Anto ne Wood *eſt de ce ſentiment; mais c'eſt une choſe do on n'apporte aucune preuve. L'envoi qu'il fit à* M Dupuy *du ſecond volume de ſon hiſtoire, pourroit à verité faire naître quelque ſoupçon à cet égard, ſi crainte ſeule qu'elle ne fût alterée eût pû avoir part cet envoi. Mais* CAMDEN *pouvoit auſſi apprehend qu'on ne la ſupprimât entierement, ou que quelqu' ne s'en emparât après mort; ce qu'il voulut éviter la mettant entre les mains de* Mr. Dupuy *qui effectiv ment la donna au public après la mort de ſon Aute en la faiſant imprimer à* Leyde. Conf. P. Baile *D ctionaire hiſtorique & critique* Tom. I. p. 738 ſeq not. F. & G. Scriptores, qui GVILIELMI CAM DENI *vitam* expoſuerunt, nominauimus in *Analect litterar.* pag. 418. Iis adcenſeri poterunt Degor Whear *Parentatio hiſtorica, manibus* CAMDENI NIS *oblata, & dedicatio imaginis* CAMDENIANA *in ſchola hiſtorica: Eiusdem epiſtolarum euchariſtic rum faſciculus, & euchariſteria, Oxoniae excud. Gu Turner* 1628. in 8. Guil. Bateſius iſtam *parentati nem* inſeruit *Vitis ſelectorum aliquot virorum* p. 58 ſeqq. Ludouici Molinaei *Oratio in laudem* GVI CAMDENI *habita, in Acad.* oxonienſi *an.* 1652. l cum inuenit in Henning. Wittenii *Memoriis philoſ phor.* Dec. II. p. 130. Cum Ludouicus Molinaeu a partibus ſemper ſteterit Oliuerii Cromwelli & dictorum *independentium*, nonnulla in eius *oration* quae gloriae & famae CAMDENI aduerſari videba tur, ſub examen vocauit, Thomas Smith, in *vi*

CAM

CAMDENI, *epiſtolis* CAMDENI 1691. *Londini* in 4. editis, praemiſſa. Legitur etiam in *Memoires literaires de la grande* Bretagne Tom. XI. p. 239 ſeqq. *la vie de* GVILLAVME CAMDEN, quae maxima ex parte, ex Edmund. Gibſon's *Life of* Mr. CAMDEN, excerpta fuit.

CXXII.

Rerum Scoticarum Hiſtoria, *Auctore* GEORGIO BVCHANANO, *Scoto.* Ad Jacobum VI. Scotorum Regem. Acceſſit de Jure Regni apud Scotos Dialogus, *eodem* GEORGIO BVCHANANO *Auctore MDLXXXIII.* (1583). *Ad Exemplar Alexandri Arbuthneti editum Edimburgi.* in fol. folior. 220. & 26.

Non prodiit haec ſecunda & rara editio, *Edimburgi*, vt Joannes quidem Clericus putauit, in *Bibliotheque Choiſie* Tom. IIX. p. 137. ſed *Geneuae* ad editionem omnium primam, *Edimburgi apud Alexandrum Arbuthnetum* 1581. euulgatam excuſa fuit. Vid. Roberti Fribarni, Typographi ſcoti, *Catalog. variarum editionum Operum* GEORG. BVCHANANI, *vt & codicum MStorum, quibus, in noua Operum eius editione vſus eſt.* Variis inſertus fuit hic *Catalogus* eruditorum diariis, v. c. in *Memoires de* Trevoux *Juillet* 1715. p. 1271. *Journal des Savans Oct.* 1716. p. 431. edit. *Amſterd. Hiſtoire critique de la republique des lettres par* Phil. Maſſon Tom. VI. pag. 337. Praemittitur etiam Tomo I. *Operum* BVCHANANI, cuius mox titulum adſcribemus integrum. Eo potiſſimum titulo editio *geneuenſis*, primae *edimburgenſi* praeferenda erit, quod illi *dialogus de iure regni apud* Scotos, qui prima vice *Edimburgi* an. 1579. in 4. adparuerat, adiectus fuerit. Elogia, quibus BVCHANANI *hiſtoria*

Scotiae

Scotiae, a viris doctiſſimis, ornata fuit, collecta re|
riuntur, in *Bibliotheque choiſie* de Mr. le Clerc l.
p. 197 ſeqq. Recenſionem ſatis exactam idem ex
buit l. cit. p. 174 ſqq. Conf. *Bibliotheca* hamburg
ſis *hiſtorica*, Centur. I. Artic. II. p. 27 ſqq. Secul
quo nos viuimus, editionem, *Operum* GEORGII I
CHANANI omnium, in lucem protulit, admod
ſplendidam, hoc inſignitam titulo: GEORGII I
CHANANI, Scoti, *Poetarum ſui ſaeculi facile Pr
cipis; Opera omnia, ad optimorum Codicum fid
ſummo ſtudio recognita & caſtigata: nunc primum
vnum collecta, & innumeris pene mendis, quibus ple
que omnes editiones antea ſcatebant, repurgata, ac
riis inſuper notis, aliiſque vtiliſſimis Acceſſionibus i
ſtrata; & aucta, curante* Thoma Ruddimanno A.
Edimburgi apud Robertum Frebairn 1715. II. T
in fol. Hunc quidem annum prae ſe fert editio,
illam ante annum 1721. non fuiſſe diuulgatam
tiſſime conſtat. Recuſa poſtea fuit, cum Petri B
manni praefatione *Lugd. Bat.* 1725. II. Tom. i
Vitam ſuam ipſe GEORGIVS BVCHANANVS, bi
nio, ante mortem, conſcripſit, quae *cum* Thom. R
dimanni *notis, & ſupplementis, Operum* Tom
praemiſſa conſpicitur. Conf. praeterea merer
GEORG. BVCHANANI *vita*, a Jo. Clerico conſ
pta, in *Bibliotheque choiſie* l. cit. p. 106-202. die h
burgiſche *Bibliotheca hiſtorica* l. cit. Niceron *Me
res* Tom. VII. p. 212 ſqq. Tom. X. p. 176. P. B
Dictionaire hiſtorique & critique Tom. I. p. 686
Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. IIII. I
p. 301 ſqq. Thom. Pope-Blount *Cenſura celebr.
tor.* p. 654. Paul. Freheri *Theatr. viror. erudit.
claror.* p. 1475. Jo. Petr. Lotichii *Bibliotheca po
ca* P. IIII. pag. 20 ſeqq. vbi tale in eum ſcripſit
gramma:

Arte BVCHANANVS Cicero, *ſed carmine* Flacc
Illuſtrat ſcriptis ſcotica *regna ſuis*

D.

Dauidicos raris dum miſcet ab ordine Pſalmos
Verſibus, hac vatem vix habet arte parem.

Guilielm. autem Nicols in poemate, quod *de litteris inuentis* compoſuit *Londini* 1711. in 8. hoc illum L. II. p. 50. ornauit elogio:

Vix priſcis cedens BVCHANANI *muſa vigebit,*
Aequales rapiet cum Libitina ſuos,
Lingua vulgari qui carmina ſcripta dederunt,
Vicinis ſolis forte legenda ſuis.
Hic eſt ille ſuum, quem Scotia *iactat alumnum*
Et quem vel ſummis vatibus annumeret.

CXXIII.

In Habakuk prophetam V. FABRITII CAPITONIS enarrationes. *Argent. apud Wolphium Cephalaeum Menſe Martio Anno MDXXVI.* (1526) in 8. folior. 50.

WOLFGANGI FABRICII CAPITONIS ſcripta omnia rariora eſſe, nec niſi in vetuſtiſſimis, iisque probe inſtructis bibliothecis inueniri, verbis Daniel. Gerdeſii in *Florileg. libror. rar.* p. 17. Cl. Vogtii in *Catalog. libror. rar.* p. 169. pronunciauimus in *Analectis litterar.* p. 207. vbi ſuccinctam vitae CAPITONIS exhibuimus notitiam, & nonnullos, quos conſcripſit, libros protulimus. Auctoribus, qui *vitam* illius conſcripſerunt, ibidem nominatis, addi poterit *dat Leven van* WOLFG. FABR. CAPITO, in *de Levensbeſchryving van beroemde en geleerde Mannen Amſterd.* 1732. in 8. P. V. p. 225 ſqq. In *lexico* quidem *eruditorum* Tom. I. col. 1645. ille menſe decembri anno 1542. peſtilentia correptus, mortuusque dicitur, id vero iam anno 1541. eueniſſe, vt l. cit. diximus, praeter ſcriptores citatos confirmat Jo. Sleidanus in *Commentar. de Statu relig. & reipubl.* L. XIIII. fol. 218. b. edit.

Scotiae, a viris doctiſſimis, ornata fuit, collecta re riuntur, in *Bibliotheque choiſie* de Mr. le Clerc l. p. 197 ſeqq. Recenſionem ſatis exactam idem ex buit l. cit. p. 174 ſqq. Conf. *Bibliotheca* hamburg ſis *hiſtorica*, Centur. I. Artic. II. p. 27 ſqq. Seculu quo nos viuimus, editionem, *Operum* GEORGII B CHANANI omnium, in lucem protulit, admod ſplendidam, hoc inſignitam titulo: GEORGII B CHANANI, Scoti, *Poetarum ſui ſaeculi facile Pr cipis; Opera omnia, ad optimorum Codicum fid ſummo ſtudio recognita & caſtigata: nunc primum vnum collecta, & innumeris pene mendis, quibus pler que omnes editiones antea ſcatebant, repurgata, ac riis inſuper notis, aliiſque vtiliſſimis Acceſſionibus i ſtrata, & aucta, curante* Thoma Ruddimanno A. *Edimburgi apud Robertum Frebairn* 1715. II. T in fol. Hunc quidem annum prae ſe fert editio, illam ante annum 1721. non fuiſſe diuulgatam c tiſſime conſtat. Recuſa poſtea fuit, cum Petri B manni praefatione *Lugd. Bat.* 1725. II. Tom. in *Vitam* ſuam ipſe GEORGIVS BVCHANANVS, bi nio, ante mortem, conſcripſit, quae cum Thom. R dimanni *notis, & ſupplementis*, *Operum* Tom praemiſſa conſpicitur. Conf. praeterea meren GEORG. BVCHANANI *vita*, a Jo. Clerico conſ pta, in *Bibliotheque choiſie* l. cit. p. 106-202. die ha burgiſche *Bibliotheca hiſtorica* l. cit. Niceron *Men res* Tom. VII. p. 212 ſqq. Tom. X. p. 176. P. B *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. I. p. 686 Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. IIII. P p. 301 ſqq. Thom. Pope-Blount *Cenſura celebr. tor.* p. 654. Paul. Freheri *Theatr. viror. erudit claror.* p. 1475. Jo. Petr. Lotichii *Bibliotheca po ca* P. IIII. pag. 20 ſeqq. vbi tale in eum ſcripſit gramma:

Arte BVCHANANVS Cicero, *ſed carmine* Flacc
Illuſtrat ſcriptis ſcotica *regna ſuis*

Da

Dauidicos raris dum miſcet ab ordine Pſalmos
Verſibus, hac vatem vix habet arte parem.

Guilielm. autem Nicols in poemate, quod *de litteris inuentis* compoſuit *Londini* 1711. in 8. hoc illum L. II. p. 50. ornauit elogio:

Vix priſcis cedens BVCHANANI *muſa vigebit,*
Aequales rapiet cum Libitina ſuos,
Lingua vulgari qui carmina ſcripta dederunt,
Vicinis ſolis forte legenda ſuis.
Hic eſt ille ſuum, quem Scotia *iactat alumnum*
Et quem vel ſummis vatibus annumeret.

CXXIII.

In Habakuk prophetam V. FABRITII CAPITONIS enarrationes. *Argent. apud Wolphium Cephalaeum Menſe Martio Anno MDXXVI.* (1526) in 8. folior. 50.

WOLFGANGI FABRICII CAPITONIS ſcripta omnia rariora eſſe, nec niſi in vetuſtiſſimis, iisque probe inſtructis bibliothecis inueniri, verbis Daniel. Gerdeſii in *Florileg. libror. rar.* p. 171. Cl. Vogtii in *Catalog. libror. rar.* p. 169. pronunciauimus in *Analectis litterar.* p. 207. vbi ſuccinctam vitae CAPITONIS exhibuimus notitiam, & nonnullos, quos conſcripſit, libros protulimus. Auctoribus, qui *vitam* illius conſcripſerunt, ibidem nominatis, addi poterit *dat Leven van* WOLFG. FABR. CAPITO, in *de Levensbeſchryving van beroemde en geleerde Mannen Amſterd.* 1732. in 8. P. V. p. 225 ſqq. In *lexico* quidem *eruditorum* Tom. I. col. 1645. ille menſe decembri anno 1542. peſtilentia correptus, mortuusque dicitur, id vero iam anno 1541. eueniſſe, vt l. cit. diximus, praeter ſcriptores citatos confirmat Jo. Sleidanus in *Commentar. de Statu relig. & reipubl.* L. XIIII. fol. 218. b. edit.

Argentorat. 1555. in fol. Vitus Ludouic. a Seck dorf in *Hiſtoria Lutheraniſmi* L. I. Sect. XX. §. X p. 54. edit. *Lipſ.* 1692. in fol. Teſtantur id praet ea Michael. Toxitae *manes* WOLFGANG. FABR CAPITONIS, Simon. Grynaei, *&* Jacob. Bedero qui libello adceſſere, qui inſcribitur: *Jo. Sturmii gymnaſii* argentoratenſis *luctus, ad* Joachim. Came rium, *Argentorat.* 1542. in 8. Quod ad librum, ante oculos iam verſatur, adtinet, a CAPITONE catus fuit Jacobo Sturmio, ciui & Senatori argei nenſi. Epiſtolam dedicatoriam Argentin. XIIII. M: 1526. ſcriptam, ſequitur *Ratio enarrandi prophet* Requirit praeſertim in illo, qui ſibi ſumit prophe enarrandos, *hiſtoriarum illius temporis exactam ſci tiam, linguarum, in primis hebraeae, vel medioci eruditionem, & cognitionem* Chriſti, *fideique, certi mis experientiis.* Haec omnia variis exemplis il ſtrat & confirmat. Inuehitur in primis in illos, linguam auctoris, quem enarrare cupiunt, non int ligunt, & illum ex verſionibus tantummodo interp tantur. *Quo pacto,* inquit, *auctorem, quaeſo, propi ac viuide enarrabis, cuius ne verba quidem ipſe inte gis? Audio, interprete, inquis, fideli nitor; at m felicitate, minutias atque idiomata huius in aliena l gua refert, vel callentiſſimus interpres. A re quia exigua, pondus vniuerſae ſententiae ſaepius depend ſicut eſt aut tropus, aut ſchematiſmus, aut minuta cula, aut in vna dictione emphaſis &c. Diues et verborum copia hebraeae linguae ſuppetit, & remota quendi quaedam forma. Quod latine vno modo vtci que dicitur, id multifariam variatis vocibus ſyno mis, hebraice elegantiſſime & cum epitaſi interim citur. Omitto enim errata illa craſſa. Nam ex pellatione nomen, ex* Cuſan *proprio viri, vaſtiſſim* Aethiopiae *regnum, ex* facies *verbo perſonae ſecund* facies *hominis, ex* arbore hominem, *& id genus i nita monſtra, audaci iſti inſcitiae plerumque naſci tur* &c. Huic tractationi ſubiunxit ſuccinctam *hi ri*

riam de regno Babyloniae, quam ipſa prophetae *enarratio* excipit. Conf. Jacob. Frideric. Reimmanni *Catalog. Biblioth. theologic.* p. 430. Jacobi le Long *Bibliotheca ſacra* Tom. II. p. 666. qui littera nominis VOLFGANGI initiali V. in titulo conſpicua, ſine dubio adductus fuit, vt *quinque enarrationes in prophetiam* Habacuci, a CAPITONE conſcriptas eſſe ſibi perſuaderet.

CXXIIII.

MARTINI BVCERI Scripta ſenſim ſenſimque in Germania, ipſo auctore curante excuſa haud facile obuia, & prae ceteris editionibus, quae ex ſententia Caluini caſtratae prodierunt, aeſtimanda eſſe, adſerit Jo. Georg. Schelhornius Tom. V. *Amoenitat. litterar.* p. 161. & Clar. Jo. Vogtius in *Catalog. libr. rar.* pag. 154. vbi etiam hoc effatum ſuum, teſtimonio Gerhard. Jo. Voſſii comprobant. Eſt nobis, ex eiusmodi BVCERI operibus ad manus:

Metaphraſis in Epiſt. D. Pauli Apoſtoli ad Romanos, in quibus ſingulatim Apoſtoli omnia cum argumenta, cum ſententiae & verba, ad autoritatem diuinae ſcripturae, fidemque eccleſiae catholicae tam priſcae quam praeſentis, religioſe ac paulo fuſius excutiuntur. Et vt Apoſtolus praecipuos locos totius theologiae tractauit quam exactiſſime & pleniſſime, ita maxima pars totius, non tam Paulinae, quam vniuerſae ſacrae philoſophiae explicata eſt. Per D. MARTINVM BVCERVM. Diſſidentium in ſpeciem locorum ſcripturae, & primatum hodie in religionis doctrina controuerſiarum

conciliationes & deciſiones XLII. Cum ind
verborum & ſententiarum copioſiſſimo. *Baſi*
apud Petrum Pernam MDLXII. (1562) in
pp. 595. ſi praemiſſa & indicem folior. 13. ex
peris.

Conſecrauit MARTINVS BVCERVS opus ſ
Thomae Granmero, Archiepiſcopo cantuarienſi,
mati Angliae, Argent. IIX. Calen. April. an. 15
Metaphraſi & enarrationi praemittitur: *Praefati*
enarrationem epiſtolarum D. Paulli *apoſtoli*, *cum*
vniuerſum, tum peculiariter eius, quae eſt ſcripta
manis, *quibus ad doctrinam Apoſtoli rite intelligen*
Lectori via munitur. Diuiditur iſta praefatio in
capita. I. agitur *de laudibus* Paulli. II. *de ordine*
ſtolarum, a tempore, quo ſcriptae ſunt. III. *de or*
epiſtolarum, quo ex dignitate & argumento ear
vulgo digeſtae habentur. IIII. *Quae prima in epi*
ad Romanos *ſit quaeſtio; quodque generale caput,*
omnia referuntur. V. *Argumentum epiſtolae, &*
plicatio, quid Apoſtolus ſingulis capitibus diſſerat.
Quid patres de quaeſtione epiſtolae huius & cauſa
ſenſerunt. VII. *Summa primae rationis, qua p*
cipem quaeſtionem expedit. IIX. *Quo* D. Paullus *ſi*
ficatu vſurpet verbum iuſtificari, *&* iuſtificatio. V
quid Paullo *venit verbis* fidei *&* credere. X.
Paullo lex, *&* opera legis. XI. *An inſit in phil*
phia, quod cum doctrina Paulli *congruat.* XII. *an*
Paullus *adhibuerit artem dicendi.*

CXXV.

Praelectiones Doctiſſ. In Epiſtolam D. P.
Epheſios, *eximii Doctoris* D. MARTINI
CERI, habitae Cantabrigiae in Anglia, A
MDL. & LI. Ex ore praelegentis collectae, & n
prim

primum in lucem editae diligentia Immanuelis Tremelii Theologiae doctoris, & eiusdem profeſſoris in Academia Heydelbergenſi. Cum indice copioſiſſimo. *Baſileae apud Petrum Pernam* in fol. pp. 190. ſi praemiſſa & indicem omiſeris.

Epiſtolam dedicatoriam praefixit editor Immanuel Tremellius, Theologiae Doctor, & eiusdem Profeſſor, in Academia heidelbergenſi, ad Nicolaum Throkmortonum, Equitem auratum, Sereniſſ. Eliſabethae, reginae Angliae, camerae priuatae Nobilem, & eiusdem Maieſtatis legatum apud regem Gallorum, ſcriptam Heidelberg. XVII. Septemb. 1561. Libro imprimendo finis impoſitus fuit, vt ſubſcriptio in fine docet: *Baſileae apud Petrum Pernam anno MDLXII.* (1562). Ceterum ſtilus MARTINI BVCERI, quo *metaphraſes in epiſtolas* Paulli conſcripſit, argumento eſſe poterit, *biblia* iſta *latina vitembergenſia*, anno 1529. edita, de quorum auctore, noſtra aetate, inter viros doctos diſceptatur, a BVCERO non eſſe edita, vt nuper quidem Carolus Chriſtian. Hirſchius, teſtimonio Georgii cuiusdam Eſchingeri, anſpacenſis, qui eodem, quo *biblia* edita fuere, vixiſſe tempore dicitur, probare ſuſtinuit in *Geſammelten Briefwechſel der Gelehrten*, *Hamb.* 1751. in 8. pag. 198 ſeqq. Cum enim iſta *biblia*, a linguae latinae puritate, interdum recedant, & nonnunquam vitiis, contra prima latinae linguae rudimenta, deformata fuerint, BVCERVM illius non fuiſſe auctorem, ideo colligimus, vtpote cuius ſtilus in *epiſtolarum* Paulli *metaphraſibus*, ſatis purus elegansque eſt. De MARTINO BVCERO, Theologo ſuae aetatis celeberrimo, qui Argentorati, non Seleſtadii, vt Thuanus, Baile, aliique ſcribunt, anno 1491. natus, Cantabrigiae vero 1551. mortuus fuit, & ſcriptis ab illo editis vid. Thuanus L. IIX. *Hiſtor*. pag. 406. edit. *Francofurt*. in 8. Joſ. Simleri *Bibliotheca* p. 479 ſqq. *Nou-antiqua* an. 1715.

pag. 21. 1718. p. 529. 1723. p. 133. 1730. pag. 8
& 882. Jacob. Frider. Reimmanni *Catalogus Bibl*
theologic. p. 447. & 847. Viti Ludouic. Secken
ſii *Hiſtoria Lutheraniſmi* L. IIII. §. XXXII. p. 22
2225. Jo. Fabricii *Hiſtoria Biblioth.* fabricianae P
p. 122 ſqq. P. VI. p. 389 ſqq. & p. 391. Jo. Fr
Buddei *Iſagoge hiſtorico-theologica* paſſim. *Theſ.*
Bibliothecal. Tom. II. p. 229 ſeqq. Tom. IIII. p.
ſeqq. Cl. Jo. Vogtii *Catalog. libr. rar.* l. cit. Dan
Gerdeſii *Florileg. libr. rar.* pag. 44 ſqq. Prae cet
autem euolui merentur liber, qui inſcribitur: *H.*
ria vera de vita, & obitu, ſepultura, accuſatione
reſeos, condemnatione, exhumatione, combuſtione,
norificaque tandem reſtitutione beatorum atque do
ſimorum theologorum, D. MART. BVCERI, & Pa
li Fagii, *quae intra annos XII. in* Angliae *regno a*
dit. *Item hiſtoria* Catharinae Vermiliae, D. P
Martyris Vermilii *coniugis* &c. *Cum orationi*
concionibus, epitaphiis, variisque carminibus encon
ſticis, editore Conr. Huberto, *Argentorati, a*
Paull. Macheropaeum 1562. in 8. Cum iſtius co
ctionis editor poſtea MARTINI BVCERI *ſcri*
anglicana Baſil. 1577. in fol. ederet, hanc *hiſtor*
illis denuo praemiſit. Inſeruit etiam Guil. Batei
Jo. Checi *epiſtolam ad* Petr. Martyrem, & Nicol. (
ri *epiſtolam ad* Joan. Checum *de obitu* MARTIN.
CERI, nec non Gualt. Haddoni, *Orationem fu*
brem in laudem M. BVCERI, quae omnia, cum m
tis aliis, in Conr. Huberti collectione leguntur,
ſelect. aliquot viror. Londin. 1681. in 4. pag. 250-2
Conf. Martin. Difenbachs *Sendſchreiben an* Ad
Rechenberg *betreffend die ſchuldige Rettung der L*
und Lehre MART. BVCERI *Frf. ad Moen.* 1697. i
Albert. Menon. Verportenii *Diſſert. II. de* MAR
NO BVCERO *Viteb.* 1698. in 4. Eiusd. *Commen*
tio hiſtorica de MARTINO BVCERO, *eiusque de*
na domini ſententia, ex BVCERI *ipſius ſcriptis, a*
que literarum monumentis, fide dignis, repetita.

C

ceſſit BVCERI, *ad* Vrban. Regium *epiſtola, ex auctoris chirographo, nunc primum edita, Coburg.* 1709. in 8. Melch. Adami *vitae theologor. Germanor.* p, 102 ſeqq. Paul. Freheri *Theatr. viror. eruditione claror.* pag. 155. P. Baile *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. I. p. 682 ſqq. vbi illum in primis not. F. a Judaiſmi ſuſpicione, contra Sanderi, Lindani, Prateoli, Poſſeuini, Surii, aliorumque figmenta, liberare ſtuduit.

CXXVI.

In ſacroſancta Quatuor Jeſu Chriſti Euangelia FRANCISCI LVCAE *Brugenſis Eccleſiae Cathedralis Audomaropolitanae Theologi & Decani* Commentarius. Alia eiusdem Auctoris ad S. Scripturae lucem opuſcula. *Antuerpiae ex Officina Plantiniana apud Joannem Moretum MDCVI.* (1606) in fol. Tom. I. & II. pp. 1124. ſi praemiſſa folior. 18. exceperis.

In Sacroſancta Quatuor Jeſu Chriſti Euangelia, FRANCISCI LVCAE *Brugenſis Eccleſiae Cathedralis Audomaropolitanae Theologi & Decani* Commentariorum Tomus III. *Antuerpiae ex officina Plantiniana, Apud Viduam & Filios Joannis Moreti MDCXII.* (1612) pp. 317. exceptis praemiſſis folior. 4.

In ſacroſancta Quatuor Jeſu Chriſti Euangelia, FRANCISCI LVCAE *Brugenſis Eccleſiae Cathedralis Audomaropolitanae Theologi & Decani,* Commentariorum Tomus IIII. & vltimus. continens Complementum Euangelii ſecundum Johannem. *Antuerpiae ex officina Plantiniana apud vi-*

duam & filios Joannis Moreti MDCXVI. (16
pp. 192, ſi praemiſſa & additamenta folior. 9. i
numerata fuerint,

Cum libri mentionem faceremus, in *Analectis* *terariis* p. 542 titulus illius veluti integer, ab am nobiſcum communicatus fuit. Sed cum nobis i librum iam inſpicere liceret, titulum haud ſatis ac rate deſcriptum fuiſſe conſpicimus, id quod nos c mouit, vt illum hic denuo repeteremus. Primur ſecundum Tomum dicauit FRANCISCVS LVC Alberto, & Iſabellae Clarae Eugeniae, Infanti Hi niarum, Archiducibus Auſtriae, Belgii Ethnarc *Adprobationem* & *priuilegium* ſequuntur 1) *Prol mena ad Lectorem de totius operis ratione.* 2) *It rarium* Jeſu Chriſti *Filii Dei, ex quatuor Euange iuxta ordinem rerum geſtarum, opera* FRANCI LVCAE *collectum.* 3) *Euangeliorum ſecundum* M thaeum & Marcum, *ſenſu hiſtorico ac primo ex tractatio* a p. 1 - 727. 4) *Similis tractatio Euange rum ſecundum* Lucam & Johannem, *iis maxime cis, quae ſunt illis, cum* Matthaei *aut* Marci *euan liis communia,* p. 728 - 1017. 5) *Notarum ad va lectiones in quatuor Euangeliis occurrentes libellus plex, quorum vno graecae, altero latinae variet explicantur* pag. 1019 - 1092. 6) *Tractatus de* c daica *S. Scripturae paraphraſi, quo & oſtenditur, paraphraſeos illius vſus, & plurima S. Scripturae ca enodantur* pag. 1093 - 1119. 7) *Index loco S. Scripturae & paraphraſeos* chaldaicae, *quae Tractatu explicantur.* 8) *Index verborum & re quae cum frequenter occurrant, ſemel his, in euan lia, commentariis explicantur* p. 1120 - 1124. H ſunt, quae in Tomo I. & II. reperiuntur. Tomus nomine Jacobi Blaſaei, brugenſis, Epiſcopi audom politani inſcriptus eſt, & complectitur *Commentar ſanctum* Jeſu Chriſti *euangelium ſecundum* Lu *ſupplementum, continens propria huic euangeliſtae,*

bus corollarii loco, aliquot capita, ex Euangelio ſecundum Johannem *adiecta ſunt.* Tomum IIII. conſecravit Auctor Mutio Vitelleſchio, Societatis Jeſu Praepoſito generali. Iſte Tomus perficit ea, quae reſtabant ex Johanne ediſſerenda. Illi adiicitur *index & ordo quatuor euangeliorum*, his quatuor Tomis expoſitorum; & tandem *quaedam in primis Tomis mutanda ex recognitione Auctoris* leguntur. Reliqua vid. in *Analectis litterar. de libris rarior.* l. cit.

CXXVII.

Cathalogus Platonicus
Joannis Jocarii Antropolenſis
Tetraſticum in Kathalogon Platonicum.
De veri fonte irriguo. De principio orbis
Verbo. ex arce hauſto ab altiuolante aquila,
Que Plato diuinus vates. que achedemia vatis
Aſſecla crediderit Xp̄i. fidelis habe.
in 4. folior. 6.

Hoc opuſculum litteris gothicis impreſſum, rarum eſſe, nemo facile in dubium vocabit, qui non ignorat, quod eiusmodi opuſcula, quae pauca tantum modo complectuntur folia, doctorum virorum manibus facile ſe ſubducere ſoleant. Quo auctore illud fuerit compoſitum, indagare non potuimus; forte cuipiam e lectoribus noſtris tam felici eſſe licebit, vt illum e poematis initio eliciat, quod ideo hic adſcribimus: *Incipit* Cathalogus platonicus *de concordia diui* Moiſis *& diuini* Platonis *ex achedemia, per euangelium altiuolantis aquile ſalubriter confirmata.*

In ericho *aut vrbe lunari. eliconiadum flos*
Thuri Johannes. *que cano digne here mi.*
Marſilius *transfert. Translata* aquilonipolenſis
Metrificat. Domine metrificatum habeas.

Numenium pictagoricum *prefert* origenes
Sollers. philoſophis omnibus antelocat
Cum moiſea *volumina legiſſetque* platonis
In platone *inquit noſſe ſacrum* moiſen
Ergo achademea diſciplina eſt moiſee
Concolor. Eſt vtraque ſancta ſalute valens 8

Hac ratione poema inchoatur, quis vero Joan Thurius, & Marſilius fuerit, quorum fit mentio, ig rare nos fatemur. Poeta vero *aquilonipolenſis*, omni dubio, Henricus iſte a Nordheim, ſiue v aliis opuſculis nominatur, aquilonipolenſis eſt, de in *Analectis* noſtris *litterariis* p. 439 ſqq. iam n nulla adtulimus. Joannes Jocarius, qui *Tetraſt* in titulo auctor eſt, *antropolenſis* quidem dicitur, emendauit quidam atramento hanc vocem, in exe plari, quo vtimur, & pro *antropolenſis* ſubſtituit *ſtropolenſis*. In prima poematis parte, nonnullor philoſophorum, qui ex academia prodierunt, enu rantur principia, quae ſimilitudinem quamdam chriſtianae fidei dogmatibus habent. Secunda hac ratione inſcribitur: *Confirmatio chriſtianor per* ſocratica *contra* lucianum, *noſtre fidei, marti tamquam nimis ſimplices deridentem.* Tertia titu habet: *Reuerſio ad propoſitum:* quarta, *confirm* platonicorum *ex fide & religione chriſtiana.* qu *de* Platone *ſolenniter kathegoriſato*, ſexta *ſupradi rum epilogus perbreuis*, ſeptima *Concluſio*, quae lis eſt:

Non hec barbati deliramenta Platonis
Sunt achedemie heri principis ymmo ducis
(Hermes *que* Triſmegiſtus *tacta ante* platonem
Theologye autor mercurius *cecinit.*)
Pectore toto. anima tota. vi tota vt amemus
Verbigenam inprimis philoſophia monet.
Quippe bonum eſt lex. ſed melius non philoſophi
Hec vim non facere cogit. at illa docet.
Preualet arbitrium rei opportune mō quantum
Tantum legi pre philoſophia valet.

Aln

Almam achedemiam vt ingreſſus miſteria ſancta
Hiis heroibus acceperis intus homo
Maiora & plura (que cincta thalya *nequibit*
Pandere) clamabis forſitan ore petri
Nempe bonum hic eſſe tria milia nos faciamus
Ergo tabernacla. ſit decus vsque Deo.
Impreſſum Erphordie *per* Wolffgangum Schencken.

CXXIIX.

Expoſitio titulorum. Expoſitiones ſiue declarationes omnium titulorum juris, tam ciuilis quam canonici, per *celeberrimum ac diligentiſſimum* SEBASTIANVM BRANT collecte et reuiſe. Et de modo ſtudendi in vtroque iure: cum nominibus omnium ſcribentium in iure 1538. *Venundantur Lugduni apud Jacobum Giuneti in vico Mercuriali* in 8. folior. 137. excepta *Annotatione alphabetica omnium titulorum iuris tam ciuilis quam canonici cum quotatione foliorum ad eorundem expoſitionem ſiue declarationem nuper appoſita*, folior. 10.

SEBASTIANI BRAND, ſ. BRANT, ſ. TITIONIS opuſcula omnia, hodie admodum raro reperiuntur. Liber, cuius titulum adponimus, ſaepius impreſſus fuit, & in primis ob *adpendicem*, de qua mox dicemus, in pretio fuit. Prima editio, quam Chriſtian. Schoettgenius in *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & infim. Lat.* L. XIIX. p. 433. adtulit, eſt *Baſileae* excuſa 1504. in 4. Illam exceperunt *baſileenſis* 1515. in 4. *lugdunenſis*, quam deſcribimus, *lugdunenſis apud Sebaſtian. Gryphium* 1543. in 8. qua ſe vſum fuiſſe teſtatur Chriſtianus Godofred. Hofmannus in praefatione *vitis clariſſimor. Ictor.* praemiſſa. Sine dubio eadem eſt, quam Schoettgenius l. cit. *Lugduni apud Gryphium*

1544.

1544. prodiiſſe ſcripſit. Recentiſſima, quam ic memorauit, eſt *veneta* 1564. Recentiorem illa, *i dunenſem* 1578. in 8. produxit Jacob. Frider Reimmannus in der *Einleitung in die Hiſtoriam li rariam der* Teutſchen P. VI. p. 241. Sed ex on bus in lucem prolatis nulla Michaeli Maittaire in tuiſſe videtur. Editio, quae ante oculos verſa litteris gothicis exarata eſt. In praefatione ad do rem Andream Helmoui, *iuris eloquentiae monarch praeceptorem ſuum inprimis obſeruandum* SEBAS ANVS BRANT, *inter vtriusque iuris doctores hu limus*, librum hunc ſe conſcripſiſſe ait, *cum ad ſcens nullius peritie aut artis bonae ignarus eſſet.* ponuntur tituli digeſti veteris, digeſti infortiati, geſti noui, codicis, authenticorum, codicis repet praelectionis, librorum feudalium, decretalium decreti. Adpendix *de modo ſtudendi in vtroque i* quam SEBASTIANVS BRANT libro addidit, ctorem habet JOANNEM BAPTISTAM DE C CIALVPIS, ſiue vt plerumque ſcribi ſolet DE ZALVPIS de ſancto Seuerino. Libellum prima ce *Senis* vidiſſe lucem, teſtatur SEBASTIANI BRA *commendatio elegiaca in tractatum, de modo ſtud in vtroque iure, editum, per celeberrimum vtriu iuris doctorem, dominum* JOANNEM BAP STAM DE CASALVPIS de Sancto Seueri *ad clariſſimum virum dominum* Arnoldum Zmol *vtriusque iuris doctorem: officialem curie epiſcop* Baſileenſis: *eiusdemque inſignis eccleſie Canonic preſtantiſſimum:*

BAPTISTE *pridem tractatum opus atque* JO NIS
(*Quem* CASA *producit ſtirps bene digna* PIS
Te faciente) *quidem perlegimus & placuit mox*
Js labor eximii doctiloquique viri
Nempe modum tradit pueris in vtroque ſtudendi
Jure: queant quanam diſcere iure via

Au

Aurea dat documenta decem: mox plura notatu
Digna & adiungit: dicta venuſta refert.
Preſtanteſque: iuriſque calumnia ponit.
Quos etas potuit ſorte videre ſua.
Quin etiam quaedam inueniet hic docta caterua
Vnde animos poterunt fors recreare ſuos.
Plurima nam illuſtrat propter quae iure libellum
Duximus hunc dignum prorſus vbique legi.
Quin igitur titulos iuris quos luſimus olim
Impreſſis placuit ferre characteribus
Addere praeterea haec ſtatui incunabula iuris
Dans primum (vt decuit) tantopere eſſe locum
Quae tua dum coleret Senas *praeſtantia pulchras*
Exſcribi impenſis fecerat immodicis
Nunc etiam cernes impreſſa: dabiſque iuuentae
Tu primus noſtrae: hoc munus & officium
Proinde tibi: pueri atque ſenes; ſtudioſaque turba:
Innumeraſque grates perpetuaſque feret:
Inprimis metus (meus) *tibi gnatus* Onophyrus: *offert*
Omnimodas grates: perpetuaſque canet.

Editio impreſſa *Bononiae, per Benedictum Hectoris anno ſal.* 1493. *die III. Jul.* in fol. formae maioris, recenſetur in den *Merkwürdigkeiten der Königl. Biblioth. zu* Dresden Tom. II. p. 172. Libellus in decem diſpeſcitur capita, quae auctori *documenta* vocare placuit. Ab vberiore eorum recenſione nos abſtinemus, cum id iam a Chriſt. Godofr. Hofmanno factum l. cit. fuerit. Non integrum is, *vitis clariſſimorum Iureconſultorum*, inſeruit librum, ſed *quintum* tantummodo *documentum* recudendum curauit, p. 501. ſqq. Quae in *Bibliotheca* Struuiobuderiana *iuris ſelecta*, & in *Bibliotheca iuridica* Lipenio-ieniicheniana, in recenſendo libro, ſe produnt *παρορδματα*, iam adnotata, & emendata conſpiciuntur. in *Merkwürdigkeiten der königl. Bibliothek zu* Dresden l. cit. Sebastianvs brant, argentinenſis, natus fuit, anno 1458. Orator, poeta, & iuris vtrius-

que

que Doctor, ſuae aetatis exſtitit celeberrimus. Iu
ciuile docuit primum Baſileae, deinde in patria, vb
reipublicae initio aduocatus, & Syndicus, deinde, v
Paullus Langius refert in Chronico citizenſi, apu
Io. Piſtorium, in Scriptoribus rerum germanicarui
Tom. I. pag. 1268 edit. Burc. Gotth. Struuii, *Ra
tisb.* 1726. in fol. Archicancellarius, & Imperator
rom. Conſiliarius fuit. Multa edidit opera, ſolu
pariter & ligata oratione conſcripta. Lilius Gyra
dus in *dialog. II. de poetis ſui temporis* Tom. II. *Ope*
p. 406. illum infinita paene poemata conſcripſiſſe pe
hibet. Qualis vero exſtiterit poeta, Georgius Fabr
cius hocce expreſſit diſticho:

Culta ſatis nondum ſcribebas carmina BRANDE
Sed vitium potius temporis illud erat.

Diem obiiſſe dicitur VI. Id. Maii anno 1521. Vi
de illo Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 619. ſqq. Anto
Poſſeuini *Apparat. ſacer* Tom. III. p. 199. Auber
Miraei *Auctar. de Scriptor. eccleſ.* p. 96. Gerard. I
Voſſii *de Hiſtoric. latin.* L. III. Cap. X. p. 57
Melchior. Adami *vitae Ictor. germanor.* p. 5. Pau
Freheri *Theatrum viror. erudit. claror.* p. 805. I
cob Wenckeri *Apparat. Archiuor. Argentor.* 1713
4. p. 15. 16. 22 ſqq. Chriſt. Schoettgenii *Continua
Biblioth.* Fabric. *med. & infim. Latinit.* l. cit. Im
go illius reperitur in Nicolai Reuſneri *Iconibus ſi
imaginibus virorum litteris illuſtrium Argentora*
1590. in 8. p. 29. hoc epigrammate ornata:

Iuriſconſultus poteram, & ſimul eſſe poeta:
Barbaries ſecli ni vetet ipſa mei.

JOANNES BAPTISTA DE CACCIALVPIS, Sa
ſouerinum, Campaniae oppidum, patriam, medio ſ
culi XV. tempore, nactus eſt. Poſteaquam Joann
Petrucii, & Angeli Perilli Juris doctorum, ſchol
diligentiſſime frequentauerat, & ipſe legum doct
declaratus fuerat, Jura, Senis, inſigni cum adplau
docuit, & primus, conſiſtorii romani aduocatus, co
ſtit

ſtitutus fuit. Quo tempore obierit, non conſtat; Varia edidit ſcripta, quorum titulos exhibet Joſias Simlerus in *Bibliotheca* p. 341. Guid. Panzirolus *de claris legum interpretibus* L. II. Cap. CXV. pag. 212 ſqq.

CXXVIIII.

Vtriusque iuris tituli & Regulae a *Doctore* THOMA MVRNER *Argentinenſi, or. Minorum* in Alemanicum traducti eloquium. *Baſileae, Anno MDXX* (1520) in 4. folior. 125.

Liber litteris gothicis exſcriptus, nullius quidem eſt momenti, atque exiguam noſtris temporibus habere videtur vtilitatem, niſi forte in cognoſcendis vocibus, linguae teutonicae, quibusdam obſoletis, eiusmodi rerum indagatoribus, & aeſtimatoribus inſeruire queat; in cenſum tamen librorum rariorum omnino venit, cum omnia THOMAE MVRNERI, ingenii portentoſi ſcripta, noſtra aetate diſparere coeperint. Libro praefixit Auctor hanc praefatiunculam.

Juris Studioſis Baſileae *S.*

Accipite quaeſo ſacratiſſimarum legum & canonum ſtudioſi, Titulos ſimul & regulas Juris vtriusque quos in veſtram vtilitatem (vt reor) non ſine fructu ſumus interpretati, ac in alemanicum *traduximus eloquium: nullatenus diffidentes plurimum vos inde commodum deportaturos, quippe quod ex noto vobis & materno eloquio, incognitos & difficiles alioqui titulos breuibus complexi fuerimus. Non ignorans pleroſque id antea longis circumitibus & ambagibus, neſcio ſi tentauiſſe dicam, an expleuiſſe & quidem prolixa dicendi copia libellos ob id graues aedidiſſe: Quod ignoto ſermone, vel aeque non cognito, magis ignotum docere temerauerunt. Quam noſtram* Germanicam *interpretationem,*

nem, etſi quibusdam diſplicuiſſe cognouerimus, aien nos nobiliſſimas iuris vtriusque margaritas, porcis vorandas tradidiſſe, potius quam interpretem extit & prodidiſſe ſecreta, quae propalanda non fuera Velim id vnicum reſpondeant huiusmodi iuris ſilen rii & regalis ſtudii ſuffoſſores, quo titulo ſtipendia ris hactenus ſint meriti, vt illa declarent, quae ex to tegere non erubuerunt. Ego quod feci, interfec facere non poſſum, nec facti poenituit. Docere v cuius perdoctionis primum ego gradum exiſtimo, it qui vt intelligamur, non vt nebulam oculis offeren nobilem facultatem praeſtigiantes obſcuremus. V te felices.

Coronidis loco typographus libro haec verba ad fuit: *Finis traductionum titulorum ac Regularun ris vtriusque, tum Canonici, tum Ciuilis, in* Ger nicam *a* D. THOMA MVRNER *linguam.* Baſi *ex aedibus* Adae Petri, *Anno dominicae incarnat M. D. XX. menſe Octobri.* Liber complectitur tit *inſtitutionum, digeſti veteris, Infortiati, digeſti codicis repetitae praelectionis, Autenticorum,* I *XXI. & XXII. codicis repetit. praelect. Feudo extrauagantium, aureae bullae* Caroli IIII. *Dec Decretalium,* & *ſexti decretalium,* latinos, cum ſione teutonica. Iis ſubiunguntur *regulae iuris lis, decreti, decretalium,* & *VI. decretal.* in vtr lingua. Qualis autem THOMAS MVRNERVS rit interpres, ex ſpeciminibus, quae adſcriber non dubitauimus, lectores probe perſpicere pote Ita vero Tit. Cod. XII. 50. *de numerariis, actu & chartulariis, & adiutoribus, ſcriniariis, & e ptoribus ſedis excelſae, ceterorumque iudicum, militarium quam ciuilium,* his verbis expoſuit: *ſchuldſchreiberen, vnd entpfoheren des gemeynen fi gelts iren helfferen vnd bewareren der richtlichen del des keyſerlichen ſtuls das keyner dem andern i ampt trag..* Eod. Cod. XII. 64. *Publicae laetitia conſulum nunciatores, vel inſinuatores conſtituti*

&

& aliarum ſacrarum vel iudicialium litterarum, ex deſcriptione, vel ab inuitis, ne quid accipiant immedicum: das die die frölich mär, oder der fürſten gebot, verbot, brieff verkünden, daruon nit zu groſse ſcheucken nemmen ſoellen. Diſtinctionis XXXIII. P. I. *Decreti* Contenta hac ratione interpretatur: *Diſtinct. XXXIII. oſtendit, quod bigami, corpore viciati, vſurarii, publice poenitentes, luſores, in ſcena ludentes, furioſi, arrepticii, accipientes meretrices in vxores, & concubinas habentes, promoueri non poſſunt: Die zwo eefrawen hant gehabt, des lybs breſthafftig, wucherer, die offenlichen gebüſset hant, ſpiler, vnd die in gemachten offenlichen ſpectaculen, oder ſpilen geweſen ſind, ſchellige, mönige, vnd die hurn zu der ee nemmen, vnd byſchlaefferin hant, ſoellent nit gewyhet werden.* Quaeſt. VII. Cauſ. XXVI. L. II. *Dt.* hac ratione expreſſit: Prima *an ſint ſortilegi, qui ſub ficto religionis nomine, futura promittunt. Reſponſio: ſic. Ob die mit begtzery vmgand die mit erdichten glouben zukünfftigs ſagen. Ant. Ja.* Secunda: *An ſit peccatum eſſe ſortilegum? Reſponſio: ſic. Ob Zoubery ein ſünd ſey. Ant. Ja.* Tertia. *A quibus genus diuinationis ſumpſit exordium? Reſp. a* Perſis. *Von welchen die Zoubery anfengklich harkumpt. Ant. von den* Perſieren. Quarta: *Quot ſunt genera diuinationis? R. quatuor ſecundum numerum: & duo ſecundum formam. Wie mancherley iſt Zoubery. Ant. Viererley in der zal. vnd zweyerley in der form.* Quinta: *An ſortilegi ſint excommunicandi? R. Sic. Ob die Zouffeer mögen gebannet werden. Ant. Ja.* Sexta: *An excommunicatus ab epiſcopo, poſſit reconciliari a presbytero? R. Non, epiſcopo inconſulto, niſi in neceſſitatis articulo. Ob ein verbannter von dem biſchoff, von einem prieſter mög wider verſunet werden. Antw. neyn vngefragt den biſchoff, on in nöten.* Septima: *An morientibus ſit poenitentia imponenda? R. non: tamen eſt eis innoteſcenda. Ob man den ſterbenden busz geben ſoll. Ant. Neyn. man ſol ſy aber inen an-*

ſagen vnd verkünden &c. *Nuptiae* per omnem brum MVRNERO ſunt *broutlouffte.* Neque Lı Waddingus in *ſcriptor. Ord. Minor.* p. 325. ne Chriſtian. Schoettgenius L. XVIIII. p. 722. *Co nuat. Biblioth.* Fabric. *med. & infim. Latinit.* ne Auctor *Lexici eruditor.* Tom. III. col. 766. nec quos ideo euoluimus ſcriptores, huius libri notit habuiſſe videntur. Conf. quae de THOM. MVR RO in noſtris *Analectis* p. 621 ſqq. diximus, & c in Jacob. Wenckeri *Collect. Archiu. iur.* p. 139 leguntur. Expectamus ſingularem, de TH MVRNERI *vita, & ſcriptis*, commentationem Viro Cl. I. M. Franckio illuſtriſſ. Comitis Büna Bibliotheca, qui per litteras amiciſſimas in eam ſpem adduxit.

CXXX.

CATHO in latin durch Sebaſtianum Branth teutſcht.

Ad CATHONIS Lectorem
Sebaſtianus Brant.

Aſpice diuinum praeclari dogma CATHON
Quo pueros mores cum grauitate docet.
Inſtruit infantes materno in lacte decorem
Haurire, & mores, indolem & inde bon
Hunc lege, non propter vim carminis am
que verba
Sed decus vnde tibi prodeat atque ſalus
Vt poſtquam inſtructus ſis moribus: inde po
Vergilium: atque alios: hiſtoricosque le
Ecce CATHONIS enim vernarum carn
lingua
Vertimus: hos rhitmos edidimusque no

Ac verbum verbo curaui reddere: quantum
Id rithmus tulit: & praecipitantis opus.
Nam bene dum pueris ſtatui facere atque iuvente,
Appoſui leuibus verſibus ecce manum.
Atque aliquem in tenui contriui meſſe laborem
Qui tibi ſi placeat, dic mihi, Thaeda Vale.

in 4. folior. 18.

Ad rariſſima Sebaſtiani Branti, ſcripta, haec pertinet CATONIS verſio, quod omnes, quos ideo euoluimus ſcriptores, nullam illius fecerunt mentionem. Citatur tamen eius editio anni 1498. in Martini Opitii *in* DIONYSII CATONIS *diſticha de moribus*, *excerptis & notis*, *a* Chriſtiano Daumio *interpolatis*, *Cygneae* 1672. in 8. p. 154. 182. & 202. Inuenitur etiam in den *Beitraegen zur kritiſchen Hiſtorie der deutſchen Sprache*, *Poeſie und Beredſamkeit* Tom. II. p. 653. CATO *tzu Dutſch: zo Coelln by S. Lupus* in 8. ſine mentione anni facta, & Tom. I. p. 453. CATHO *tzo duytſch. Gedruckt tzo Colln vor ſant Lupus im Jair* 1530. in 4. ſed iſtam verſionem a Branto profectam eſſe, dicto loco non inuenies. Editio, quam ipſi poſſidemus, *Lipſiae* impreſſa eſt anno 1512. quod verba in fine illius poſita, docent: *Impreſſum* Lyptzk *per* Jacobum Thanner Herbipolitanum *Anno dni. Milleſimo quingenteſimo duodecimo*. Neque vero Michael Maittaire, nec qui ad eius *Annales typographicos* Supplementum ſcripſit, Jo. Henricus Leichius, illius habuiſſe videtur notitiam. Qua ratione Sebaſtianus Brant ſuum conuerterit auctorem, lectores intelligere poterunt e *praefatione*, quam hic integram adſcribimus:

Cum animaduerterem quam plurimos homines grauiter errare in via morum; ſuccurrendum & conſulendum eorum opinioni fore exiſtimaui: maxime vt glorioſe viuerent: & honorem contingerent.

Nach dem ich eigentlich nam war
Das vil leuth ſchwerlich irrthen gar
Vnd ab dem weg der ſitten giengen
Gdacht ich hülff vnd rath in zu bringen
Vorausz domit löblich ſie lebten
Das ſie nach ere vnd tugent ſtrebten.
Nunc te fili mi chariſſime docebo:
Quo pacto mores animi tui componas.
Nun wil ich allerliebſter ſun
Dich lernen was du ſolt thun
Womit du richteſt wol vnd fein
Die ſytten des gemutes dein.
Igitur precepta mea legito: ita vt intelligas.
Legere enim & non intelligere eſt negligere.
Darum ſo volleſt leſen hie
Mein gebot das du verſtündeſt die
Dan leſen vnd das nit verſton
Iſt ſeumnusz vnd gibt kleinen lon.

Inter *breues ſententias* DIONYSII CATONIS libro primo praemitti ſolent, haſce, quae in o[mnibus] aliis fere editionibus leguntur, Sebaſtianus omiſit:

Itaque Deo ſupplica.	*Nihil temere crediderі*
Parentes ama.	*Litteras diſce.*
Cognatos cole.	*Nihil mentire.*
Blandus eſto.	*Bonis benefacito.*
Neminem irriſeris.	*Maledicus ne eſto.*
Vino te tempera.	*Exiſtimationem retine.*
Pugna pro patria.	*Patere legem quam ipſe.*

Pauca in conuiuio loquere.

Secundi libri *praefationem* hac ratione compoſ[uit]
Telluris ſi forte velis cognoſcere cultus:
Vergilium *legito: quod ſi mage noſce* (noſ[ce]
heras [
Herbarum vires Macer *tibi carmine dicit:*
Wiltu vielleicht kennen vnd leren
Den bau der erd wie man ſol eren

So lyſz Virgilium *dar von,*
Wiltu zu wiſſen underſton
Lieber der kreuter krafft villicht
Das ſagt Macer *in ſeym gediecht.*
Si romana *cupis & punica noſcere bella*
Lucanum *queras qui* Martis *prelia dixit.*
Ob du begereſt wiſſen zu zeyt
Der Römer *vnd* Carthago *ſtreyt*
Such Lucanum *der ſagt dar von*
Wie Mars *zu ſtreytten iſt gewon.*
Siquid amare libet vel diſcere amare legendo
Naſonem *petito: ſin autem cura tibi hec eſt*
Vt ſapiens viuas audique diſcerę poſſis
Perque ſemotum vitiis deducitur euum
Ergo ades: & que ſit ſapientia diſce legendo.
Ob dich geluſt zu lieb dich keren
Oder du Narr bulſchafft wilt leren
Such Naſonem *ob aber dir*
Diſz ſorg zu ſynn ſey vnd begir
Wie du lebſt weiſe ſoltu hören
Was du hie von mir mögeſt leren
Dar durch von mir mogeſt volbringen
Dein Zeit vnd tag on laſtermol
Darumb kum her ler leſen frey
Das du erfarſt was weysheit ſey.

Lectio carminis latini, variis in locis, ab illa differt, quam ſequitur Otto Arntzenius in editione, quae *cum ſcholiis* Eraſmi, *Notis* Scaligeri, Opitii, Barthii, Daumii, Wachii, *& Metaphraſi graeca* Planudis, Scaligeri, Zuberi & Mylii, prodiit *Traiecti ad Rhenum apud Jurianum a Paddenburg* 1735. in 8. Omiſſum praeterea in Sebaſtiani Brant eſt editione Libri III. Diſtichon II.

Fortunae donis ſemper parere memento
Non opibus bona fama datur, ſed moribus ipſis.

Et Libri IIII. Diſtich. XIIX.

Quum ſapias animo, noli ridere ſenectam
Nam quicumque ſenet, puerilis ſenſus in illo eſt.

 Prius

Prius epigramma in pauciſſimis editionibus vetuſ periri, iam monuerunt Joſeph. Scaliger, & (Daumius in *Adnotat.* p. 162. edit. Arntzenii, etiam accidit, vt Maximus Planudes illud, cur DIONYS. CATONIS diſtichis, in graecum hau verterit ſermonem, quod tamen recentioribus poribus, a Joſeph. Scaligero & Matthaeo Zube ctum eſt. Cauſſam vero quam ob rem Sebaſ Brant, poſterius omiſerit, conſpicimus nullam, omnes aliae editiones, quas euoluere nobis lic referant. Libro IIII. Sebaſtianus Brant in fir verſiculos addidit:

Iam CATHO *finis adeſt tuus ingenioſe magiſt*
Qui pueros mores cum grauitate doces
Te multum prius & mancum lanauimus (f mus) *iſta*
Codice: apollineam *contulimus vel opem.*

Illis adiiciuntur *medii verſus pro iuuenibus co* ſecundum alphabeti ſeriem diſpoſiti. De aucto *ſtichorum*, & tempore, quo is vixerit, adhuc ſ dice lis eſt. Vid Marci Zuerii Boxhornii *Diſ de diſtichis*, *quae ſub* CATONIS *nomine ci feruntur*, Henrici Cannegieteri *reſcripta* Boxh *de* CATONE, *in quibus de nominibus, aetate*, (*lo* CATONIS, quae omnia Otto Arntzenius editioni adiecit. Joannis Beenii *diſſertatio philologica, probare contendens, quod diſticha & cepta moralia, quae* CATONI *ethnico vulgo tri tur, nunquam ab ipſo profecta ſint, Hafniae* 17 4. Conf. Aug. Buchneri *Oratio de* CATONI *ſtichis*, quae legitur in Buchneri *orationibus* in volumen collectis *Lipſ.* 1727. in 8. p. 742 ſqq. Alb. Fabricii *Biblioth. latin.* Vol. I. L. IIII. (p. 682 ſqq. Vol. III. p. 279 ſqq. Olai Borrichi *ſert. I. de poetis latinis* p. 49. Adr. Baillet *mens des Savans* Tom. III. P. I. p. 60 ſqq. C Ephr. Müllers *hiſtoriſch-critiſche Einleitung zu ger Kenntnis und nützlichen Gebrauche der alt*

teiniſchen Schriftſteller Tom. II. L. I. Cap. II. p. 60. Variis in primis Henricus Cannegieterus demonſtravit argumentis, *diſtichorum moralium* auctorem, quisquis ille demum fuerit, aetate Conſtantini magni fuiſſe maiorem. De variis libri editionibus, vid. Fabricius ll. citt. & Otto Arntzenius in praefatione.

CXXXI.

Annotationes GVILIELMI BVDAEI, *Pariſienſis*, *Secretarii regii*, in Quatuor Et Viginti Pandectarum Libros Ad Joannem Deganaium Cancellarium Franciae. *Accuratius nitidiusque ab Jodoco Badio Aſcenſio nuper impreſſae.* in folio, folior. 174. ſi epiſtolam dedicatoriam, & tabulam rerum & verborum praemiſſam folior. 8. excepetis.

Quamquam hoc volumen nitidiſſime impreſſum GVILIELMI BVDAEI *adnotationes* in *libros* tantummodo *XXIIII. Tl. priores* complectitur, ob inſignem tamen raritatem, & rerum quas complectitur vtilitatem, magni aeſtimari ſolet, a Juris doctoribus, qui non ſolis *rerum meditationibus*, vt quidam nuper doctor vmbraticus, dicendi ſtribliginem vocare auſus eſt, delectantur, ſed litteras politiores, cum iuris ſtudio, arctiſſimo quodam vinculo coniungunt. Quo tempore haec editio prodierit, pro certo adfirmare non ſuſtinemus, cum illius rei nec vola nec veſtigium in libro ipſo exſtat. Niceronus in *Memoires* Tom. IIX. p. 386. GVIL. BVDAEI *Adnotationes in Pandectas priores*, prima vice *Pariſiis* 1508. prodiiſſe ſcribit. Noſtram eſſe illam ipſam, facile nobis perſuaderemus, niſi verba tituli, *accuratius nitidiusque impreſſae*, dubitationem quamdam apud nos commoverent. Interea apud Michaelem Maittaire, & alios,

 quos

quos ideo euoluimus ſcriptores, non aliam inuenim
editionem, quae annum 1517. praeceſſerit. Illa
enim, ante iſtum annum, prodiiſſe in lucem, ex e
coniicimus, quod primus libri poſſeſſor, volume
iſto anno, ſe comparaſſe, in libri fronte adnotauer
GVILIELMI BVDAEI epiſtola dedicatoria, ad ill
ſtriſſimum virum Ioannem Deganaium, Cancellariu
Franciae, ſcripta eſt Pariſiis, pridie Nonas nouemb
anno milleſimo quingenteſimo octauo (1508). Cont
limus hanc editionem cum recentiore editione, qu
in GVILIELMI BVDAEI *Operibus*, cum praefati
ne Coelii Secundi Curionis, *Baſileae* 1557. IIII. Tor
in fol. editis, Tom. III. exſtat, illasque mirifice i
ter ſe diſcrepare deprehendimus, id quod nos iteru
in eam adduxit ſententiam, omnium primam eſſe ed
tionem, quam nunc recenſemus, quoniam Mr. Bo
vin in *Memoires pour la vie de* GVILLAVME BVDI
premier Bibliothecaire du Roi, Tom. III. de *l'Hiſtoi
de l'Academie royale des inſcriptions, & belles lettre*
p. 530. edit. *Amſterd. chez Franc. Changuion* 173
in 12. ſcribit: *il publia dans la ſuite, & en differe
temps, ſes remarques ſur les Pandectes, dont il a d
puis deſavoué en quelque maniere la premiere editio*
De *Adnotationibus* GVIL. BVDAEI, *in libros Pa
dectarum poſteriores*, earumque editionibus, vid. N
ceron *Memoires pour ſervir à l'hiſtoire des hommes i
luſtres dans la Republique des lettres*, l. cit.

CXXXII.

De Aſſe & partibus eius Libri quinque GVI-
LIELMI BVDAEI *Pariſienſis Secretarii r
gii. Venundantur in aedibus Aſcenſianis* in fo
folior. 172. ſi praefationem, & *rerum, vocum, &
ſententiarum inſignium, indicem ſerie litteraria*, f
lior. 7. non numeraueris.

Incr

Incredibile eſt, quantum nominis famam, apud viros doctos, hoc opere BVDAEVS ſibi conciliauerit. Audiamus illius praeconem Ludouicum Regium, qui apud Guil. Bateſium, in *vitis ſelector. aliquot viror.* p. 225. hac ratione ſcribit: - - *Poſt eum & Plutarchi translationibus iam celebris, & Annotationibus in Pandectas clariſſimus euaſiſſet, diuinum opus de Aſſe inſtituit. In quo aegram ac prope comploratam rei literariae partem ſuſcepit, atque a nullo dum prae difficultate ſubleuatam, animaduerſione multa, ingenii ſingulari felicitate, induſtria mirabili, inſtaurauit. Nam pondera & menſuras veterum, nomiſmatis graeci latinique rationem, & aeſtimationem, tum numerandi modum, & colligendi res, denſiſſimis tenebris obſcuritatis obductas, longis errorum anfractibus, implicatas, corruptis exemplaribus propemodum comploratas, incuria temporum neglectas; & non modo a quoquam ſcriptorum, noſtrae aut auorum memoriae, ſed ne ab his quidem, qui intra mille annos ac longe plures fortaſſe fuerunt, intellectas, omnibus veſtigiis indagauit, explicuit, illuſtrauit, reſtituit in priſtinum nitorem. Priſcam quoque mundi opulentiam, atque omnium gentium diuitias in aerarium* (*vt ita dicam*) *ciuitatis* romanae, *iam plane tot ſeculis exhauſtum intulit. Quo nomine poſteritatem omnem immortali beneficio deuinxit. Quid enim erat, in quo ſtudioſis hoc tempore plus prodeſſet? quid erat quod aut nationi* gallicae *honorificentius? aut exteris nationibus gratius? aut tuendae dignitati litterarum accommodatius? aut ad intelligendos auctores totiusque antiquitatis interpretationem magis neceſſarium afferre poſſet? Librarum, ſeſtertium, talentorum, totiusque rei nummariae, ponderum, menſurarum, numeri, modi, vocabula* graeca *iuxta ac* romana *propter vetuſtatem obſoleuerant.* Hermolaus, Politianus, *& alii complures viri ingenio & doctrina praeſtantiſſimi, rem tantam infeliciter adorti, propter obſcuritatem tam honeſto conatu deſtiterant: vnus ad extremum* BVDAEVS *huic parti aegrotae ac prope deſideratae reperit medicinam. Quam*

ob rem quis illum non iure miretur, ſummeque in laudandum arbitretur, quia quo vno adhuc carebat quod iacuerat ad hanc aetatem, nec habuerat lumen lum in eo illuſtrando & excitando omnes neruos aet induſtriaeque contenderit? nullo emolumento, niſ quam plurimis prodeſſet, inuitatus &c. Omnium tem prima & rariſſima editio eſt, quam adferin Quo tempore prodierit, ſubſcriptio lectores doc poterit, quae in fine libri legitur: *Finis libri qu & vltimi de aſſe & partibus eius*, GVILLIELMI DAEI, Pariſienſis, *a ſecretis regiis: In chalcogra* aſcenſiana *ad Idus Martias MDXIIII.* (1514). autem BVDAEVS opus euulgauerat, cum duo ir nirentur homines, qui gloriae partem, quam DAEVS illo conſcribendo adeptus fuerat, omni, vindicare, ſtudio laborarent. Alter Leonardus I tius, Italus, vir alioquin in iuris diſciplina verſat mus, & morum probitate integerrimus, adulati potiſſimum Jo. Baptiſtae Egnatii, Veneti, qui ec in Suetonium *adnotationibus*, mox BVDAEO, p clari inuenti laudem, mox Portio tribuerat, adduc ſua eſſe omnia, quae BVDAEVS, *de aſſe & eius tibus*, protulerat, gloriari non erubuit. Quod eſſet ad BVDAEVM perlatum, *grauiter*, vt Ludo cus Regius, apud Bateſium l. cit. p. 226. ait, *e ſit, & vehementiſſima animi, ingenii, virium conten ne, ius ſuum defendit, atque hoc ipſum palam teſt eſt, a nullo ſe vnquam homine, duntaxat qui viueret de rebus, quas tradidiſſet, quicquam didiciſſe vel f vel legendo: tantumque abeſſe ne quid a* Portio *acc rit, vt omnia quae ſub nomine* Portii *ad eam prodier illa vno eodem continuato, perpetuoque furto eſſen ſuo aſſe translata.* Et haec certe controuerſia, i diutius, paulloque ſeuerius fuiſſet agitata, niſi i interueniſſet tempore Joannes Laſcaris commun Portii & BVDAEI amicus, qui ſuo conſilio, ſuis effecit precibus, vt *digreſſio in* Portum *contumel* quam remouendae ſuſpicionis, ſuique purgandi ca ſe

ſecundae libri *de aſſe* editioni inſerere conſtituerat BVDAEVS, inde eximeretur, omnisque hac ratione controuerſia dirimeretur. Conf. Niceron l. cit. pag. 385 ſeqq. Mr. Boivin de Villeneuve l. cit. pag. 531. P. Baile *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. I. p. 691. not. G. Alter gloriae eius obtrectator fuit Georgius Agricola, Germanus, qui eamdem ſe rem pertractaſſe ante BVDAEVM gloriabatur; ſed nulla prorſus ratione BVDAEVM commouit, vt illi reſponderet. Vid. Ludouicus Regius, Niceron, Boivin, & Baile ll. citt. Conf. Scaeuolae Sammarthani *Elogia* Gallorum *Seculo XVI. illuſtrium* L. I. n. II. p. 8. De recentioribus, libri *de Aſſe*, editionibus vid. Niceron l. cit. Ipſe GVIL. BVDAEVS illum in compendium redegit, & gallice verſum edidit. BVDÉ *prit lui-même*, ait Niceron l. cit. pag. 385. *le ſoin de faire un abregé, de ſon livre en françois, & cet abregé a été imprimé plusieurs fois, il eſt cependant rare. Une edition porte ce titre:* Sommaire ou Epitome du livre de Aſſe par GVILLAVME BVDÉ, Paris 1522. in 8. *Une autre eſt intitulée:* Extrait ou Abregé du livre de Aſſe de feu Mr. BVDE', auquel les monnoyes, poids & meſures anciennes ſont réduites à celles de maintenant. Revû de nouveau, corrigé & additionné. Paris 1550. in 12.

CXXXIII.

Commentarii linguae graecae, GVLIELMO BVDAEO, *Conſiliario Regio, Supplicumque libellorum in Regia magiſtro, auctore:* ab eodem accurate recogniti, atque amplius tertia parte aucti: quibus Index ſubiectus eſt duplex, tam Graecas quam Latinas voces & phraſes demonſtrans. Τοῦς ἐπιμελείας δοῦλα πάντα γίνεται. *Baſileae, apud*

apud Nicolaum Epiſcopium iuniorem anno MDLVI (1556) in fol. col. 1560. ſi praemiſſa, epiſtola BV DAEI graeca, in fine adiecta, & indices folior. 94 non numerati fuerint.

Omnium praeſtantiſſima haec eſt editio, neque mi nus rara, operis, quod Niceron in *Memoires* Ton IIX. p. 387. hoc elogio ornauit. *Ces Commentair ſont très-ſavans, & on y remarque, ſans peine un tra vail immenſe & une lecture prodigieuſe, mais après tou ce n'eſt qu'une maſſe informe & indigeſte, ſans ordre, ſans methode.* Ipſe id fateri videtur BVDAEVS, cu ſcribit: *Quoniam vſus ſcribentium eſt multiplex, e quae in mentem mihi venient, in hos commentarios qua potero explicatiſſime referam, & ad iuuenum captu appoſitiſſime: ita tamen vt ſi iam forte prouectiores e legerint, nonnulla inuenturi ſint, ob quae nec omne operam luſiſſe ſe dictitent, nec nos in rebus translatiti tantum laboris exhauſiſſe.* Prima editio prodierat *P. riſiis e chalcographia badiana.* 1529. in fol. vid. M chael Maittaire *Annal. typograph.* Tom. II. p. 728. ſ cunda *Baſil.* 1530. in fol. vid. Niceron l. cit. For eadem & vna eſt editio, quam Joan. Ludolph. Bün mannus in *Catalog. MS. & libror. rariſſ.* p. 46. *Co niae* 1530. prodiiſſe adfirmat. Tertia ab auctore a curate recognita atque amplius tertia parte aucta, l cem vidit in *officina Roberti Stephani, Pariſ.* 154 *VIIII. Calend. Jan.* in fol. vid. Mich. Maittaire *A nal. typogr.* Tom. III. p. 411. *Catalog. Biblioth.* ſ then. p. 181. Ad illam quarta, cuius adtulimus ti lum, exſcripta eſt. Praemittitur GVILIELM. B DAEI epiſtola dedicatoria graeca, ad Franciſc Franciae Regem; Excerptum de GVIL. BVDAEC Paull. Jouii *Elogiis claror. viror.* & e *bibliotheca* C radi Geſneri; duoque *epigrammata* Jani Vitalis & S monii. Ille BVDAEVM tali elogio ornauit:

Qui ſanctum ſimul, & ſimul diſertum

Exq

Exquiris ſapientiae magiſtrum,
Vltra quid petis? hic iacet BVDAEVS.

hic vero:

BVDAEVS *voluit media de nocte ſepulchro*
Inferri, & nullas prorſus adeſſe faces
Non factum ratione caret, clariſſima quando
Ipſe ſibi lampas, luxque coruſca fuit.

Epigrammate gallico, in hanc BVDAEI vltimam voluntatem luſit, Melin de Saint Gelais, quod vt Mr. Boivin l. cit. p. 534. memorauit, inſigni adplauſu exceptum fuit:

Qui eſt ce corps, que ſi grand peuple ſuit?
Las! c'eſt BVDÉ *au cercueil étendu!*
Que ne ſont donc les cloches plus grand bruit?
Son bruit ſans cloches eſt aſſez épandu!
Que n'a-t-on plus en torches dépendu
Suivant la mode accoutumée & ſainte?
Afin qu'il ſoit par obſcur entendu,
Que des François *la lumiere eſt éteinte.*

Conf. Franc. Garaſſe *doctrine curieuſe, de beaux Eſprits de ce tems, ou prétendus tels, Paris.* 1624. in 4. p. 920. vbi vltimae voluntatis GVIL. BVDAEI, verba leguntur. P. Baile *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. I. p. 693. not. N. In fine *commentariorum* adparet BVDAEI epiſtola graeca τῶν νέων τοῖς τῶν ἑλληνικῶν λόγων ἐφιεμένοις dicata. Finem operi imponunt duo indices copioſiſſimi, alter graecus, alter latinus. In *operibus* GVIL. BVDAEI omnibus, *Commentarii graecae linguae* Tomum conſtituunt quartum. Conf. Jo. Henr. Boecleri *diſſertat. de lexicis*, Tom. I. *Diſſertation. academicar. Argentorat.* 1701. in 4. p. 652. Eiusd. *Bibliographia critica* §. XII. pag. 20. edit. Jo. Gottlieb. Krauſii *Lipſ.* 1715. in 8. Jo. Fabricii *Hiſtoria Bibliothecae* Fabrician. Tom. III. p. 255 ſqq. Conf. Samuel Schurzfleiſchii *introductio, in notitiam Scriptorum variar. artium atque ſcientiarum* P. I. *Viteb.* 1736. in 8. pag. 221 ſqq. P. III. *ibid.* 1737. pag. 102 ſeqq.

Adr.

que Doctor, ſuae aetatis exſtitit celeberrimus.
ciuile docuit primum Baſileae, deinde in patria, v
reipublicae initio aduocatus, & Syndicus, deinde,
Paullus Langius refert in Chronico citizenſi, ap
Io. Piſtorium, in Scriptoribus rerum germanicar
Tom. I. pag. 1268 edit. Burc. Gotth. Struuii, *R
tisb.* 1726. in fol. Archicancellarius, & Imperato
rom. Conſiliarius fuit. Multa edidit opera, ſol
pariter & ligata oratione conſcripta. Lilius Gyr
dus in *dialog. II. de poetis ſui temporis* Tom. II. *Op*
p. 406. illum infinita paene poemata conſcripſiſſe p
hibet. Qualis vero exſtiterit poeta, Georgius Fab
cius hocce expreſſit diſticho:

Culta ſatis nondum ſcribebas carmina BRANDE
Sed vitium potius temporis illud erat.

Diem obiiſſe dicitur VI. Id. Maii anno 1521. V
de illo Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 619. ſqq. Anto
Poſſeuini *Apparat. ſacer* Tom. III. p. 199. Aube
Miraei *Auctar. de Scriptor. eccleſ.* p. 96. Gerard.
Voſſii *de Hiſtoric. latin.* L. III. Cap. X. p. 57
Melchior. Adami *vitae Ictor. germanor.* p. 5. Pa
Freheri *Theatrum viror. erudit. claror.* p. 805.
cob Wenckeri *Apparat. Archiuor. Argentor.* 1713
4. p. 15. 16. 22 ſqq. Chriſt. Schoettgenii *Continu
Biblioth.* Fabric. *med. & infim. Latinit.* l. cit. Im
go illius reperitur in Nicolai Reuſneri *Iconibus ſi
imaginibus virorum litteris illuſtrium Argentor*
1590. in 8. p. 29. hoc epigrammate ornata:

Iurisconſultus poteram, & ſimul eſſe poeta:
Barbaries ſecli ni vetet ipſa mei.

JOANNES BAPTISTA DE CACCIALVPIS, Sa
ſouerinum, Campaniae oppidum, patriam, medio ſ
culi XV. tempore, nactus eſt. Poſteaquam Joann
Petrucii, & Angeli Perilli Juris doctorum, ſchol
diligentiſſime frequentauerat, & ipſe legum doct
declaratus fuerat, Jura, Senis, inſigni cum adplau
docuit, & primus, conſiſtorii romani aduocatus, co
ſtiti

ſtitutus fuit. Quo tempore obierit, non conſtat; Varia edidit ſcripta, quorum titulos exhibet Joſias Simlerus in *Bibliotheca* p. 341. Guid. Panzirolus *de claris legum interpretibus* L. II. Cap. CXV. pag. 212 ſqq.

CXXVIIII.

Vtriusque iuris tituli & Regulae a *Doctore* THOMA MVRNER *Argentinenſi, or. Minorum* in Alemanicum traducti eloquium. *Baſileae, Anno MDXX* (1520) in 4. folior. 125.

Liber litteris gothicis exſcriptus, nullius quidem eſt momenti, atque exiguam noſtris temporibus habere videtur vtilitatem, niſi forte in cognoſcendis vocibus, linguae teutonicae, quibusdam obſoletis, eiusmodi rerum indagatoribus, & aeſtimatoribus inſeruire queat; in cenſum tamen librorum rariorum omnino venit, cum omnia THOMAE MVRNERI, ingenii portentoſi ſcripta, noſtra aetate diſparere coeperint. Libro praefixit Auctor hanc praefatiunculam.

Juris Studioſis Baſileae *S.*

Accipite quaeſo ſacratiſſimarum legum & canonum ſtudioſi, Titulos ſimul & regulas Juris vtriusque quos in veſtram vtilitatem (vt reor) non ſine fructu ſumus interpretati, ac in alemanicum *traduximus eloquium: nullatenus diffidentes plurimum vos inde commodum deportaturos, quippe quod ex noto vobis & materno eloquio, incognitos & difficiles alioqui titulos breuibus complexi fuerimus. Non ignorans plerosque id antea longis circumitibus & ambagibus, neſcio ſi tentauiſſe dicam, an expleuiſſe & quidem prolixa dicendi copia libellos ob id graues aedidiſſe: Quod ignoto ſermone, vel aeque non cognito, magis ignotum docere temerauerunt. Quam noſtram* Germanicam *interpretationem,*

nem, etſi quibusdam diſplicuiſſe cognouerimus, aie nos nobiliſſimas iuris vtriusque margaritas, porcis vorandas tradidiſſe, potius quam interpretem extit & prodidiſſe ſecreta, quae propalanda non fuera Velim id vnicum reſpondeant huiusmodi iuris ſilen rii & regalis ſtudii ſuffoſſores, quo titulo ſtipendia ris hactenus ſint meriti, vt illa declarent, quae ex to tegere non erubuerunt. Ego quod feci, interfec facere non poſſum, nec facti poenituit. Docere v cuius perdoctionis primum ego gradum exiſtimo, ita qui vt intelligamur, non vt nebulam oculis offeret nobilem facultatem praeſtigiantes obſcuremus. V te felices.

Coronidis loco typographus libro haec verba ac fuit: *Finis traductionum titulorum ac Regularun ris vtriusque, tum Canonici, tum Ciuilis, in* Ger nicam *a* D. THOMA MVRNER *linguam.* Baſi *ex aedibus* Adae Petri, *Anno dominicae incarnati M. D. XX. menſe Octobri.* Liber complectitur tit *inſtitutionum, digeſti veteris, Infortiati, digeſti n codicis repetitae praelectionis, Autenticorum, L XXI. & XXII. codicis repetit. praelect. Feudo extrauagantium, aureae bullae* Caroli IIII. *Dec Decretalium,* & *ſexti decretalium,* latinos, cum ſione teutonica. Iis ſubiunguntur *regulae iuris lis, decreti, decretalium,* & *VI. decretal.* in vtra lingua. Qualis autem THOMAS MVRNERVS rit interpres, ex ſpeciminibus, quae adſcribere non dubitauimus, lectores probe perſpicere poter Ita vero Tit. Cod. XII. 50. *de numerariis, actua & chartulariis, & adiutoribus, ſcriniariis, & e ptoribus ſedis excelſae, ceterorumque iudicum, militarium quam ciuilium,* his verbis expoſuit: *ſchuldſchreiberen, vnd entpfoheren des gemeynen fi gelts iren helfferen vnd bewareren der richtlichen del des keyſerlichen ſtuls das keyner dem andern i ampt trag.* Eod. Cod. XII. 64. *Publicae laetitia conſulum nunciatores, vel inſinuatores conſtituti*

&

& aliarum ſacrarum vel iudicialium litterarum, ex deſcriptione, vel ab inuitis, ne quid accipiant immodicum: das die die frölich mär, oder der fürſten gebot, verbot, brieff verkünden, daruon nit zu groſſe ſchencken nemmen ſoellen. Diſtinctionis XXXIII. P. I. *Decreti* Contenta hac ratione interpretatur: *Diſtinct. XXXIII. oſtendit, quod bigami, corpore viciati, vſurarii, publice poenitentes, luſores, in ſcena ludentes, furioſi, arrepticii, accipientes meretrices in vxores, & concubinas habentes, promoueri non poſſunt: Die zwo eefrawen hant gehabt, des lybs breſthafftig, wûcherer, die offenlichen gebüſſet hant, ſpiler, vnd die in gemachten offenlichen ſpectaculen, oder ſpilen geweſen ſind, ſchellige, mönige, vnd die hurn zu der ee nemmen, vnd byſchlaefferin hant, ſoellent nit gewyhet werden.* Quaeſt. VII. Cauſ. XXVI. L. II. *De* hac ratione expreſſit: Prima *an ſint ſortilegi, qui ſub ficto religionis nomine, futura promittunt. Reſponſio: ſic. Ob die mit begtzery vmgand die mit erdichten glouben zukünfftigs ſagen. Ant. Ja.* Secunda: *An ſit peccatum eſſe ſortilegum? Reſponſio: ſic. Ob Zoubery ein ſünd ſey. Ant. Ja.* Tertia. *A quibus genus diuinationis ſumpſit exordium? Reſp. a* Perſis. *Von welchen die Zoubery anfengklich harkumpt. Ant. von den* Perſieren. Quarta: *Quot ſint genera diuinationis? R. quatuor ſecundum numerum: & duo ſecundum formam. Wie mancherley iſt Zoubery. Ant. Viererley in der zal, vnd zweyerley in der form.* Quinta: *An ſortilegi ſint excommunicandi? R. Sic. Ob die Zoufferer mögen gebannet werden. Ant. Ja.* Sexta: *An excommunicatus ab epiſcopo, poſſit reconciliari a presbytero? R. Non, epiſcopo inconſulto, niſi in neceſſitatis articulo. Ob ein verbannter von dem biſchoff, von einem prieſter mög wider verſunet werden, Antw. neyn vngefragt den biſchoff, on in nöten.* Septima: *An morientibus ſit poenitentia imponenda? R. non: tamen eſt eis innoteſcenda. Ob man den ſterbenden buſz geben ſöll. Ant. Neyn. man ſol ſy aber inen an-*

ſagen vnd verkünden &c. *Nuptiae* per omnem brum MVRNERO ſunt *broutlouffte.* Neque Li Waddingus in *ſcriptor. Ord. Minor.* p. 325. ne Chriſtian. Schoettgenius L. XVIIII. p. 722. *Co nuat. Biblioth.* Fabric. *med. & infim. Latinit.* ne Auctor *Lexici eruditor.* Tom. III. col. 766. nec quos ideo euoluimus ſcriptores, huius libri notit habuiſſe videntur. Conf. quae de THOM. MVR RO in noſtris *Analectis* p. 621 ſqq. diximus, & q in Jacob. Wenckeri *Collect. Archiu. iur.* p. 139 leguntur. Expectamus ſingularem, de TH MVRNERI *vita, & ſcriptis,* commentationem Viro Cl. I. M. Franckio illuſtriſſ. Comitis Büna Bibliotheca, qui per litteras amiciſſimas in eam ſpem adduxit.

CXXX.

CATHO in latin durch Sebaſtianum Branth teutſcht.

Ad CATHONIS Lectorem
Sebaſtianus Brant.

Aſpice diuinum praeclari dogma CATHON
Quo pueros mores cum grauitate docet.
Inſtruit infantes materno in lacte decorem
Haurire, & mores, indolem & inde bon
Hunc lege, non propter vim carminis am que verba
Sed decus vnde tibi prodeat atque ſalu
Vt poſtquam inſtructus ſis moribus: inde po
Vergilium: atque alios: hiſtoricosque le
Ecce CATHONIS enim vernarum carn lingua
Vertimus: hos rhitmos edidimusque nc

Ac verbum verbo curaui reddere: quantum
Id rithmus tulit: & praecipitantis opus.
Nam bene dum pueris ſtatui facere atque iuvente,
Appoſui leuibus verſibus ecce manum.
Atque aliquem in tenui contriui meſſe laborem
Qui tibi ſi placeat, dic mihi, Thaeda Vale.

in 4. folior. 18.

Ad rariſſima Sebaſtiani Branti, ſcripta, haec pertinet CATONIS verſio, quod omnes, quos ideo euoluimus ſcriptores, nullam illius fecerunt mentionem. Citatur tamen eius editio anni 1498. in Martini Opitii *in* DIONYSII CATONIS *diſticha de moribus, excerptis & notis, a* Chriſtiano Daumio *interpolatis, Cygneae* 1672. in 8. p. 154. 182. & 202. Inuenitur etiam in den *Beitraegen zur kritiſchen Hiſtorie der deutſchen Sprache, Poeſie und Beredſamkeit* Tom. II. p. 653. CATO *tzu Dutſch: zo Coelln by S. Lupus* in 8. ſine mentione anni facta, & Tom. I. p. 453. CATHO *tzo duytſch. Gedruckt tzo Colln vor ſant Lupus im Jair* 1530. in 4. ſed iſtam verſionem a Branto profectam eſſe, dicto loco non inuenies. Editio, quam ipſi poſſidemus, *Lipſiae* impreſſa eſt anno 1512. quod verba in fine illius poſita, docent: *Impreſſum* Lyptzk *per* Jacobum Thanner Herbipolitanum *Anno dni. Milleſimo quingenteſimo duodecimo.* Neque vero Michael Maittaire, nec qui ad eius *Annales typographicos* Supplementum ſcripſit, Jo. Henricus Leichius, illius habuiſſe videtur notitiam. Qua ratione Sebaſtianus Brant ſuum conuerterit auctorem, lectores intelligere poterunt e *praefatione*, quam hic integram adſcribimus:

Cum animaduerterem quam plurimos homines graviter errare in via morum; ſuccurrendum & conſulendum eorum opinioni fore exiſtimaui: maxime vt glorioſe viuerent: & honorem contingerent.

Nach dem ich eigentlich nam war
Das vil leuth ſchwerlich irrthen gar
Vnd ab dem weg der ſitten giengen
Gdacht ich hülff vnd rath in zu bringen
Vorausz domit löblich ſie lebten
Das ſie nach ere vnd tugent ſtrebten.

Nunc te fili mi chariſſime docebo:
Quo pacto mores animi tui componas.
Nun wil ich allerliebſter ſun
Dich lernen was du ſolt thun
Womit du richteſt wol vnd fein
Die ſytten des gemutes dein.

Igitur precepta mea legito: ita vt intelligas:
Legere enim & non intelligere eſt negligere.
Darum ſo volleſt leſen hie
Mein gebot das du verſtündeſt die
Dan leſen vnd das nit verſton
Iſt ſeumnusz vnd gibt kleinen lon.

Inter *breues ſententias* DIONYSII CATONIS, qu libro primo praemitti ſolent, haſce, quae in omnil aliis fere editionibus leguntur, Sebaſtianus Br omiſit:

Itaque Deo ſupplica.	*Nihil temere credideris.*
Parentes ama.	*Litteras diſce.*
Cognatos cole.	*Nihil mentire.*
Blandus eſto.	*Bonis benefacito.*
Neminem irriſeris.	*Maledicus ne eſto.*
Vino te tempera.	*Exiſtimationem retine.*
Pugna pro patria.	*Vtere virtute.*
	Patere legem quam ipſe tuleri

Pauca in conuiuio loquere.

Secundi libri *praefationem* hac ratione compoſuit:

Telluris ſi forte velis cognoſcere cultus:
Vergilium *legito: quod ſi mage noſce* (noſſe) *laboras*
Herbarum vires Macer *tibi carmine dicit:*
Wiltu vielleicht kennen vnd leren
Den bau der erd wie man ſol eren

So

So lysz Virgilium *dar von,*
Wiltu zu wiſſen underſton
Lieber der kreuter krafft villicht
Das ſagt Macer *in ſeym gediecht.*
Si romana *cupis & punica noſcere bella*
Lucanum *queras qui* Martis *prelia dixit.*
Ob du begereſt wiſſen zu zeyt
Der Römer *vnd* Carthago *ſtreyt*
Such Lucanum *der ſagt dar von*
Wie Mars *zu ſtreytten iſt gewon.*
Siquid amare libet vel diſcere amare legendo
Naſonem *petito: ſin autem cura tibi hec eſt*
Vt ſapiens viuas audique diſcere poſſis
Perque ſemotum vitiis deducitur euum
Ergo ades: & que ſit ſapientia diſce legendo.
Ob dich geluſt zu lieb dich keren
Oder du Narr bulſchafft wilt leren
Such Naſonem *ob aber dir*
Diſz ſorg zu ſynn ſey vnd begir
Wie du lebſt weiſe ſoltu hören
Was du hie von mir mögeſt leren
Dar durch von mir mogeſt volbringen
Dein Zeit vnd tag on laſtermol
Darumb kum her ler leſen frey
Das du erfarſt was weysheit ſey.

Lectio carminis latini, variis in locis, ab illa differt, quam ſequitur Otto Arntzenius in editione, quae *cum ſcholiis* Erasmi, *Notis* Scaligeri, Opitii, Barthii, Daumii, Wachii, *& Metaphraſi graeca* Planudis, Scaligeri, Zuberi & Mylii, prodiit *Traiecti ad Rhenum apud Jurianum a Paddenburg* 1735. in 8. Omiſſum praeterea in Sebaſtiani Brant eſt editione Libri III. Diſtichon II.

Fortunae donis ſemper parere memento
Non opibus bona fama datur, ſed moribus ipſis.

Et Libri IIII. Diſtich. XIX.

Quum ſapias animo, noli ridere ſenectam
Nam quicumque ſenet, puerilis ſenſus in illo eſt.

 Prius

Prius epigramma in pauciſſimis editionibus vetuſt periri, iam monuerunt Joſeph. Scaliger, & C Daumius in *Adnotat.* p. 162. edit. Arntzenii, q etiam accidit, vt Maximus Planudes illud, cum DIONYS. CATONIS diſtichis, in graecum haud verterit ſermonem, quod tamen recentioribus t poribus, a Joſeph. Scaligero & Matthaeo Zuberc ctum eſt. Cauſſam vero quam ob rem Sebaſtia Brant, poſterius omiſerit, conſpicimus nullam, c omnes aliae editiones, quas euoluere nobis licuit referant. Libro IIII. Sebaſtianus Brant in fine verſiculos addidit:

Iam CATHO *finis adeſt tuus ingenioſe magiſter*
Qui pueros mores cum grauitate doces
Te multum prius & mancum lanauimus (ſana mus) *iſto*
Codice: apollineam *contulimus vel opem.*

Illis adiiciuntur *medii verſus pro iuuenibus confec* ſecundum alphabeti ſeriem diſpoſiti. De auctore *d ſtichorum*, & tempore, quo is vixerit, adhuc ſub ii dice lis eſt. Vid Marci Zuerii Boxhornii *Diſſerta de diſtichis, quae ſub* CATONIS *nomine circun feruntur*, Henrici Cannegieteri *reſcripta* Boxhorni *de* CATONE, *in quibus de nominibus, aetate, & ſti lo* CATONIS, quae omnia Otto Arntzenius ſua editioni adiecit. Joannis Beenii *diſſertatio breui philologica, probare contendens, quod diſticha & prae cepta moralia, quae* CATONI *ethnico vulgo tribuun tur, nunquam ab ipſo profecta ſint, Hafniae* 1702. i 4. Conf. Aug. Buchneri *Oratio de* CATONIS *di ſtichis*, quae legitur in Buchneri *orationibus* in vnum volumen collectis *Lipſ.* 1727. in 8. p. 742 ſqq. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. latin.* Vol. I. L. IIII. Cap. I. p. 682 ſqq. Vol. III. p. 279 ſqq. Olai Borrichii *Diſ ſert. I. de poetis latinis* p. 49. Adr. Baillet *Juge mens des Savans* Tom. III. P. I. p. 60 ſqq. Gottfr. Ephr Müllers *hiſtoriſch-critiſche Einleitung zu nöthi ger Kenntnis und nützlichen Gebrauche der alten la-*

teini-

teiniſchen Schriftſteller Tom. II. L. I. Cap. II. p. 60. Variis in primis Henricus Cannegieterus demonſtravit argumentis, *diſtichorum moralium* auctorem, quisquis ille demum fuerit, aetate Conſtantini magni fuiſſe maiorem. De variis libri editionibus, vid. Fabricius ll. citt. & Otto Arntzenius in praefatione.

CXXXI.

Annotationes GVILIELMI BVDAEI, *Pariſienſis*, *Secretarii regii*, in Quatuor Et Viginti Pandectarum Libros Ad Joannem Deganaium Cancellarium Franciae. *Accuratius nitidiusque ab Jodoco Badio Aſcenſio nuper impreſſae.* in folio, folior. 174. ſi epiſtolam dedicatoriam, & tabulam rerum & verborum praemiſſam folior. 8. exceptis.

Quamquam hoc volumen nitidiſſime impreſſum GVILIELMI BVDAEI *adnotationes* in *libros* tantummodo *XXIIII. Tl. priores* complectitur, ob inſignem tamen raritatem, & rerum quas complectitur vtilitatem, magni aeſtimari ſolet, a Juris doctoribus, qui non ſolis *rerum meditationibus*, vt quidam nuper doctor vmbraticus, dicendi ſtribliginem vocare auſus eſt, delectantur, ſed litteras politiores, cum iuris ſtudio, arctiſſimo quodam vinculo coniungunt. Quo tempore haec editio prodierit, pro certo adfirmare non ſuſtinemus, cum illius rei nec vola nec veſtigium in libro ipſo exſtat. Niceronus in *Memoires* Tom. IIX. p. 386. GVIL. BVDAEI *Adnotationes in Pandectas priores*, prima vice *Pariſiis* 1508. prodiiſſe ſcribit. Noſtram eſſe illam ipſam, facile nobis perſuaderemus, niſi verba tituli, *accuratius nitidiusque impreſſae*, dubitationem quamdam apud nos commoverent. Interea apud Michaelem Maittaire, & alios,

 quos

quos ideo euoluimus ſcriptores, non aliam inuenim editionem, quae annum 1517. praeceſſerit. Illa enim, ante iſtum annum, prodiiſſe in lucem, ex conicimus, quod primus libri poſſeſſor, volume iſto anno, ſe comparaſſe, in libri fronte adnotaueri GVILIELMI BVDAEI epiſtola dedicatoria, ad illu ſtriſſimum virum Ioannem Deganaium, Cancellariu Franciae, ſcripta eſt Pariſiis, pridie Nonas nouembr anno milleſimo quingenteſimo octauo (1508). Contu limus hanc editionem cum recentiore editione, qua in GVILIELMI BVDAEI *Operibus*, cum praefatione Coelii Secundi Curionis, *Baſileae* 1557. IIII Tom in fol. editis, Tom. III. exſtat, illasque mirifice inter ſe diſcrepare deprehendimus, id quod nos iterum in eam adduxit ſententiam, omnium primam eſſe editionem, quam nunc recenſemus, quoniam Mr. Boivin in *Memoires pour la vie de* GVILLAVME BVDE, *premier Bibliothecaire du Roi*, Tom. III. de *l'Hiſtoire de l'Academie royale des inſcriptions, & belles lettres*, p. 530. edit. *Amſterd. chez Franc. Changuion* 1731. in 12. ſcribit: *il publia dans la ſuite, & en differens temps, ſes remarques ſur les Pandectes, dont il a depuis deſavoué en quelque maniere la premiere edition.* De *Adnotationibus* GVIL. BVDAEI, *in libros Pandectarum poſteriores*, earumque editionibus, vid. Niceron *Memoires pour ſervir à l'hiſtoire des hommes illuſtres dans la Republique des lettres*, l. cit.

CXXXII.

De Aſſe & partibus eius Libri quinque GVILIELMI BVDAEI *Pariſienſis Secretarii regii. Venundantur in aedibus Aſcenſianis* in fol. folior. 172. ſi praefationem, & *rerum, vocum, & ſententiarum inſignium, indicem ſerie litteraria*, folior. 7. non numeraueris.

Incre-

Incredibile eſt, quantum nominis famam, apud viros doctos, hoc opere BVDAEVS ſibi conciliauerit. Audiamus illius praeconem Ludouicum Regium, qui apud Guil. Bateſium, in *vitis ſelector. aliquot viror.* p. 225. hac ratione ſcribit: - - *Poſt eum & Plutarchi tranſlationibus iam celebris, & Annotationibus in Pandectas clariſſimus euaſiſſet, diuinum opus de Aſſe instituit. In quo aegram ac prope comploratam rei literariae partem ſuſcepit, atque a nullo dum prae difficultate ſubleuatam, animaduerſione multa, ingenii ſingulari felicitate, induſtria mirabili, inſtaurauit. Nam pondera & menſuras veterum, nomiſmatis graeci latinique rationem, & aeſtimationem, tum numerandi modum, & colligendi res, denſiſſimis tenebris obſcuritatis obductas, longis errorum anfractibus, implicatas, corruptis exemplaribus propemodum comploratas. incuria temporum neglectas, & non modo a quoquam ſcriptorum, noſtrae aut auorum memoriae, ſed ne ab his quidem, qui intra mille annos ac longe plures fortaſſe fuerunt, intellectas, omnibus veſtigiis indagauit, explicuit, illuſtrauit, reſtituit in priſtinum nitorem. Priſcam quoque mundi opulentiam, atque omnium gentium diuitias in aerarium (vt ita dicam) ciuitatis* romanae, *iam plane tot ſeculis exhauſtum intulit. Quo nomine poſteritatem omnem immortali beneficio deuinxit. Quid enim erat, in quo ſtudioſis hoc tempore plus prodeſſet? quid erat quod aut nationi* gallicae *honorificentius? aut exteris nationibus gratius? aut tuendae dignitati litterarum accommodatius? aut ad intelligendos auctores totiusque antiquitatis interpretationem magis neceſſarium afferre poſſet? Librarum, ſeſtertium, talentorum, totiusque rei nummariae, ponderum, menſurarum, numeri, modi, vocabula* graeca *iuxta ac* romana *propter vetuſtatem obſoleuerant.* Hermolaus, Politianus, *& alii complures viri ingenio & doctrina praeſtantiſſimi, rem tantam infeliciter adorti, propter obſcuritatem tam honeſto conatu deſtiterant: vnus ad extremum* BVDAEVS *buic parti aegrotae ac prope deſideratae reperit medicinam. Quam*

ob rem quis illum non iure miretur, ſummeque in laudandum arbitretur, quia quo vno adhuc carebam, quod iacuerat ad hanc aetatem, nec habuerat lumen lum in eo illuſtrando & excitando omnes neruos aeta induſtriaeque contenderit? nullo emolumento, niſi quam plurimis prodeſſet, inuitatus &c. Omnium a tem prima & rariſſima editio eſt, quam adferimu Quo tempore prodierit, ſubſcriptio lectores doce poterit, quae in fine libri legitur: *Finis libri quin & vltimi de aſſe & partibus eius,* GVILLIELMI BV DAEI, Pariſienſis, *a ſecretis regiis: In chalcograph.* aſcenſiana *ad Idus Martias MDXIIII.* (1514). Vi autem BVDAEVS opus euulgauerat, cum duo inue nirentur homines, qui gloriae partem, quam BV DAEVS illo conſcribendo adeptus fuerat, omni, ſib vindicare, ſtudio laborarent. Alter Leonardus Por tius, Italus, vir alioquin in iuris diſciplina verſatiſſi mus, & morum probitate integerrimus, adulatione potiſſimum Jo. Baptiſtae Egnatii, Veneti, qui editis in Suetonium *adnotationibus*, mox BVDAEO, prae clari inuenti laudem, mox Portio tribuerat, adductus, ſua eſſe omnia, quae BVDAEVS, *de aſſe, & eius partibus*, protulerat, gloriari non erubuit. Quod cum eſſet ad BVDAEVM perlatum, *grauiter,* vt Ludouicus Regius, apud Bateſium l. cit. p. 226. ait, *exarſit, & vehementiſſima animi, ingenii, virium contentione, ius ſuum defendit, atque hoc ipſum palam teſtatus eſt, a nullo ſe vnquam homine, duntaxat qui viueret, his de rebus, quas tradidiſſet, quicquam didiciſſe vel fando vel legendo: tantumque abeſſe ne quid a* Portio *acceperit, vt omnia quae ſub nomine* Portii *ad eam prodierant, illa vno eodem continuato, perpetuoque furto eſſent ex ſuo aſſe translata.* Et haec certe controuerſia, iuſto diutius, paulloque ſeuerius fuiſſet agitata, niſi iuſto interueniſſet tempore Joannes Laſcaris communis & Portii & BVDAEI amicus, qui ſuo conſilio, ſuisque effecit precibus, vt *digreſſio in* Portum *contumelioſa,* quam remouendae ſuſpicionis, ſuique purgandi cauſſa,

ſecun-

ſecundae libri *de aſſe* editioni inſerere conſtituerat BVDAEVS, inde eximeretur, omnisque hac ratione controuerſia dirimeretur. Conf. Niceron l. cit. pag. 385 ſeqq. Mr. Boivin de Villeneuve l. cit. pag. 531. P. Baile *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. I. p. 691. not. G. Alter gloriae eius obtrectator fuit Georgius Agricola, Germanus, qui eamdem ſe rem pertractaſſe ante BVDAEVM gloriabatur; ſed nulla prorſus ratione BVDAEVM commouit, vt illi reſponderet. Vid. Ludouicus Regius, Niceron, Boivin, & Baile ll. citt. Conf. Scaeuolae Sammarthani *Elogia* Gallorum *Seculo XVI. illuſtrium* L. I. n. II. p. 8. De recentioribus, libri *de Aſſe*, editionibus vid. Niceron l. cit. Ipſe GVIL. BVDAEVS illum in compendium redegit, & gallice verſum edidit. BVDÉ *prit lui-même*, ait Niceron l. cit. pag. 385. *le ſoin de faire un abregé, de ſon livre en françois, & cet abregé a été imprimé plusieurs fois, il eſt cependant rare. Une edition porte ce titre:* Sommaire ou Epitome du livre de Aſſe par GVILLAVME BVDÉ, Paris 1522. in 8. *Une autre eſt intitulée:* Extrait ou Abregé du livre de Aſſe de feu Mr. BVDE', auquel les monnoyes, poids & meſures anciennes ſont réduites à celles de maintenant. Revû de nouveau, corrigé & additionné. Paris 1550. in 12.

CXXXIII.

Commentarii linguae graecae, GVLIELMO BVDAEO, *Conſiliario Regio*, *Supplicumque libellorum in Regia magiſtro, auctore:* ab eodem accurate recogniti, atque amplius tertia parte aucti: quibus Index ſubiectus eſt duplex, tam Graecas quam Latinas voces & phraſes demonſtrans. τοῦς ἐπιμελείας δοῦλα πάντα γίνεται. *Baſileae, apud*

apud Nicolaum Epiſcopium iuniorem anno MDLVI. (1556) in fol. col. 1560. ſi praemiſſa, epiſtola BVDAEI graeca, in fine adiecta, & indices folior. 94. non numerati fuerint.

Omnium praeſtantiſſima haec eſt editio, neque minus rara, operis, quod Niceron in *Memoires* Tom. IIX. p. 387. hoc elogio ornauit. *Ces Commentaires ſont tres-ſavans, & on y remarque, ſans peine un travail immenſe & une lecture prodigieuſe, mais après tout ce n'eſt qu'une maſſe informe & indigeſte, ſans ordre, & ſans methode.* Ipſe id fateri videtur BVDAEVS, cum ſcribit: *Quoniam vſus ſcribentium eſt multiplex, ego quae in mentem mihi venient, in hos commentarios quam potero explicatiſſime referam, & ad iuuenum captum appoſitiſſime: ita tamen vt ſi iam forte prouectiores eos legerint, nonnulla inuenturi ſint, ob quae nec omnem operam luſiſſe ſe dictitent, nec nos in rebus translatitiis tantum laboris exhauſiſſe.* Prima editio prodierat *Pariſiis e chalcographia badiana* 1529. in fol. vid. Michael Maittaire *Annal. typograph.* Tom. II. p. 728. ſecunda *Baſil.* 1530. in fol. vid. Niceron l. cit. Forte eadem & vna eſt editio, quam Joan. Ludolph. Bünemannus in *Catalog. MS. & libror. rariſſ.* p. 46. *Coloniae* 1530. prodiiſſe adfirmat. Tertia ab auctore adcurate recognita atque amplius tertia parte aucta, lucem vidit in *officina Roberti Stephani*, *Pariſ.* 1548. *VIIII. Calend. Jan.* in fol. vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. III. p. 411. *Catalog. Biblioth.* ſalthen. p. 181. Ad illam quarta, cuius adtulimus titulum, exſcripta eſt. Praemittitur GVILIELM. BVDAEI epiſtola dedicatoria graeca, ad Franciſcum Franciae Regem; Excerptum de GVIL. BVDAEO e Paull. Jouii *Elogiis claror. viror.* & e *bibliotheca* Conradi Geſneri; duoque *epigrammata* Jani Vitalis & Salmonii. Ille BVDAEVM tali elogio ornauit:

Qui ſanctum ſimul, & ſimul diſertum

Exqui

Exquiris ſapientiae magiſtrum,
Vltra quid petis? hic iacet BVDAEVS.

hic vero:

BVDAEVS *voluit media de nocte ſepulchro*
Inferri, & nullas prorſus adeſſe faces
Non factum ratione caret, clariſſima quando
Ipſe ſibi lampas, luxque coruſca fuit.

Epigrammate gallico, in hanc BVDAEI vltimam voluntatem luſit, Melin de Saint Gelais, quod vt Mr. Boivin l. cit. p. 534. memorauit, inſigni adplauſu exceptum fuit:

Qui eſt ce corps, que ſi grand peuple ſuit?
Las! c'eſt BVDÉ *au cercueil étendu!*
Que ne ſont donc les cloches plus grand bruit?
Son bruit ſans cloches eſt aſſez épandu!
Que n'a-t-on plus en torches dépendu
Suivant la mode accoutumée & ſainte?
Afin qu'il ſoit par obſcur entendu,
Que des François *la lumiere eſt éteinte.*

Conf. Franc. Garaſſe *doctrine curieuſe, de beaux Eſprits de ce tems, ou prétendus tels, Paris.* 1624. in 4. p. 920. vbi vltimae voluntatis GVIL. BVDAEI, verba leguntur. P. Baile *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. I. p. 693. not. N. In fine *commentariorum* adparet BVDAEI epiſtola graeca τῶν νέων τοῖς τῶν ἑλληνικῶν λόγων ἐφιεμένοις dicata. Finem operi imponunt duo indices copioſiſſimi, alter graecus, alter latinus. In *operibus* GVIL. BVDAEI omnibus, *Commentarii graecae linguae* Tomum conſtituunt quartum. Conf. Jo. Henr. Boecleri *diſſertat. de lexicis,* Tom. I. *Diſſertation. academicar. Argentorat.* 1701. in 4. p. 652. Eiusd. *Bibliographia critica* §. XII. pag. 20. edit. Jo. Gottlieb. Krauſii *Lipſ.* 1715. in 8. Jo. Fabricii *Hiſtoria Bibliothecae* Fabrician. Tom. III. p. 255 ſqq. Conr. Samuel Schurzfleiſchii *introductio, in notitiam Scriptorum variar. artium atque ſcientiarum* P. I. *Viteb.* 1736. in 8. pag. 221 ſqq. P. III. *ibid.* 1737. pag. 102 ſeqq.

Adr.

Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. III. pag. 146 ſqq. Ludouici Regii *vita* GVIL. BVDAEI l. cit. pag. 227. vbi hoc legimus operis laudati encomion: *ſcripſit commentarios linguae graecae, valde & illos profundos. Continent enim omnes prope diuitias orationis graecae, & oſtendunt ſermonis latini, cum graeco cognationem, opus immenſi ac prope infiniti laboris, & a nemine quod ſciam prius tentatum, vbi arcana* Graecorum *myſteria enunciauit, & cuiuis ediſcenda propoſuit, quae vix antea ſolertiſſimis aperiebantur.* Georgius Buchananus L. II. *Epigrammat.* p. 157. edit. *poematum commelinianae* 1609. in 8. laudes BVDAEI hoc epigrammate, ob editos *graecae linguae commentarios*, complexus eſt:

Gallia *quod* graeca *eſt, quod* Graecia *barbara non eſt*
Vtraque BVDAEO, *debet vtrumque ſuo.*

CXXXIIII.

Commentarii explicationum in M. T. Ciceronis Tuſculanarum Quaeſtionum libros V. IOACHIMO CAMERARIO, *Pabergenſi autore.* Quorum primo & ſecundo ad Julium Pflugum copioſa eſt inſerta diſputatio de Imitatione, defenſaque vtilitas atque bonitas, & ratio quaedam quaſique via demonſtrata illius: vna cum epiſtola ad Joannem Oporinum, qua Apollonii Tyanei de imitatione quoque ſententia declaratur. Reliquis quaecunque in poſterioribus quatuor Tuſculanarum quaeſt. libris obſcuriora, magisque memorabilia occurrunt loca, lucidiſſime ſimul atque eruditisſime explicantur, Ad Danielem Stibarum Canon. Wircepurgenſem, virum praeſtantisſimum. Vna cum rerum & verborum in hiſce omnib. locupletiſſ.

tiſſ. indice. *Baſileae*, in 4. pp. 277. ſi praemiſſa, & indices folior. 31. exceperis.

Omnia fere ſcripta, viri doctiſſimi JOACHIMI CAMERARII, rariſſime inueniri, iam adnotauit Joan. Henric. Boeclerus in *Bibliographia critica* p. 96. & Adrian. Baillet in *Jugemens des Savans* Tom. II. P. II. p. 79. vbi ait: *Tous les Ouvrages de* CAMERARIUS *ſont presque univerſellement eſtimés & la plûpart ſont devenus aſſés rares, parce que les Connaiſſeurs s'en ſaiſiſſent auſſi-tôt qu'ils les rencontrent* &c. Nonnulla recenſentur a Cl. Jo. Vogtio in *Catalogo libror. rarior.* p. 165. a Daniel. Gerdeſio in *Florilegio libr. rar.* p. 46. in *Analectis* noſtris *litterariis* p. 187 ſqq. in *Bibliotheca* Saltheniana & alibi paſſim. Complectitur haec pars prima *Commentariorum in tuſculanas quaeſtiones* explicationes in librum I. & II. Impreſſa eſt, vt in fine legitur, Baſileae *in Officina* Roberti Winter *Anno* 1538. *menſe Martio*. Praemittitur illi, Chalcographi, *ad Lectores, epiſtola*, qua errata typothetarum, quae irrepſerant, emendantur. *Index locorum ex aliis auctoribus, quae in hiſce Commentariis vel citantur vel explicantur, vel denique reſtituuntur. Eorum item omnium, quae de illis ipſis obſeruanda dicuntur.* In calce voluminis, reperitur *rerum ac verborum, in hiſce commentariis memorabilium index*. Conf. Georg. Summeri *Catalogus omnium librorum, & ſcriptorum tam editorum quam edendorum* JOACHIM. CAMERARII *Dantiſc.* 1646. in 8. p. 92. qui librum in 4. impreſſum, forma 8*na* prodiiſſe ſcribit. Exemplari, quo vtimur, manu cuiusdam adſcriptum eſt carmen JOACHIM. CAMERARII graecum diſtichor. 9. Γεωργίῳ Ἥρῳ διδασκάλῳ γενομένῳ ἀνδρὶ ἀρίστῳ καὶ ἐυσεβεστάτῳ nuncupatum, quod anecdoton eſſe credimus.

CXXXV.

CXXXV.

Commentarii Explicationum in reliquos
tuor M. T. Ciceronis Tuſculanarum Q
ſtionum libros, Ad praeſtantiſſimum virum D
lum Stibarum Canonicum Wircepurgenſem,
CHIMO CAMERARIO *Pabergenſe autore.* A
ctus eſt quoque rerum & verborum in hiſce
morabilium locupletiſſimus index. *Cum grat*
priuilegio Caeſareo ad quinquennium. *Ba*
apud Joannem Oporinum, in 4. pp. 91. ſi prae
ſa & addita epiſtola ad Stibarum non fuerint
merata.

Poſterioris partis *Commentariorum in Qua*
nes Ciceronis tuſculanas, hic titulus eſt. Prodi
in fine memoratur anno 1543. Conf. Georg.
merus l. cit. Niceron in *Memoires* Tom. XV
p. 97. Initium voluminis conſtituunt *epiſtola* CA
RARII ad Stibarum dedicatoria: & *rerum & v*
rum in hiſce Annotationibus memorabilium index:
ronidis loco, libri adponitur CAMERARII *epi*
ad Stibarum, Id. April. ſcripta, in qua illi, inte
gratias agit, quod vinum illi & poculum dono
rit. En! ipſa CAMERARII verba: *Vino adm*
delector, & incorruptum ad me, vt videtur, peru
de quo nuper gratias egi tibi, ſed plane veterat
homo, vt noſti, ſimplex. Cum enim plurimum no
do huius, ſed innumerabilium beneficiorum nomine
me debere confiterer, Ciceronianam *ſententiam p*
ESSE ANIMI INGENVI, CVI MVLTVM DEB
EIDEM PLVRIMVM VELLE DEBERE. *Se*
tibi notum eſſe certe ſcio, & ſic te accipere noſtr
dicuntur, id eſt in optimam partem omnia. Tib
men parcemus, ſed ἀπὸ δρυὸς ἢ ἀπὸ πέτρης *ſiquid d*
pi poterit, eo vtemur, de quo tu videbis. In p
quidem fuiſti plane μεγαλοπρεπής, *de quo & ipſo*

gr

gratias tibi aegimus. ſcalptura autem oſtenditur a me φιλοτιμοτάτως *amicis noſtris, in qua cum alia omnia, admodum, tum hoc,* PROBATAE FIDEI ERGO, *me mirifice delectat. Sed de bis ſatis, ac plus fortaſſe quam tu velis* &c. Vtraque pars huius *Commentarii* in vnum volumen redacta fuit, teſte Georgio Summero l. cit. & Nicerono l. cit. p. 97. *Baſileae* 1548. in 4. Editioni tuſculanarum *quaeſtionum*, quae *cum Commentariis, ſcholiis, & variis lectionibus*, Georgii Vallae, Philippi Beroaldi, Eraſmi roterodami, Jani Pagnini, *&* Paulli Manucii *Paris.* 1549. in 4. euulgata fuit, non ſpernenda *Commentariorum* JOACHIM. CAMERARII particula inſerta fuit. Vid. Niceron l. cit. Michael. Maittaire *Annal. typograph.* Tom. III. p. 579.

CXXXVI.

JOACHIMI CAMERARII *Papeberg.* Commentarii vtriusque linguae, in quibus eſt *διασκευὴ ὀνομαστικὴ τῶν ἐν τῷ ἀνθρωπίνῳ σώματι μερῶν.* Hoc eſt diligens exquiſitio nominum, quibus partes corporis humani appellari ſolent. Προστεθεισῶν καὶ τῶν τῆς χρείας ἑκάστων ὀνομασιῶν καὶ παρεπομένων τινῶν αὐταῖς. Additis & functionum nomenclaturis, & aliis his accedentibus. Παραλλήλως σχεδὸν κειμένων τῶν τε καὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν λέξεων. Poſitis fere contra ſe graecis ac latinis vocabulis. *Cum priuilegio peculiari ad quinquennium, cuius exemplum ad libri calcem reperies. Edebantur Baſileae, per Joannem Heruagium, Anno Chr. MDLI.* (1551) in fol. col. 498. excepto prooem. folior. 8. indice vocum latinar. fol. 14. & graecar. 19.

Librum prae ceteris JOACH. CAMERARII ſcri
eſſe rarum, teſtatur Daniel Gerdeſius in *Florileg
bror. rar.* p. 47. & *Catalog. Bibliothec.* ſalthen. p. 1
Prooemium ſcriptum eſt, *ad nobilem ordinis equeſt
in* Miſnia, *adoleſcentem*, Bolgangum Theodorici
Werterenſem, in quo, hoc opus, hortatu & inſtin
in primis Georgii Sturcii, medici, & Simonis Gryn
cuius etiam in fine *prooemii* legitur epiſtolion,
CAMERARIVM, editum eſſe confirmat. *Index l
nus* copioſiſſimus opus praecedit, *graecus* vero in
ce ſubiicitur. Quae praeterea in libro inueniun
titulus ſatis ſuperque prodit.

CXXXVII.

Narratio de H. Eobano Heſſo, comprehend
mentionem de compluribus illius aetatis
ctis & eruditis viris, compoſita a JOACHIMO C
MERARIO *Pabebergenſi.* Epiſtolae Eobani He
ad CAMERARIVM, & alios quosdam, familiari
genere, cum lepidae ac facetae, tum eruditae
literatae: Cum quibusdam CAMERARII & ali
rum ſcriptis. Quorum nihil ante hunc diem,
hunc modum editum fuit. *Exprimebantur ha
Norimbergae a Joanne Montano, & Vlrico Neube
Anno ſalutiferi Chriſti Jeſu partus*, *MDLIII.* (155
in 8. folior. 200.

De inſigni libri raritate, vid. Joan. Philippi K
chenbeckeri *Analecta* haſſiaca Collect. VI. pag. 47
Cl. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 340. Jacob. Brucke
Ehrentempel der deutſchen *Gelehrſamkeit* Dec. II
pag. 132. not. (a). In altera tituli pagina conſpicit
ſignum eobanicum, cum hoc elogio:

Nubi

Nubila ſcandentem Lauri de ſtipite cygnum
Heſſo *ſtemma ſuum libera Muſa dedit.*

Narrationem de Eobano Heſſo, CAMERARIVS, ad Adamum Cratonem, fuldenſem, qui auctor illi fuerat, vt iſtam componeret vitam, perſcripſit. *Epiſtolis* Eobani Heſſi, *ad* CAMERARIVM, *& alios*, ſcriptis, CAMERARIVS epiſtolam praefixit dedicatoriam ad Petrum Suauenium, Equ. Ord. gentis Pomeran. IOACHIMI CAMERARII *epiſtolae*, quae vltimum, in collectione, occupant locum, omnes metro, ſi omnium primam ad Eoban. Heſſum, & vltimam ad Philipp. Becchium exceperis, conſcriptae ſunt. Invenitur etiam, inter CAMERARII *epiſtolas*, Joannis Stigelii epiſtola, qua illi gratias agit, ob communicatam ſecum *Narrationem de* Eobano Heſſo, illique *Epitaphium* mittit, elegis conſcriptum, quo puer adhuc Eobani Heſſi complexus fuerat laudes. Conſtituit vero *epiſtolarum* haec collectio, partem primam, *Epiſtolarum* Eobani Heſſi, quas IOACHIM. CAMERARIVS III. Tomis in 8. euulgauit. Duo volumina poſteriora non poſſidemus, illorum tamen titulos, ex Georgii Summeri *Catalogo* & Niceroni *Memoires* l. cit. p. 104 ſqq. hic adſcribere non pigebit. Secundum volumen hoc prodiit titulo: *Libellus alter epiſtolas complectens* Eobani *& aliorum quorundam doctiſſimorum virorum, nec non verſus varii generis & argumenti*, *Lipſ.* 1557. *ex officina Valentin. Papae* in 8. Tertium volumen inſcribitur hac ratione: *Tertius libellus epiſtolarum* Eobani Heſſi *& aliorum quorundam virorum autoritate, virtute, ſapientia, doctrinaque excellentium, editus autore* IOACHIMO CAMERARIO *Papebergenſi*, *Lipſiae apud Voegelinum* 1561. in 8. IOACHIMI CAMERARII *narrationem de* Eobano Heſſo, ob inſignem illius raritatem, *Lipſiae* 1696. *impenſis Martini Theodori Heybey* in 8. Joan. Benedictus Carpzouius recudendam curauit. Iſta *narratione*, in deſcribenda Eobani *vita*, poſtea vſi fuere Melchior Adami in *vitis philoſophor.* germanor.

nor. p. 49. & Niceron in *Memoires* Tom. XX
303 ſqq. Conf. cum hiſce Eobani Heſſi *vitis* me
tur Chriſtoph. Frideric. Ayrmanni *Programmata
de* Helii Eobani *ortu*, *nomine*, *&* *coniugio*, *Gi*
1739. & 1740. in 4. Jacobi Bruckeri *Lebensbeſch
bung* Helii Eobani Heſſi, in dem *Ehrentempel* d
ſcher *Gelehrſamkeit* l. cit. Adr. Baillet *Jugemens
Savans* Tom. IIII. P. I. p. 165 ſqq. De ſodal
litterario, quod Eobanus Erfurti inſtituit, vid.
Chriſtophori Haymanni *Geſchichte von den Ge
ſchafften der Gelehrten*, *Lipſ.* 1743. in 8. Tom. I. (
XVI. p. 390 ſqq.

CXXXIIX.

IVLII OBSEQVENTIS Prodigiorum liber.
vrbe condita, vsque ad Auguſtum Caeſar
cuius tantum extabat Fragmentum, nunc dem
Hiſtoriarum beneficio, per Conradum Lycoſten
Rubeaquenſem, integritati ſuae reſtitutus. POL
DORI VERGILII, *Vrbinatis* de Prodigiis li
III. JOACHIMI CAMERARII *Paberg.* de Oſt
tis Libri II. *Lugduni*, *apud Joan. Tornaeſium*,
Guil. Gazeium M. D. LIII. (1553) in 12. pp. 3

Raram editionem eſſe intelligimus, e *Catalogo
bliotb.* Chr. Frid. Schmidii p. 615. e *Catalog. Bibli*
ſalthen. p. 363. IVLII OBSEQVENTIS, de
ius aetate nihil certi pronunciare audent viri crit
fragmentum libri, quem *de prodigiis in orbe* rom
viſis conſcripſerat, a conſulatu L. Scipionis & C. L
lii ab V. C. 505. ad aetatem vsque Imperatoris A
guſti, cum P. Fabius, & M. Aelius conſulatui pr
eſſent, Jucundus veronenſis, cum Aldo romano p
mum communicauerat, a quo cum Plinii *epiſtolis*
panegyrico, *&* (Aurelio Victore) *de viris illuſtrib*
Su

Suetonio *de grammaticis, Venet.* 1508. in 8. editum, & Aloiſio Mocenico, Equiti & Senatori veneto dicatum fuit. Vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. p. 191. Hanc editionem inſequentibus temporibus, multae aliae ſequutae fuerunt, quas enumerat Jo. Albert. Fabricius L. III. *Biblioth. latin.* Cap. IIII. p. 536 ſeqq. Joan. Nicol. Funccius in *Commentar. de vegeta latinae linguae ſenectute* Cap. IIX. §. XIII. p. 707 ſeqq. Franc. Oudendorpius in *Catalogo editionum* OBSEQVENTIS, quem ſuae editioni praemiſit. Partem poſtea libri primi, quae temporum iniuria perierat, reſtituere Titi Liuii, Dionyſii Halicarnaſſei, Oroſii, Eutropii, *aliorumque*, vt ſcribit, *probatiſſimorum auctorum auxilio, ita vt nihil plane deeſſe videatur*, adgreſſus eſt Conradus Lycoſthenes, rubeaquenſis, qui IVLII OBSEQVENTIS *prodigiorum librum, integritati ſuae reſtitutum*, cum Polydori Vergilii L. III. *de prodigiis*, & IOACH. CAMERARII L. II. *de Oſtentis* in lucem emiſit *Baſileae ex officina oporiniana* 1552. in 8. & ea quae addidit OBSEQVENTI capita, praefixo aſteriſco notauit. Ad hanc editionem, illa cuius titulum adſcripſimus, *quam nitidiſſime & adcuratiſſime*, vt Funccius l. cit. ait, expreſſa eſt. Niceron, qui in *Memoires* Tom. XXXI. p. 339 ſqq. Lycoſthenis expoſuit vitam & opera, quae ab illo edita ſunt, recenſuit, illius nullam habuiſſe videtur notitiam. Illam etiam a Gerardo Joan. Voſſio, non fuiſſe conſpectam, verba produnt L. III. *de Hiſtor. latin.* p. 636. ab illo prolata, vbi ait: Jo. Tornaeſius, *typographus regius*, Lugduni OBSEQVENTIS *libellum, a* Lycoſthene *ſuppletum, edidit cum praefatione quidem* Lycoſthenis, *verum* (*quae res peſſimi eſt exempli*) *ſine aſteriſcis. Vnde nunc fieri videas, vt graui errore,* Lycoſthenes *paſſim, pro* OBSEQVENTE *legatur; atque etiam pro eo, ab eruditis viris, ad partes aduocetur.* Falſa enim haec, quae Voſſius prodidit, eſſe, & aſteriſcos in margine adpoſitos eſſe, nonſolum

 con-

conſpectus nos docuit, ſed id iam Fabricius & Fi
cius ll. citt. obſeruarunt. Noſtro exemplari prae
tuntur 1) Conradi Lycoſthenis, rubeaquenſis, *ad*
guſtinum Bacgut, *praefatio* ſcripta 1552. 2) L
ni Cormanni, Gandaui, *ad* D. Conradum Lycoſ
nem *carmen ſapphicum*. 3) *Elegia Libri*, *ad L*
rem, per eundem. 4) *Catalogus Regum, Conſulu*
tribunorum rom. *ſub quibus prodigia viſa ſunt*. 5
IVLII OBSEQVENTIS *prodigiorum libellum in*
De editionibus recentioribus, quae cum Lycoſth
ſupplemento, in lucem exierunt, vid. Fabriciu
Funccius ll. citt. Conf. Tom. III. *Biblioth. latin*
65 ſqq. Editio, noſtra hac aetate, cenſetur opti
quae *cum Animaduerſionibus* Jo. Schefferi, *& ſup*
mentis Conradi Lycoſthenis, *curante* Franciſco
dendorpio, *Lugduni Batauor. apud Samuel. Lu*
mans 1720. in 8. pp. 215. ſi praemiſſa, & quin
indices exceperis, prodiit. Conf. *Acta eruditor*
lipſienſ. 1721. p. 118 ſqq.

De Conrado Wolfhart, ſiue Lycoſthene, rub
quenſi (Ruffach in Alſatia) Profeſſore grammati
& dialectices, nec non Diacono baſileenſi, anno 15
nato, & anno 1561. aetatis anno XLIII. Baſile
apoplexia correpto, vid. praeter Niceronum l.
Joh. Simlerus in *Biblioth*. p. 143 ſqq. Melchior A
mi, in *vitis Theologor*. germanor. p. 173 ſqq. Pa
Freherus in *Theatro viror. eruditione claror*. p.
Adr. Baillet in *Jugemens des Savans* Tom. II. P
pag. 15.

De POLYDORO VERGILIO alio loco pluril
verbis dicemus. Conſcripſit *de prodigiis dialog*
cum in Anglia, apud Regem Henricum IIX. Alex
dri VI. pontificis iuſſu, ageret Quaeſtorem. Id Lo
dini anno 1526. factum eſſe, docet eius epiſtola
dicatoria, ad Franciſcum Mariam, Vrbini Duce
Quo tempore, omnium prima, prodierit editio, n
conſtat. *Londini* anno citato, id eueniſſe exiſtin
Gerard. Jo. Voſſius l. cit. p. 607. ſed Joſias Simler

in *Bibliotheca* p. 583. & Chriſt. Schoettgenius in *Continuat. Biblioth.* Fabric *med. & infim. Latinit.* L. XVI. p. 6. editionem anno 1531. antiquiorem, non adducunt, quae *Baſileae ex officina bebeliana* prodiit. Conf. P. Baile *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. IIII. p. 2832. not. D. Errant autem, qui in iſto *dialogo*, prodigiorum inueniri hiſtoriam exiſtimant; id ſibi potius negotium exiſtimauit eſſe datum POLYDORVS VERGILIVS, vt illos impugnaret, qui arti diuinandi nimium dediti ſunt. Haec enim, verba illius in epiſtola dedicatoria, illico produnt. *Cuius* (Chriſti) *ipſe quoque doctrina instructus, confidenter veni, in certamen, cum hariolis, auguribus, haruſpicibus, vatibus, ſortilegis, quos partim diuinis, partim naturalibus debilitatos, imo atque adeo deuictos rationibus iacere, cum ſuis peſtiferis artibus, videre iam licebit.*

JOACHIMVS CAMERARIVS *Norica ſua, ſiue de Oſtentis libr. II.* perſcripſit ad Andream Fuxum. Prima editio, cum praefatione Phil. Melanchthonis, ad Ludouicum Gauricum, aſtrologum, ſuae aetatis celeberrimum, prodierat *Vitebergae* 1532. *apud Georgium Rhau* in 8. Editiones *baſileenſis* 1532. & *lugdunenſ.* 1533. in 8. cum IVLIO OBSEQVENTE a Nicerono in *Memoires* Tom. XVIIII. p. 86. prolatae, nullibi exſtant, & typothetarum errori, originem debent. Legendum eſt 1552. & 1553. Liber Italis adeo placuit, vt illum in linguam ſuam vernaculam translatum, & hoc titulo: GIVLIO OSSEQVENTE *de' prodigi, e* POLIDORO VIRGILIO *dell'iſteſſa Materia libri III. aſſieme con i due libri di* GIOVACCHINO CAMERARIO *degli oſtenti, il tutto tradutto per* Domenico Maraffi. *In Lione per Tournes* 1554. *con figure* pp. 340. in 8. editum, dignum cenſerent, qui in ſic dicta *collana latina, la III. gioia* conſtitueret. Vid. Nicol. Fr. Haym *Notizia de' libri rari, nella lingua* italiana, p. 29. Scip. Maffei *Traduttori italiani o ſia Notizia de' Volgarizzamenti d'Antichi*

Scrittori Latini, *e* Greci *che ſono in luce* p. 56. (
verſionis auctorem, Damiano Maraffi adpellat. N
ceron l. cit.

CXXXVIIII.

Commentatio Explicationum omnium Trago
diarum Sophoclis, cum exemplo dupli
conuerſionis, JOACHIMI CAMERARII *Pabepe*
genſis. Acceſſit rerum & verborum in his pra
cipue notatu dignarum copioſus index. *Cum Ca*
ac regiae Maieſtatum gratia & priuilegio ad ann
decem. Baſileae per Joannem Oporinum, in 8. fori
maioris pp. 515. ſi indicem pp. 37. exceperis.

Jam anno 1534. *Hagenoae*, *ex officina ſeceria*
prodierant in 8. *Traguediae* Sophoclis *graece cu*
JOACHIM. CAMERARII *notis in* Oedipum *tyra*
num, Oedipum coloneum *&* Antigonen. Iis poſt
JOACH. CAMERARIVS *notas, in* Aiacem *flagelliferu*
Electram, Trachinias, & Philoctetem adiunxit, & hc
quo diximus, titulo, edidit. Factum id eſt Ani
M. D. LVI. (1556) *menſe Auguſto.* Haud igit
ſatis adcurate Sophoclem, *cum Commentario* JOAC
CAMERARII *Baſileae* 1556. in 8. editum eſſe di
Joan. Alb. Fabricius L. II. *Biblioth. graec.* Cap. XVI
p. 632. & Niceron in *Memoires* Tom. XVIIII. p. 8
Enoluimus quidem *catalogum librorum*, *ab* Oporir
excuſorum, quem Andreas Jociſcus, *oratioui de ori*
vita & obitu Joannis Oporini adiecit; ſed in illo S
phoclem, *cum Commentario* CAMERARII fruſt
quaeſiuimus. Sine dubio, igitur viri doctiſſimi, n
ſtro libro, quem non viderunt, in iſtum errorem i
ducti fuerunt. Titulum ſequitur JOACH. CAM
RARII, *epiſtola* ad Joan. Oporinum, quam ſcripſi
cum illi MStam commentationem *explicationu*
omniu

omnium tragoediarum Sophoclis, imprimendam committeret. In illa, inter alia legimus, quod CAMERARIVS quidem coeperit interpretari bifariam Sophoclis *tragoedias*, vt & verbis conuerſio inhaereret, & ſenſum liberius exprimeret. Sed quum cognouiſſet, integram conuerſionem *tragoediarum* Sophoclis editam eſſe, a Vito Ortelio, vinſemio, duarum tantummodo, nimirum Aiacis *flagelliferi*, & Electrae interpretationem, diuerſimodi quaſi ſpecimen, non tam induſtriae ſuae, quam conſilii, voluit adiungere *explicationi*, reliquarum vero *tragoediarum* verſiones in lucem proferendas eſſe non putauit. *Epiſtolam* excipiunt *explicationes* ipſae, quibus praemittuntur quaedam *prolegomena*, in quibus *de conſilio auctoris Tragoediarum; de genere ſcripti;* & *de* Sophocle agitur. Poſt *explicationem* Aiacis *flagelliferi*, *interpretatio*, *ad verbum expreſſa*, Electrae vero *liberior* collocata eſt. *Indicem rerum & verborum* ſatis prolixum collegit, Philippus Becchius, quod verba in fine *indicis* conſpicua teſtantur. Libro coronidis loco, poſt indicem adpoſitum Caroli Vtenhofii μελύδριον σεληναῖον, Ιωάννῃ Οπωρινῷ τῷ Τυπογράφῳ τῷ πάνυ, dicatum. Conf. Georgii Summeri *Catalog.* ad ann. 1556, vbi liber minus recte in 4. excuſus dicitur. Editionibus Sophoclis Henrici Stephani, *Geneuae* 1568. in 4. & Paulli Stephani, *Geneuae* 1603. in 4. & *explicationes* CAMERARII, & *verſio* Electrae, & Aiacis *flagelliferi* poſtea inſertae fuerunt.

CXXXX.

Hiſtoriae Jeſu Chriſti Filii Dei Nati in terra, matre ſanctiſſ. ſemper virgine Maria ſummatim relata expoſitio: Itemque eorum quae de Apoſtolis Jeſu Chriſti ſingilatim commemorari poſſe recte & vtiliter viſa ſunt, *auctore* JOACHIMO CAME-

RARIO. Additis aliis quibusdam, non indig pietatis religioſae ſtudio. *Cum priuilegio* in pp. 215. excepta epiſtola dedicatoria pp. 11.

Jacobus Frider. Reimmannus P. I. *Catalog. Bibli theologic.* p. 159. libellum ornauit elogio *opuſculi iniucundi, & vtilitatis eximiae, in quo emendata ctio, diſtributio chronologica, & res non nugatoriae ſelectae, ex S. S & ſcriptoribus eccleſiaſticis*, grae *praeſertim, iudicioſe excerptae.* Auctor librum inſc pſit nomine Joachimi Friderici, illuſtriſſ. principi Domini Joannis Georgii F. Marchionis brandenb genſis. Lipſiae *die brumali anni inſtantis* 1566. c anno etiam libellum impreſſum eſſe putamus, qu & confirmat Georg. Summerus in *Catalogo omni librorum & ſcriptorum* JOACH. CAMERARII ad citat. Niceron in *Memoires* l. cit. p. 110. Ex *Offic Erneſti Voegelini, conſtantienſis,* illum prodiiſſe, ve teſtantur in fine adpoſita. Pag. 187 ſqq. legun nonnulla *carmina* graeca & latina, *quibus duodec apoſtolorum, quatuor Euangeliſtarum, & ſeptem diſ pulorum* Chriſti Jeſu *nomina* JOACH. CAMERARI complexus eſt. Pag. 191. ad finem vsque, adiecta e *Hiſtoria de* Chriſti Jeſu *ad mortem pro genere huma acceſſione, dierum ante paſcha ſex, & alia indic tempora, resque praeterea quaedam narratae, oratio quam recitatione ſolemni pronunciauit* M. Martin. Gaſ rus, plauenſis, *Inſtituto communitatis ſtudii bonar artium in Acad* lipſica *4. Id. April. Anno Chriſti J 1563.* Hic titulus ſine dubio Jacobum le Long eo duxit, vt in *Biblioth. ſacra* Tom. II. p. 663. edition *Hiſtoriae* Jeſu Chriſti, *a* JOACH. CAMERARIO *e poſitae*, anno 1563. quae nullibi exſtat, euulgar eſſe proderet. Vtrum editiones duae recentio ab eodem Jacobo le Long l. cit. memoratae *Lipſ.* 15 & 1619. in 8. inueniantur, alii viderint, noſtris oc lis, nulla ex iis ſe obtulit, & Georgius Summer

Nicer

Niceron ll. citt. aliique, quos euoluimus ideo ſcriptores & bibliothecarum catalogi, de illis plane ſilent.

CXXXXI.

De Graecis Latinisque Numerorum notis, & praeterea Sarracenicis ſeu Indicis, cum indicatione elementorum eius, quam Logiſticen graeci nominant (quae eſt methodus conficiendarum rationum) & vocabulorum artis interpretatione, & aliis quibusdam ad hanc pertinentibus. Additae etiam ſunt γνῶμαι graecae, ſerie litterarum expoſitae, ad vſum puerilis inſtitutionis. Studio IOACHIMI CAMERARII *Pabenpergenſis. Exprimebantur Norimbergae in officina Helleriana. Anno Chriſti M. D. LVII,* (1557). *Cum priuilegio Caroli V. Caeſaris, & Auguſti Electoris Saxoniae, ad decennium.* in 8. folior. 56.

Quo tempore libellus primum prodierit, ignoramus, Georgius Summerus, hac antiquiorem non adtulit editionem, ſed in Thom. Hyde *Catalog. Biblioth.* bodleianae Tom. I. p. 129. editio memoratur *Auguſt. Vindelicor.* 1554. in 8. expreſſa, & in *Catalogo bibliothecae* bergerianae p. 325. & 327. praeter illam, qua vtimur, editio adducitur *Norimb.* 1556. CAMERARII *epiſtola*, ad magnificum D. Joan. Vlrich. Zaſium dedicatoria, ſcripta eſt V. Calend. Decembr. 1556. Niceron l. cit. p. 104. editionem recentiorem *Viteb. apud Joan. Cratonem* 1569. in 8. excuſam eſſe adfirmat, cui primum adceſſerunt *Explicatiunculae Arithmetices doctrinae* Nicomachi, *& alia quaedam, ad contemplationem ſcientiae iſtius pertinentia*, quae in editione anni 1557, non reperiuntur. Conf. Georg. Summeri *Catalogus* ad ann. 1569.

CXXXXII.

Conuerſa ex Thucydidis hiſtoria quaedam latinum ſermonem, & de autore illo, dec ſcriptis ipſius expoſita, nec non explicata aliqu IOACHIMO CAMERARIO *Pabepergenſi. W bergae Excudebat Johannes Crato Anno M. D. L* (1565) in 8. folior. 78.

Libellum dicauit Camerarius Henrico Stepha epiſtola ſcripta Id. Jul. Lipſ. 1565. Particulae e T cydide conuerſae ſunt, 1) *Prooemium* Thucydi 2) *Oratio* Sthenelaidae *Ephori* lacedaemonii. 3) *Or ſeu Concio funebris dicta a* Pericle, *& occaſio hui libro II.* Thucydidis. His adiecit CAMERAR *Commentat. de* Thucydide *eiusque hiſtoria & expl tiones eorum, quae ex graeco conuertit.* Libelli m tio facta eſt, a Georgio Summero in *Catalog.* ad a 1565. a Nicerono in *Memoires* l. cit. p. 109. a Jo. Fabricio in *Biblioth. graeca* L. II. Cap. XXV. p. 875

CXXXXIII.

Commentatiuncula: Non eſſe ex Euentis de C liliis actionibusque Hominum pronuntiandu de exordio verſus Ouidiani; *Exitus acta prol* JOACHIMI CAMERARII. *Lipſiae, typis Ern Vogelini M. D. LXXII.* (1572) in 8. folior. 15.

Ludouicus, JOACHIMI F. Camerarius, cum tris valetudo admodum infirma eſſet, opuſcu euulgauit, & Joanni a Cracaw, tunc temporis a leſcenti adhuc, dedicauit Lipſ. XI. Cal. Januar. 15 Precibus vero potiſſimum adductus fuit typogra vt *commentatiunculam* prelo committeret, ſiqui ille, ſpecimen quoddam dare volebat, quorum typo

typorum, qui recenter fuſi erant. Litteris exſcripta eſt *commentatiuncula* italicis, quas *currentes* vocare ſolent, minutiſſimis ſed nitidiſſimis. Epiſtola dedicatoria praecipue Georgii Fabricii, Chemnicenſis, qui vtriusque & Ludouici Camerarii, & Joannis a Cracaw, in ſchola prouinciali miſenenſi, fuerat praeceptor, complectitur elogium. Cum non compleret omnes paginas *commentatiuncula*, *adiungere* ei *placuit* Ludovico Camerario, *ſcholion de Congiario*, *a parente* ſuo, *aliquando perſcriptum*, *petente hoc praecipua dignitatis viro*, *quaſi ipſum quoque congiarii loco*, *ad eruditae doctrinae ſtudioſos*. Conf. Georg. Summeri *Catalogus* ad ann. 1572. & Niceron *Memoires* l. cit. p. 114. qui vero libelli titulum, haud ſatis adcurate protulit.

CXXXXIIII.

JOACHIMI CAMERARII *Bapenbergenſis*, Epiſtolarum Familiarium Libri VI. Nunc primum poſt ipſius obitum, ſingulari ſtudio, a filiis editi. *Francofurti, apud haeredes Wecheli, M.D.LXXXIII.* (1583) in 8. pp. 561. non numerata epiſtola dedicatoria, & indicibus folior. 8.

Duplex exſtat *epiſtolarum familiarium*, quas ſcripſit JOACHIM. CAMERARIVS, collectio, vtraque illo mortuo edita. Haec prior a Joachimo, medicinae, & Philippo, iuris DD. J. F. F. Camerariis, nomine Joachimi Erneſti, Principis anhaldini, Comitis Aſcaniae, Domini Zerbeſti & Berenburgi inſcripta eſt. Norimbergae *aequinoctio autumnali*, anno 1582. Epiſtolae dedicatoriae duo ſubiiciuntur JOACH. CAMERARII *carmina*, alterum latinum, alterum graecum, *de ſuis ſcriptis*, *paullo ante obitum compoſita*. Priuatale eſt:

Cogitaui multa, tentaui aliqua, feci paucula,
Inchoata ſunt relicta generis omnis plurima.

Otium

Otium neque ſuppetiit, nec tanta vis fuit ingeni,
Vt liceret inſtituta corrigendo abſoluere
Aut caput quaſi corpori informato adhuc imponere
Nunc quod eſt reliquum, videbunt iſta forte qui leget
Numquid emendatione digna forte exiſtiment,
An putent vel ſupprimenda vel abolenda eſſe omnia.

Epiſtolis duplex praefigitur *index*, quorum ille *nom na eorum, ad quos epiſtolae ſunt ſcriptae*, hic *nomi eorum, potiſſimum, quorum in epiſtolis, paſſim men facta fuit*, ob oculos ponit. *Epiſtolis* adiectae ſu *graecarum ſententiarum, in epiſtolis occurrentium, i terpretationes.*) Niceron in *Memoires* l. cit. p. 117. hac *epiſtolarum* collectione talem protulit ſententiar *Ces lettres ſont écrites avec beaucoup de politeſſe, & l' y peut apprendre bien des choſes curieuſes ſur l'hiſtoi litteraire de ſon temps.* Collectio *epiſtolarum* poſt rior, titulo ornata: *Epiſtolarum ad diuerſos volum ſecundum, libros V. poſteriores complectens*, prodi *Francofurti, impenſis Petri Fiſcheri ex officina palth niana* 1598. in 8. Vid. Georg. Summeri *catalog.* annum citat. Niceron *Memoires* p. 118. Inueniunt etiam nonnullae JOACHIM. CAMERARII *epiſtol* in *Decadibus III. Epiſtolarum* Huberti Langueti, J ACH. CAMERARII, Jo. Cratonis & Caſp. Peuce *ex Muſeo* Immanuel. Weberi *edit. Francof. ad Moenu* 1703. in 4. Sed multae adhuc in bibliothecis docto virorum nondum editae deliteſcunt. Vid. Sigisr Jacob. Apini *diſſertat. epiſtolica, de quibusdam no dum editis epiſtolis* JOACH. CAMERARII, *Norib.* *Altorf.* 1724. in 4.

CXXXXV.

Politicorum & Oeconomicorum Ariſtotelis i terpretationes, & explicationes accuratae; nun primum a filiis in lucem editae. *Autore* JOACH CAMERARIO *Bapenbergenſi.* Subiecto rerum ver

verborum indice, *Francofurti apud Andream Wechelum M. D. LXXXI.* (1581) in 4. pp. 332. & pp. 117. ſi prior epiſtola dedicatoria, & indices non fuerint numerati.

Liber, qui, vt omnia JOACHIM. CAMERARII ſcripta, a viris doctis in pretio habetur, a Georgio Summero, in *Catalogo Scriptor.* JOACH. CAMERARII, & a Nicerono l. cit. p. 117. iam anno 1580. prodiiſſe dicitur: ſed exemplar, quod in manibus eſt, annum 1581. prae ſe fert. Non omnes *politicorum* Ariſtotelis *libros*, CAMERARIVS latina donauit explicatione, ſed *libros* tantummodo *ſeptem*. Nam morte praeuentus auctor, operi ſupremam manum imponere non potuit, & *librum IIX.* intactum reliquit. Edidit iſtas *explicationes*, mortuo patre, Joachimus J. F. Camerarius Doctor, & Georgii Ludouici a Sensheim, Equitis aurati, Conſiliarii caeſarii, & Principis Georgii Friderici Marchionis brandeb. & Ducis Boruſſiae &c. Onolzpachii ſupremi praefecti, nomine inſcripſit. Adiicitur *politicorum libris* duplex *index*, alter *latinus rerum & verborum explicatorum*, alter *graecus, graecarum vocum explicatarum.* Errant vero, qui integram *politicorum* verſionem latinam, in libro inueniri exiſtimant, qui nihil praeter *Commentarium* in illos complectitur. *Oeconomicis* talis praefigitur titulus: *Oeconomica ſcripta, quae extant titulo* Ariſtotelis. *in ſermonem latinum conuerſa & explicata, adiunctaque eis interpretatio Oeconomici libri* Xenophontis, *ſtudio & opera* JOACH. CAMERARII *Pabeperg. Francofurti apud Andream Wechelum MDLXXXI.* (1581). Iſtum librum, qui praeter *commentarium in* Ariſtotelis & Xenophontis *oeconomica ſcripta*, eorum etiam ob oculos ponit *interpretationem latinam*, JOACHIM. CAMERARIVS ipſe, iam anno 1564. *Lipſiae ex officina voegeliniana* in 8. prodire iuſſerat. Docet id *epiſtola* dedicatoria, ad Henricum iuniorem, Principem plauenſem, Burggrafium Miſniae, Lipſ. Cal.

Mart.

Mart. 1564. ſcripta. Conf. Georg. Summeri *Ca gus* ad dictum annum & Niceron *Memoires* l. c. p. Haec CAMERARII *verſio*, poſtea in nonnullis Ar telis editionibus graeco-latinis, locum inuenit. Jo. Albert. Fabricii *Bibliotheca graec.* L. III. Cap. p. 159 ſqq.

CXXXXVI.

JOACHIMI CAMERARII Decuriae XXI. Σ *μίκτων προβλημάτων.* Seu Variarum & Di ſarum Quaeſtionum, de Natura, Moribus, Ser ne, In quibus Allegoriae & etymologiae mu inſunt, Graecae & Latinae expoſitionis, Gra etiam in Latina conuerſis: ſtudioſis bonarum tium, hac prima editione, a filiis communica *Geneuae apud Hieron. Comelinum, M. D. XCII* (1594) in 8. p. 312. exceptis praemiſſis. folio

Liber, mortuo iam JOACHIMO CAMERAR curantibus Joachimo & Philippo, quos iam nomi vimus, CAMERARII filiis, in lucem exiit. Sac illum eſſe voluerunt Richardo Baroni a Starenb Domino in Wildperg & Riedeck. Varia in illo v rum auctorum, graecorum & latinorum, explicar loca. Niceron Tom. XVIIII. *des Memoires* p. 1 & Georgius Summerus in *Catalogo*, librum anno 15 prodiiſſe ſcribunt, ſed exemplar, quo vtimur, c haec ſcribimus, annum 1594. in fronte gerit. Libi etiam iſto anno prodiiſſe, ideo credibile eſt, q epiſtola dedicatoria iam anno 1593. die XXIIII. N ſcripta fuit. In Jani Gruteri *Lampade, ſiue Face tium liberalium* Προβλήματα CAMERARII locum venerunt Tom. IIII. *Francof.* 1604. in 8. p. 1-1 Pertinet ad illa *Appendix Problematum D.* JOACH CAMERARII, *varias & diuerſas quaeſtiones mor naturi*

naturales, mathematicas, poeticas & mythologicas complexa. Apud Comelinum 1596 in 8. vid. Niceron l. c. p. 119. Georg. Summerus l. cit.

CXXXXVII.

ONOSANDRI, *Graeci autoris*, De Re Militari, Commentarius in Latinum ſermonem conuerſus, a JOACHIMO CAMERARIO *Pabepergenſi*, & nunc primum a filiis editus. Cum prooemio ad D. Laſſarum Swendium, & epiſtola ipſius lectu digniſſima: Praeterea FRANC. PETRARCHAE, de officio & virtutib. Imper. *Noribergae* 1595. in 8. pp. 150. ſi praemiſſa folior. 20. non numerata fuerint.

Excuſus fuit liber, quem Georgius Summerus in *Catalogo* omiſit, & rarum eſſe nos docuit Jo. Georg. Graeuius, not. marginal. in *Catalogo Bibliothec.* heinſianae p. 168. adſcripta, *Noribergae in officina gerlachiana, per Paul. Kaufmannum.* Illius editionem, patre iam mortuo, curarunt Joachimus & Philippus Camerarii DD. qui, praemiſſa *epiſtola* illum dedicarunt D. Vito Vlricho & D. Sigismundo Mareſchalkis, de Ebnit, *fratribus, praecipui ordinis equeſtris* franconici. Miſerat JOACH CAMERARIVS ONOSANDRVM, e graeco conuerſum, ad Laſſarum a Swendi, *mandato Imperatoris* rom. Maximiliani II. *copiarum nominis chriſtiani ductorem in* Pannonia, cum *epiſtola* ſatis longa, quae hic cum Lazari a Swendi *reſponſione*, Caſſoniae XX. Nouembr. 1566. ſcripta, & alia JOACH. CAMERARII *epiſtola* ad eundem, Lipſ. XXV. Mai. 1567. ſcripta, in qua illi ob munus transmiſſum gratias agit, exhibentur. Capitum indicem ſequuntur *carmina vetuſta* Callimachi (*vt putantur*) latine reddita, a JOACHIM. CAMERARIO. Vſus fuerat

JOACH. CAMERARIVS *codice graeco*, vt ipſe ſcr
in *epiſtola* ad Swendium, *male ac mendoſe exa*
non etiam nullis in locis mutilo. Nicolaus igitur Ri
tius, in *praefatione ad lectorem*, ONOSANDRI *S*
tegico Paris 1598. in 4. & *Heidelb.* 1604. in 4. ed
praefixa, hoc de CAMERARII verſione tulit i
cium. CAMERARIVS *vir admodum quam erud*
vnicum, eumque corruptiſſimum librum nactus, inge
quo valebat plurimum, ONOSANDRVM *felicius &*
gantius (quam Nicolaus Saguntinus, quem opt
exemplari vſum, ſed verſione ſuā, quae prodiit
ſileae 1541. 1558. & 1570. in 8. ſcriptoris ment
ac ſtilum, minus adſequutum eſſe, paullo ante p
nunciauerat Rigaltius) *expreſſit, ſed ita vt veluti p*
tes & membra, quae in graeco codice deerant, in
quoque verſione non ſemel deſiderentur, indeque fac
opinor, vt neque Nicolaus Saguntinus, *neque* J
CHIMVS CAMERARIVS *graeca verba publicare*
luerit. Conf. Jo. Alb. Fabricii *Bibliothec. graec.* L.
Cap. XXX. p. 766 ſqq.

Orationem vel ſi mauis epiſtolam *de Officio &*
tutibus Imperatoris ONOSANDRO adiectam, FRA
CISCVS PETRARCHA, ad Luchinum Vermi
veronenſem, tum Veneti exercitus Ducem ſcrip
Factum id eſſe nouimus, eodem tempore, quo L
chinus Vermius, aduerſus Cretenſes mittebatur, c
circa annum Chriſti 1366. a quibusdam ſeditioſis
colis perſuaſi, imperium Venetorum excutere co
rentur. Quae tamen ſeditio ſenatus veneti ſoller
& Luchini Vermii virtute, breui tempore, fuit oppre
& inſula, ad priſtinam obedientiam, redacta.
oratione PETRARCHA Imperatoris laudabilis & ſ
nui virtutes, ob oculos ponit, miraque breuitate
ſingulari artificio, ex omni antiquitate, in hoc gene
exempla illuſtria repetit. In *Operibus* FRANC. P
TRARCHAE, quae *Baſileae ex officina Henricpetri*
1581. IIII. Vol. in fol. prodierunt, inuenitur h

ora

oratio Tomo I. FRANCISCI PETRARCHAE vita, a multis deſcripta fuit, quorum nomina inuenies in *Memoires* de Niceron Tom. XXIIX. p. 395 ſqq. in Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Latinitat.* L XV. p. 675 ſqq. Omnium optima & luculentiſſima illius cenſetur vita, quam Ludouicus Anton. Muratorius conſcripſit, & libro praemiſit, qui inſcribitur: *Le rime del* PETRARCA, *riscontrati coi teſti a penna della libreria* Eſtenſi, *e coi frammenti dell' originali d' eſſo poeta, ſ'aggiungono le conſiderazioni riveduti e ampliate d'* Aleſſandro Taſſoni, *le annotazioni di* Lodouico Antonio Muratori *Bibliotecario del ſereniſſ. Duca di* Modena. *In Modena per Bartolom. Soliani, Stampat. ducal.* 1711. in 4. Conferri merentur additiones, quas ad hanc vitae deſcriptionem dederunt Auctores del *Giornale de' letterati d'* Italia Tom. IIX. p. 186 ſqq. Niceron l. cit. p. 366 ſqq.

De JOACHIMI CAMERARII, viri, inter criticos, quos Germania protulit, celeberrimi, & facile principis, vita prae caeteris legi merentur Andr. Freyhubii & Matth. Dreſſeri *Orationes, in Obitum* JOACHIMI CAMERARII conſcriptae: Vtraque *Lipſiae anno* 1574. *a Joan. Rhamba* in 4. excuſa fuit. Poſterior etiam inſerta fuit Matth. Dreſſeri *orationibus* in vnum volumen Lipſ. 1606. in 8. collectis pp. 235 ſqq. Andr. potiſſimum Freyhubii *oratione*, & Jeremiae Sohnii *narratione, de* CAMERARII *vita*, vſus fuit in concinnanda eius vita Melchior Adami in *vitis philoſophor.* Germanor. p. 119 ſqq. Eadem ſcripta in exponenda CAMERARII vita, in auxilium vocauit Niceron in *Memoires* Tom. XVIIII. p. 76-121. Conf. etiam poterunt Joſ. Simleri *Bibliotheca* p. 330 ſqq. Paul. Freheri *Theatrum viror. eruditione claror.* p. 1300. J. G. Doppelmayers *hiſtoriſche Nachricht von* nürnbergiſchen *Mathematicis und Künſtlern, Nürnb.* 1730. in fol. p. 64 ſqq. Jacob Bruckers *Ehrentempel der* deutſchen *Gelehrſamkeit* Dec. III. p. 89 ſqq. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* Tom. XIII. p. 1506 ſqq. Adr.

Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. II. p. 76
Tom. II. P. III. p. 366 ſqq. M. Joannes Schoſſe
poeta laureatus, edidit anno 1557. *aliquot inſignia*
rorum hominum, elegiaco carmine celebrata, Fran
ad Moen. in 8. in quo libro tres coruos JOACH
CAMERARII ornauit hoc epigrammate, quod
liber in paucorum verſatur manibus, & epigram
in repetita editione, quam dedit Theophil. Sinc
in *Bibliotheca hiſtorico-critica librorum opuſculoru*
variorum & rariorum, *Norimb.* 1736. in 8. p. 263
non inuenitur, hic adſcribimus:

Arma coronauit tibi quod phoebeius ales,
O CAMERARIADVM *gloria, fama decus*
Maximus effecit ſcribendi carminis vſus,
Cui daret aonia Phoebus *in arce locum.*
Nam tantum graiaque vales & voce latina,
Conficis & gemino carmina tanta ſono:
Qualia vix vnquam doctum prope Phocidis *amn*
Edidit aurata clarus Apollo *chely.*
Quid mirum, ſi plectra tibi citharamque relinqu
Ac ſibi praelatum te IOACHIME *velit?*

CXXXXIIX.

Orationes BONACVRSI *oratoris clariſſimi*
vera nobilitate magis a virtute, quam diu
orta. in 4. folior. 12.

Opuſculum litteris gothicis impreſſum, rariſſim
ſine die & conſule quidem in lucem exiit, ſed
ſtremis ſeculi XV. annis, *Lipſiae* prodiiſſe, hac
tiſſimum adducimur ratione, quod Paullus Niau
Niuis, f. Schneeuogel, qui tunc temporis, in acad
lipſienſi litteras docuit humaniores, eius ſe profit
editorem. Inſcripſit illud nomine Eraſmi Presby
artium baccalarii beneſitiati in Kempnitz. In epi
d

dedicatoria, *orationes*, quaſi ab adoleſcentibus duobus, Publio Cornelio, & Flamineo, vter nobilior eſſet, Romae, apud patres conſcriptos peroratas, multa lucubratione, cum non integrae ad illum perveniſſent, fuiſſe emendatas, ait. Auctor BONACORSO, ſeu BONACVRSVS DE MONTEMAGNO, nonſolum inter Jureconſultos, & Oratores italos, ſed inprimis inter poetas eminuit. Vixit medio tempore ſeculi XIIII. & filius Jacobi de Montemagno, Principis Senatus reipublicae piſtorienſis (*Gonfaloniera di* Piſtoia) fuit; Tanti aeſtimabatur ab Imperatore Wenceslao, vt ab illo eques, ritu veteri, ſtricti gladii percuſſu crearetur. In componendis carminibus ciuem ſuum Cinum piſtorienſem (Cino de Piſtoia) ad imitandum ſibi propoſuerat, quem tanta felicitate expreſſit, vt a plerisque, illi haud impar cenſeretur. Abbas Jo. Baptiſta Caſotti, *opera* illius, necnon alterius Bonacurſi de Montemagno in lucem edidit, *Le Rime di* BONACORSO DA MONTEMAGNO, iam antea Nicolo Pilli cum Adnotationibus euulgauerat *in Roma* 1559. vid. Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari nella lingua* italiana p. 128. Perſcripſit BONACVRSVS hoc opuſculum, cuius exemplum in bibliotheca portenſi publica vidimus, ad Guitondonum, Montisferrati comitem. Joſias Simlerus in *Bibliotheca* p. 102. illum minus adcurate Bonagarſum piſtorienſem adpellat.

CXXXXVIIII.

Epiſtolae MARSILII FICINI *Florentini.* in 4. folior. 243 ſi titulum & tabulam folior. 10. ſeorſum numeraueris.

Admodum rara eſt, haec *epiſtolarum* MARSILII FICINI editio, cuius meminit Michael Maittaire Tom. I. *Annal.* p. 636. Niceron in *Memoires* Tom.

V. p. 221. Jo. Georg. Schelhornius Tom. I. *Am*
nitat. litterar. p. 102. & Summe reuerendus Auc
derer *Nachrichten von einer* halliſchen *Biblioth.* To
IIX. p. 547 ſeqq. In XII. diuiditur libros, & cha
ctere litterarum romano, ſatis nitido expreſſa
Typographus in fine haec adpoſuit verba: MARSII
FICINI Florentini *Eloquentiſſimi Viri epiſtolae fa*
liares Per Antonium Koberger *impraeſſe.* *A*
incarnate deitatis. M.CCCC. XCVII. (1497) *XXII*
Februarii finiunt Foeliciter. Quo tempore omni
prima prodierit editio, pro certo adfirmare mini
ſuſtinemus. Adfert quidem Pellegrino Antonio C
landi, in libro, qui inſcribitur: *Origine e progr*
della Stampa, e Notizia dell' opere ſtampate da 14
ſino al 1500. *in Bologna* 1722. in 4. pag. 136. edit
nem *florentinam* 1495. in 4. ſed Cornelius a Beugh
in *incunabulis Typographiae* p. 60. illam ad ann
1497. retulit. Conf. Michael. Maittaire *Annal.*
pogr. Tom. I. p. 591. & l. cit. Multo antiquior
quidem prolatam inuenimus, *Venet.* 1458. in Si
Joannis Arenholdi *Conſpectu bibliothecae vniuerſa*
epiſtolarum p. 78. ſed illam inter libros, qui null
exſtant, referendam eſſe, iam monuit S. R. Auctor
Nachricht. von einer halliſchen *Biblioth.* l. cit. E
tio omnium ſine dubio prima eſt, quae in fol. p
diit, & cuius in fine haec leguntur verba: M. F. F
rentini *eloquentiſſimi viri*, *Epiſtolae familiares feli*
ter finiunt. Impenſa prouidi Hieronymi Blondi F
rentini, Venetiis *commorantis*, *Opera vero & dilig*
tia Matthaei Capcaſae Parmenſis: *impreſſae* Ve
tiis, *aequinoctium vernale* Phoebo *introeunte* A.
(*a ſigno Leonis*, Leonem enim rudis figura, ligno
ciſa, non *arietem*, vt Maittairius quidem Tom
Annal. typogr. p. 591. exiſtimauit, refert) *die &*
ra Mercurii, Vigilia diui Gregorii; anno ſal
M. CCCC. LXXXXV. (1495) vid. Jo. Geo
Schelhorn, Niceron ll. citt. die *Merkwürdigkeiten*
koenigl. Biblioth. zu Dresden Tom. I. p. 493. Q

V

vero ante annum 1495, nulla editio in lucem exierit, *epiſtolae* non ſolum ipſae teſtantur, quae ab anno 1457. ad annum vsque 1494. ſcriptae ſunt, ſed id quoque MARSILII FICINI *epiſtola* confirmare videtur, *ad epiſtolas ſuas*, Florentiae XV. Decembr. 1494. ſcripta, quam ex editione *norimbergenſi*, in cuius initio repoſita eſt, hic adſcribimus:

MARSILIVS FICINVS Florentinus
Cunctis ſemel Epiſtolis ſuis S.

Quotiens aepiſtolae meae amicis meis (me iubente) ſalutem dicitis: totiens amiciſſimo veſtro Hieronimo Roſſio *immortales ſalutes dicite. Vos enim ego mortales genueram. ac neſcio qua fortuna propediem moribundus.* (ſine dubio moribundas). Hieronimus *autem inſignis pietate vir regenerauit vos nuper (vt ſpero) iam immortales. Latebatis enim iam diu lucis cupide, nec quiſquam adhuc e tenebris eruebat. Fato forſan vel genio nondum volente.* Roſſius *autem noſter immo & vobis* Roſcius, *qua pietate ſemper erga parentem veſtrum* MARSILIVM *ſe geſſit eadem nunc & vos charitate quadam hereditaria foeliciter eſt proſequutus diligentia ſimul & opera curans vt veſtre facies iamiam oppreſſe prorſus exprimerentur. Hunc ergo doctum. piumque reſtitutorem veſtrum: hactenus quidem triſtes nunc hylares ſalutate atque pro ingenti immortalitatis munere, immortales gratias agite.*

XV. Decembris MCCCCXCIIII. Florentiae.

Quod ad *epiſtolas* ipſas adtinet, quae maxima ex parte philoſophici & aſtrologici argumenti ſunt, Niceron, l. cit. ſententiam ſuam de illis hac ratione expoſuit: *Il y a peu à apprendre dans ces lettres, on n'y trouve rien de l'hiſtoire litteraire de ce temps. Les matieres philoſophiques qui y ſont traitées ſont enveloppées d'une obſcurité qui rebute le lecteur; ajoutez à cela que l'Auteur y parle trop ſouvent des folies de l'Aſtrologie judiciaire dont il étoit entêté. C'eſt un défaut qui ſe trouve dans pluſieurs de ſes autres ou-*

 vrages,

vrages, entre autres dans celui de Vita. *Il ſe trouve parmi ces lettres une piece intitulée:* Oratio gregis Chriſtiani ad paſtorem Sixtum IIII. *qui a été imprimée ſeparement à* Basle *en 1519.* Optime, cum his verbis conſpirant J. G. Schelhornii, & auctoris der *Merkwürdigkeiten der koenigl. Bibliothek zu* Dr. ſententia, quae ll. citt. legi poterit. Minime vero id impedimento fuit Felici Filiuccio, quo minus ille *epiſtolas* MARSILII FICINI, in ſermonem Etruſcorum converteret vernaculum, &, hoc ederet titulo: *Delle divine lettere del Gran* MARSILIO FICINO, *tradotte per* Felice Figliucci, ſaneſe, *nuovamente riſtampate con le tavole copioſiſſime in Venezia per Gabriel Giolito* 1563. II. Tom. in 8. De inſigni verſionis raritate vid. Nicol. Franc. Haym *Notizia de' libri rari nella lingua* italiana pag. 197. In *Operibus* MARSILII FICINI, quae *Venetiis* 1516. *Baſileae* 1561. & 1576. & *Paris* 1641. II. Tom. in fol. in lucem emiſſa fuerunt, *epiſtolarum Libri XII.* locum inuenerunt Tomo I. & quidem in editione *baſileenſi* priore p. 607 ſeqq.

MARSILIVS FICINVS, Canonicus florentinus, & philoſophus platonicus, ſua aetate celeberrimus, Florentiae anno 1433. patre chirurgo natus fuit. Apud Coſmum & Laurentium de Medicis, tam multum gratia valuit, vt ab iis honeſtis aedibus, ſacerdotio, eccleſiae cathedralis florentinae canonicatu, annuisque & ſplendidis ſtipendiis donaretur. Quo minor autem corpore, eo maior animo & doctrina fuit, valetudinem diligenter curauit, illiusque conſeruandae praecepta, in libro in primis *de triplici vita*, quem alio tempore deſcribemus, tradidit. Vtriusque linguae fuit peritiſſimus, philoſophiae platonicae inſtaurator, neque Platonem duntaxat, ſed multos libros a philoſophis platonicis ſcriptos latina ciuitate donauit v. c. Plotinum, Jamblichum, Proclum, Syneſium & Pſellum. Diem, febri correptus, aetatis anno LXXVI. anno 1499. dum in villa coregiana, haud procul ab vrbe

vrbe florentina, ruſticaretur, obiit. Illius memoriam, multi ad poſteros transmittere ſtuduerunt. Legi merentur Jacob. Gaddius *de Scriptoribus non eccleſiaſticis* Tom. I. *Florent.* 1648. in fol. p. 115 ſqq. Henr. Wharton in *Adpendice ad* Guil. Caue *Hiſtor. litterar. ſcriptor. Eccleſ.* pag. 166 ſeqq. Petrus Lambecius in *Commentar. de Bibliothec.* vindobonenſi Tom. VII. p. 15 ſqq. Giulio Negri in *Storia degli Scrittori* fiorentini p. 398 ſeqq. qui vero multos admiſit errores, in adducendis de vita, & laudibus FICINI, ſcriptoribus, quos emendauit Jo. Albert. Fabricius in *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. VI. pag. 496 ſeqq. Conf. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. III. p. 317 ſqq. Inter omnes autem, qui hiſtoriam MARSILII FICINI dederunt, eminent Jo. Georg. Schelhornius, qui l. cit. p. 18-136. *de vita moribus, & ſcriptis* MARSILII FICINI *Commentationem*, & *Apologiam pro* MARSILIO FICINO, *magiae poſtulato*, dedit. Niceron in *Memoires* Tom. V. p 214-225. Jacob. Bruckerus in *Hiſtoria philoſophica* Tom. IIII. P. I. p. 7. 40. 362. Conf. eiusd. *Fragen aus der philoſophiſchen Hiſtorie* Tom. V. p. 1428-1443. *Vitam* MARSILII FICINI, a Dominico Mellino ſcriptam, lucem nunquam vidiſſe auctoritate Julii Nigri, adducti, diximus iam in *Analectis litterariis* pag. 587. In Nicolai Reusneri *Iconibus, ſiue imaginibus viuis literis Cl. Virorum*, Italiae, Graeciae, Germaniae, Galliae, Angliae, Vngariae *ex typis Waldkirchianis in lucem productis*, *Baſil.* 1589. in 8. hoc eius legitur epitaphium:

EN HOSPES, HIC EST MARSILIVS SOPHIAE PATER:
PLATONICVM QVI DOGMA CVLPA TEMPORVM
SITV OBRVTVM, ILLVSTRANS, ET ATTICVM DECVS
SERVANS, LATIO DEDI: FORES PRIMVS SACRAS

 DIVI-

DIVINO APERIENS MENTIS ACTVS N
MINE
VIXIT BEATVS ANTE, COSMI MVNERE
LAVRIQVE MEDICIS NVNC REVIXIT P
BLICO
S. P. Q. F.
ANNO M. D. XXI.

Ea, quae Caeſar Baronius Tom. V. *Annal.* ad annu 411. col. 438 ſqq. edit. *Mogunt.* 1601. in fol. *e cos plurium*, vt ipſe ait, *eruditorum & religioſorum vir rum* & ipſius Michaelis Mercati, miniatenſis, R. I Protonotarii, *fide* retulit, quod nimirum MARSII FICINVS, poſt obitum ſuum, Michaeli Mercato Mich. Mercati, qui rem Baronio narrauerat, auo, ſ viſendum, prout viuus promiſerat, obtulerit, & qua antea de animarum immortalitate, cum illo diſſerue-rat, expertus iam confirmauerit, ea inquam iam a Nicerono l. cit. pag. 219. in dubium vocata fuerunt. Conf. Schelhornii *Amoenitat.* l. cit. p. 111 ſeqq. Jo. Frideric. Maieri *progr. de pacto adparitionis poſt mortem*, quod ſubiungitur Jo. Alb. Fabricii *Diſſertat. inaugural. de recordatione animae humanae, poſt fata ſuperſtitis*, *Kilon.* 1699. in 4.

CL.

Epiſtole FRANCISCI PHILELFI *equitis aurati Oratoris atque poete laureati* breuiores elegantiores & adoleſcentibus magis conducentes ex toto Epiſtolarum eius volumine conquiſite. Quibus etiam ſupraposita ſunt argumenta ſeu tituli ſuccincte declarantia ipſarum materias. Ideoque egregium opuſculum hoc imprimi curauimus, vt ſtudioſi & facilius & ſepius lectitent. quo quidem nihil

nihil ipſis accommodatius fuerit. Addita praeterea eſt tabula. vt facile quisque posſit inuenire quam deſiderauerit materiam. Preterea familiares Epiſtole ANGELI POLITIANI ad viros illuſtres conducenter prenominatis ad calcem adiecte ſunt. in 4. folior. 49.

Niceron in *Memoires* Tom. VI. p. 87. & Tom. II. P. II. p. 187 ſeqq. varias *epiſtolarum* FRANC. PHILELFI editiones recenſet, inter quas tamen haec non occurrit, quae etiam Michaeli Maittaire incognita fuit. Leguntur in illius fine haec verba: *Epiſtolio breviori eloquentiſſimi viri* FRANCISCI PHILELPHI. *adiunctis aliquot illuſtris viri epiſtolis terminus arte impreſſoria imponitur exoptatus* Colonie *per honeſtum virum* Martinum de Werdena *prope domum conſulatus in vico burgenſi* (*vel die burgerſtraes*) *commorantem. Anno a natali chriſtiano Milleſimo Quingenteſimo ſeptimo* (1507). Inueniuntur in editione, litteris gothicis exſcripta, raro obuia, 413. tantummodo FRANC. PHILELFI & 15. ANGELI POLITIANI *epiſtolae*, quae ſtilo laconico conſcriptae ſunt, v. c.

ANGEL. POLITIAN. Jacobo Modeſto ſuo Sal. *Doles quod non reſcribam dolere deſine iam reſcribo. Vale.*

ANGEL. POL. Pico Mirandule Sal.

Que vellem corrigeres, tu laudas. Hoc vero facile facis, quod ſemper facis. Vale.

ANGEL. POLITIANVS Amico Sal.

Dolui vehementer. letatus ſum vehementer, quod egrotaſti, & quod conualuiſti. Vale.

ANG. POLIT. cuidam Sal. dicit

Mitto lilia. non vt gratum faciam tibi. quamquam tibi quoque. ſed vt ipſis liliis. hoc eſt ne marceſcant. Vale. Ferrar. *Idib. Aug. an. 1494.*

Scripto-

Scriptores, qui vitam FRANCISCI PHILELPHI illuſtrarunt, iam nominauimus in *Analectis litterariis* p. 678. quibus addi poterunt Poggii, florentini, *Inuectiuae quatuor in* PHILELPHVM, quae exſtant fol. 62. b. ſeqq. *Operum* Poggii, edit. *argentinenſ.* 1513. in 4. Antoine Lancelot *memoires pour la vie de* FRANÇOIS PHILELPHE, in *Memoires de l'Academie des Inſcriptions & belles Lettres* Tom. XV. p. 531 - 624. edit. *Amſterd, chez François Changuion* 1741. in 12. Conf. Bartholom. Facii *de viris illuſtribus liber*, quem *primum ex MS. Cod. in lucem erutum recenſuit* Laurentius Mehus, etruſcae *Academiae* cortonenſis *Socius, Florentiae* 1745. in 4. p. 5. Nicol. Reusneri *Icones ex typis* Waldkirchianis *in lucem productae*, vbi hoc lepidum P. Myrtei legimus epigramma:

Nunquid ſat tibi non fuit PHILELPHE
Linguae gloria nobilis latinae?
Ni graecas quoque peruagatus vrbes,
Dignus coniuge nuptiisque graecis,
Ferres Timothei *nouum triumphum?*
Cui, dum vna ſuper ille dictione
Tecum pignore certat, atque barbam
Abradi ſibi ferre pollicetur,
Victus: aut poſitam pecuniam abs te
Victor auferat: abnegaſti eadem
Barbam poſſe pecunia obtinere
Victor: atque nouacula expedita
Barbam illius habere maluiſti:
Jam nunc non Italae PHILELPHE, *ſed ſis*
Graecae *gloria nobilis paleſtrae.*

Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. I. pag. 357 ſqq. Tom. II. P. III. p. 299 ſqq.

De ANGELO POLITIANO alia occaſione, nobis dicendum erit.

CLI.

CLI.

M. ANTONII BONCIARII, *Peruſini, Academici Inſenſati*, Epiſtolae. Ad Reuerendiſſ. Neapolionem Comitolum Peruſiae Epiſcopum. Editio Secunda. *Marpurgi Cattorum Typis Pauli Egenolphi, Typogr. Acad. MDCIV.* (1604) in 8. pp. 427. excepto indice pp. 5.

Ipſe MARCVS ANTONIVS BONCIARIVS, peruſinus, *epiſtolas* ſuas primum in vulgus edidit *Peruſiae* 1603. in 8. *ad indicia hominum exploranda*, vt ait Auguſtinus Oldoinus, in *Athenaeo auguſto, Peruſ.* 1678. in 4. p. 230. *quae quidem iſta fuerunt, vt primum tale opus, per manus hominum transmiſſum, lectum, dilaudatum, tandem in* Germania *paullo poſt recuderint Typographi* Maſpurgenſes (Marpurgenſes). Et haec ſecunda editio, in quatuor diuiſa eſt partes. *Epiſtolis*, nonnulla interſeruntur *epigrammata*, a BONCIARIO, compoſita. Nouam & auctiorem editionem, in XII. libros diuiſam, cum *epiſtolarum argumentis, ſingulis epiſtolis, a* Floramonte Floramontio *praefixis, Peruſiae* euulgauit an. 1614. in 8. pp. 783. E titulo quidem adparet, volumen tantummodo primum eſſe, ſed ſecundum nunquam in lucem exiit publicam. Exſtat quidem alia *epiſtolarum* a BONCIARIO, exaratarum collectio, ſed haec ad illam plane non pertinet. Inſcribitur: *Idyllia & ſelectarum epiſtolarum Centuria noua, cum decuriis duabus & opuſculis decem varii argumenti, Peruſ.* 1607. in 12. Niceron de *litteris* poſterioribus, eiusmodi tulit iudicium in *Memoires* Tom. XXXII. p. 167. *les lettres ſont écrites avec élegance, mais elles ſont entierement vuides de choſes, & il n'y a preſque rien à apprendre.* Iſtae vero, quas recenſemus, ad doctiſſimos Italiae homines perſcriptae, omnes fere litterarii ſunt argumenti, & hiſtoriae illorum temporum litterariae, non medio-

mediocrem lucem adfundunt. Non omnes BONCIARIVM habent auctorem, ſed occurrunt plures, quae a viris doctiſſimis, & in ſumma dignitate conſtitutis, & ad BONCIARIVM, & ad eius amicos ſcriptae ſunt. Conf. die *Nachrichten von einer halliſchen Bibliothek* Tom. I. pag. 444 ſqq. vbi praecipui viri nominantur, quorum *epiſtolae* in hac collectione reperiuntur.

Natus fuit MARCVS ANTONIVS BONCIARIVS Aretriae ſiue Aintriae, ditionis peruſinae oppido, an. 1555. M. Antonii Mureti diſcipulus, a Corneo Cardinali, ſcholis peruſinis in Seminario praefectus fuit, quod officium bis, mortuo Corneo depoſuit, & bis Antonii Mariae Galli, Cardinalis precibus permotus, in ſeminarium peruſinum, ad pueros inſtruendos, reuerſus eſt. Inter haec a ſenatu bononienſi primum, vt Bononiae eloquentiam profiteretur, euocatus, deinde a Friderico Borromaeo, mediolanenſi archiepiſcopo, inuitatus, ad primarii bibliothecarii munus, in bibliotheca ambroſiana, ſuſtinendum, & demum Piſas, ad docendam eloquentiam, in academia vrbis, ampliſſimis praemiis adlectus, prouincias vltro oblatas, caecitatis cauſſa, repudiauit, antiqua, duplicato ſtipendio, retenta. Id memoria dignum eſt, quod patrem ſutorem, habuerit diſcipulum, qui cum annos quadraginta natus, vxore amiſſa, ſe ſocietati Jeſu adiungere vellet, ne ob latinae linguae ignorantiam repelleretur, breui temporis ſpatio, a filio, litteris imbutus eſt. Rem narrat Dominicus Paſſionaeus, in *epiſtola* ad Scipionem Barnabaeum, Fulginatem, quae legitur inter BONICIARII *epiſtolas* p. 396 ſeqq. edit. *Marpurg.* Variis operibus editis inclaruit BONCARIVS, quae omnia, ſi *grammaticam latinam*, in vſum ſcholarum peruſinarum, conſcriptam, & ſemel, iterumque, & ſaepius editam exceperis, admodum raro hodie reperiuntur. Mortuus eſt anno 1616. aetatis anno prope LXI. exacto.

Quibus

Quibus fatis, per omnem fere vitam fuerit agitatus hoc epitaphium teſtari poterit:

Non ego, Hoſpes deſlendus tibi, ne erres, tu a me
Leuandus. Mihi aduerſus perpetuas hoſtes, podagram
Chiragram, caecitatem, paupertatem, inuidiam
Semper ſtetit inuicta bilaritas. Diuae illae caeleſtes
Donabant pugnanti auxilium, vincenti triumphum.
Mors ipſa eſt mihi, quam fuerat vita liberalior; iſta
Vnum ſoli pedem non conceſſit, haec quatuor indulget,
Plures pollicetur; iſtic diuturnos, ulibi aeui aeternos.
Quamdiu vixerim quaeris? hoc ego vt viuus ſciebam,
Triginta duos annos, & vnam noctem; abi, obi, felix.

Vitam illius multis verbis expoſuit, Auguſtin. Oldoinus in *Athenaeo auguſto*, & Niceron. ll. citt. Conf. merentur Jani Nicii Erythraei *pinacotheca* I. num. LIII. p. 98 ſqq. edit. *lipſienſis* 1692. in 8. P. Baile *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. I. p. 595.

CLII.

Opus epiſtolicum, Exhibens JOANNIS CASELII Epiſtolas, ad Principes, Nobiles, Viros Celebres, propinquos, ciues, ac familiares, in Fuchtiana & Vagetiana Editionibus non comparentes; ex ipſius Autoris aduerſariis & manuſcriptis maximam partem adornatum, & in XVI. libros deſcriptum: accurante Juſto a Dransfeld. Praemiſſa eſt Herm. Conringii epiſtola de ſcriptis

CASE-

CASELIANIS, & annexa lucubratiuncula de artificio & imprimis charactere Epiſtolico, ex autoris Phalereo depromta. *Francofurti Sumptibus Bartholdi Fuhrmanni, Bibliopolae Oſterodani Anno 1687.* in 8. pp. 1136.

JOANNES CASELIVS ſiue CHESSELIVS, e nobili in Geldria familia, oriundus, Goettingae anno 1533. natus fuit. Perfectis in patria, Vitebergae, Lipſiae, Roſtochii & Francofurti ad Viadrum, litterarum ſtudiis, & peragrata Italia, an. 1563. philoſophiae & rhetorices profeſſor Roſtochii conſtitutus fuit. Cum vero Roſtochii graſſaretur peſtilentia, anno 1565. iterum in Italiam abiit. In academia piſana, iuris vtriusque Doctor renunciatus fuit. Ex Italia, anno 1567. ad finem vergente, ad munus ſuum rediit Roſtochium. Paullo poſt a Joanne Alberto Duce megalopolitano in aulam arceſſitus, vt filium principem, litterarum doceret ſtudia. Tandem poſt quatuor annos vitae aulicae pertaeſus, Roſtochium ſe recepit, & anno 1599. in academiam helmſtadienſem tunc temporis conditam abiit, ibique philoſophiam & eloquentiam ad annum vsque 1613. quo e vita deceſſit, publice profeſſus eſt. Vid. Jo. Sigfridi *programma de vita, obitu, atque origine* JO. CASELII. Juſtus a Dransfeld illud *epiſtolis* CASELII praemiſit, & Reinh. Henr. Rollius *Memoriis philoſophor. Roſtoch. & Lipſ.* 1710. in 8. Decad. I. p. 192. ſqq. inſeruit. Excerptum dedit Melchior Adami in *vitis philoſophor.* germanor. p. 239 ſqq. Chriſtoph. Heidmanni *oratiuncula in funere* JO. CASELII *dicta Helmſtad.* 1613. in 4. Jacob. Burckhardi *de* JO. CASELII *praeclaris erga bonas litteras meritis, eiusque lucubrationum editione, Epiſtola ad* Juſtum Chriſtophorum Boehmerum, *Wolfenb.* 1707. in 4. a Rollio poſtea inſerta fuit l. cit. p. 218 ſqq. Conf. *Narratio de* JO. CASELII *vita*, quae legitur in *praefat.* Tom. II.

Rerum

Rerum germanicar. Erneſt. Joachim. a Weſtphalen, *Lipſ.* 1740. in fol. p. 72 ſeqq. *Etwas von gelehrten* roſtockiſchen *Sachen* An. 1739. p. 49. 89. 123. 151. 380. 382. 644.

Praeter alia opuſcula, multas IOAN. CASELIVS, ad ſummos principes, & viros, ſuae aetatis doctiſſimos, ſcripſit *litteras*, quarum multae editae fuerunt, multae ineditae, in ſcriniis bibliothecarum deliteſcunt. Varias *editarum* collectiones recenſet Polycarp. Lyſerus in *Apparat. litterar. ſocietat. Colligentium*, Collect. I. *Viteb.* 1717. in 8. p. 240 ſeqq. Eminent inter illas praecipue, quas Joan a Fuchte *Helmſt.* 1619. in 8. & Henric. Vagetius *Hamburg.* 1641 & 1643. in 8. in lucem emiſerunt. Juſti a Dransfeld collectio, cuius titulum adſcripſimus, in XVI. libros diuiſa eſt. Complectitur liber I. *Epiſtolas* ad Principes, II. ad Adam. Krauſen in Borchfeld, III. ad Nobiles ab Hoim, IIII. ad Nobiles a Baſſewitz, V. ad Petrum Victorium nobilem florentinum, & huius ad CASELIVM, VI. ad Barones & nobiles quosdam diuerſos, VII. ad Jagemannos, IIX. ad H. G. Ryhmann, VIIII. ad Propinquos & ciues, X. ad viros celebres, XI. ad Andr. Cludium, XII. ad L. Scheurlaeum, XIII. ad J. Peparinum, XIIII. ad Alb. Clampium, XV. ad Matthiam Querbecium, Belgam, & XVI. ad R. Diepholdium. Collectionis dransfeldianae raritatem, teſtatur *Theſaurus bibliothecalis* Tom. I. p. 84 ſeqq. & ex eo *Catalogus Biblioth.* ſalthenian. p. 488. Repetita quidem exſtat editio *Hanou.* 1719. in 8. ſed multis typothetarum mendis deformata fuit. Prior igitur *Francofurti* 1657. edita, a viris doctis praecipue aeſtimari, & poſteriori ſolet praeferri. De IOANNIS CASELII *epiſtolis ineditis* vid. Polycarp. Lyſeri *Diſſertat.* citat. p. 246 ſqq. *Epiſtolae* CASELII X leguntur inter Marquardi Gudii *epiſtolas*, a Petr. Burmanno *Vltraiect.* 1697. in 4. editas; Alias *ad diuerſos* inſeruit Rudolphus Auguſt. Noltenius *Commercio litterar. claror. viror.* Tom. I.

Brunſuig. 1737. in 8. p. 13 ſqq. *Epiſtolae* XXII. quas, cum aliis, Marquardus Gudius anno 1665 ſtrenae loco obtulerat Samuel. Sciaſſio, inſertae leguntur in dem *geſammelten Briefwechſel der Gelehrten Hamburg.* 1751. in 8. paſſim. De aliis JOANNIS CASELII operibus legi poterit Herman. Conringii *Epiſtola de ſcriptis* CASELIANIS, collectioni dransfeldianae praemiſſa, & qui plenior & perfectior eſt Henrici Ernſtii *Catalogus Scriptorum* CASELIANORUM, *in certas claſſes diſtributorum, Hamburg.* 1651. in 4.

CLIII.

CASSIODORVS SENATOR de anima.
CASSIODORI ad lectorem Barbaſculum Epigramma

Sum de te meritus bene tu vero male de me
Nam laceras nomen corripis atque meum
Sermonis lacii ſi me dignabere in albo
Fac mediam extendas CASSIODORVS ero.

in 4. folior. 24.

Editio litteris ſatis luculentis exſcripta, haud facile noſtra aetate obuia eſt. Praemittitur illi, breuis MAGNI AVRELII CASSIODORII SENATORIS *hiſtoria*, ex Helinandi & Graciani narrationibus, potiſſimum compoſita. Sequitur capitum XIIX. e quibus liber compoſitus eſt, elenchus. In fine leguntur haec verba: Phorce *in aedibus* Thome Anshelmi, *Anno M. D. VII.* (1507) *menſe Junio.* Inſignia typographi hiſce verbis ſubiecta ſunt. In Ioan. Garetii editione; omnium *operum* CASSIODORII inuenitur iſte libellus ad MSS. codices S. Audoeni rothomagenſis & Abbatiae de Noa collatus, marginalibusque notis, & animaduerſionibus Franciſc. Jureti emendatus,

Tom. II.

Tom. II. p. 594 ſeqq. edit. *Venetiis* 1729. in fol. excuſae.

Vitam MAGNI AVRELII CASSIODORII SENATORIS, Viri patricii & Conſularis rom. viuarienſis, ſeu caſtellienſis monaſterii, Fundatoris & Abbatis, qui medio ſeculo VI. inclaruit, data, quod aiunt, opera deſcripſit F. Denys de Sainte Marthe, & edidit hoc titulo: *La vie de* CASSIODORE, *Chancelier & premier Miniſtre de* Theoderic le grand, *& de pluſieurs autres Rois d'*Italie, *enſuite Abbé de* Viviers, *avec un Abregé de l'hiſtoire des Princes, qu'il a ſervis, & des Remarques ſur ſes Ouvrages. A Paris chez Coignard,* 1695. in 12. Praemiſit etiam Joannes Garetius editioni ſuae CASSIODORII *vitam*, in duas partes diuiſam, a pag. 1-26. & p. 27-35. *diſſertationem de* CASSIODORII *vita monaſtica.* Conf. Anton. Poſſeuini *Apparat. ſacer* Tom. I. p. 302 ſeqq. Guil. Caue *Hiſtor. litterar. ſcriptor. eccleſiaſticor.* p. 390 ſqq. Caſimir. Oudini *Commentar. de Scriptor. & ſcriptis eccleſiaſt.* Tom. I. col. 1462 ſqq. Daniel. Guil. Molleri *Diſſertat. de* MARC. AVREL. CASSIODORO *Altorf.* 1686. in 4. Jo. Albert. Fabricii *Biblioth. latin.* Tom. I. L. III. Cap. XVI. p. 651 ſqq. Tom. III. p. 618 ſeqq. Jo. Nicol. Funccii *Commentar. de inerti ac decrepita latinae linguae ſenectute, Lemgou* 1750. in 4. Cap. IIII. §. XXIII. p. 319 ſqq. Cap. V. §. VIIII. p. 343 ſqq. Cap. IIX. §. XIII. p. 469 ſqq. Cap. VIIII. §. IIII. p. 522 ſqq. vbi libelli *de anima* recenſio exſtat, & tandem Cap. XI. §. XXX. p. 595 ſqq. Gabriel. Barrii *de Situ & antiquitat.* Calabriae *cum notis* Thom. Aceti *Rom.* 1737. in fol. L. III. Cap. XVII. XIIX. XVIIII. M. Gibert *Jugemens des Savans, ſur les Auteurs qui ont traité de la rhetorique* p. 449 ſqq. edit. quae P. I. Tom. IIX. des *Jugemens des Savans d'*Adr. Baillet *Amſt.* 1725. in 12. conſtituit.

CLIIII.

ARETAEI *Cappadocis medici* Libri IIX. RVFFI *Epheſii* de hominis partib. li. III. Junio Paulo Craſſo Patauino interprete. Acceſſere quae Craſſus non vertit ARETAEI aliquot capita. RVFFI liber de Veſicae ac renum affectib. Eiusdem de Medicamentis purgantibus. Adnotationes locorum in quibus ab interprete Graeca diſcrepant. *Pariſiis M. D. LIIII.* (1554) *apud Guilielmum Morelium, & Jacobum Puteanum.* in 12. pp. 553. ſi dedicat. & indicem folior. 14. non numeraueris.

ARETAEI *περὶ αἰτιῶν καὶ σημείων ὀξέων καὶ χρονίων παθῶν. βιβλ.* IIII. & *ὀξέων καὶ χρονίων νούσων θεραπευτικὰ βιβλ.* IIII. e graeco ſermone, in latinum, conuerterat Junius Paullus Craſſus, medicus patauinus, *e libro*, vt ipſe ait, in epiſtola dedicatoria, ad Albertum ſeniorem, Marchionem brandenburgenſem, libello, quem recenſemus, praefixa, *graeco manuſcripto veterrimo & curioſo, non ſano, non integro, ſed multis mendis inquinato, multis magnisque vulneribus conciſo, & lacerato.* Ex tribus tam conlatis exemplaribus multa, quae deficiebant, reſtituit, quae erant depravata, caſtigauit, quae confuſa erant, in ordinem redegit: per coniecturas etiam ab artis medicae peritia deſumtas, non paucos locos librariorum incuria vitiatos, antiquae & ſanae, vt ſibi perſuaſit, lectioni reſtituit. De quibus autem ambigebat, neque ſinceram veritatem eruere, ſibique penitus ſatisfacere potuerat, eos aſteriſco notauit, aliorumque iudiciis penſitandos, caſtigandosque reliquit. Emiſerat hanc verſionem, addita verſione RVFI epheſii, *de partium corporis humani adpellationibus*, quem librum graecum a Franciſco Frigimelico, medico acceperat, latina, primum *Venetiis* 1552. in 4. vid. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth.*

Bibliotb. graec. L. IIII. Cap. III. p. 101. Editio, quam heic tenemus, verſionis Craſſi, ſecunda, admodum rara eſt. Quis illam in lucem prodire iuſſerit, non conſtat. Vt virorum doctiſſimorum fert ſententia, a Jacobo Goupylo, medico pariſino, id factum eſt. In eam potiſſimum adducuntur ii ſententiam, verbis, quae *Adnotationibus locorum, qui in* ARETAEI *codice graeco, ab interpretatione* Craſſi *diſcrepant*, pag. 528. adiecta, leguntur: *haec curſim latina cum graecis coniungentes obſeruauimus, hicque adnotauimus, non vt aliquid interpreti bono detraheremus, cuius meditatio docta non mediocriter in edendis Graecis profuit, ſed vt ipſe his pauculis admonitus, in ſtudioſorum gratiam, dum vita ſupereſt recognoſcat, & melius quam quiuis alius inchoatum opus, tandem abſolutum emittat.* Haec autem verba, ad Jacobum Goupylum ſpectare, ideo ſibi perſuadent, quod eodem anno 1554. *Paris. apud Adrian. Turnebum* ARETAEI Cappadocis, *de acutorum ac diurnorum morborum cauſſis, ac ſignis libri IIII. & totidem de eorumdem curatione, &* RVFI epheſii *libri de veſicae renumque morbis, de purgantibus medicamentis, de partibus corporis humani, &* Sorani *de vtero & muliebri pudendo, graece e bibliotheca regia* in 8. editi fuerint, quibus Jacobus Goupylus, epiſtolam praefixit graecam, ad Odonem Caſtilionaeum, Cardinalem, in qua, ſe adiutum fuiſſe, regiae bibliothecae exemplaribus, & duobus aliis, quorum alterum, a Capello, medico, obtinuerat, alterum ſuis ſibi comparaverat ſumtibus. Eorum praeterea ſententiam ipſe Junius Paullus Craſſus confirmare videtur, qui in repetita, & curis ſecundis recognita, verſione, quam anno 1555. cum viris doctis communicauit, iſtam editionem diſertis verbis, quae apud Fabricium l. cit. exſtant, *medico cuidam Gallo* tribuit. Conf. Herman. Boerhave *praefatio*, ARETAEI cappadocis editioni, mox memorandae praemiſſa, vbi de hac verſione ita ſcribit: *Verſio latina quam* Henric. Stephanus *edidit,*

dit, in Principibus medicorum eſt illa ipſa completa quae prius prodierat ab Anonymo; *quem* Goupylum *eruditi alii ſuſpicantur, ſed* Celſum Craſſum, Junii Craſſi *filium, ex* Goupyli *editione vertentem* Petrus Petitus *adſerit.* Sed haec omnia nos non impediunt, quo minus in aliam plane diſcedamus ſententiam, neque a Goupylo, neque a Celſo Craſſo, ſed a Guilielmo Morelio Tiliano hanc editionem curatam eſſe exiſtimemus. Cum enim *Adnotationes locorum, qui in* ARETAEI *codice graeco ab interpretatione* Craſſi *diſcrepant*, auctore G. M. T, conſcriptae dicuntur, Morelium hiſce litteris initialibus nomen ſuum occultaſſe, & forte cum Goupylo, vnito ſtudio, iunctoque labore, editionem *turnebianam* graecam adornaſſe, nobis perſuaſimus. Quo minus autem hanc ſuſpicionem cuidam obtrudimus, eo minus pro certo adfirmare ſuſtinemus, quid aut quem litterae deſignent initiales R. C. F. quae in fine *fragmenti* RVFI *de medicamentis purgantibus* p. 553. conſpiciuntur. De aliis huius verſionis ab Anonymo recognitae, editionibus vid. Jo. Alb. Fabricius l. cit. vbi etiam de ARETAEI cappadocis, & RVFI epheſii aetate, eorumque operibus, varia lectu digna adnotantur. Duplex noſtra aetate exſtat ARETAEI cappadocis editio, admodum ſplendida; Alteri hic praefigitur titulus: ARETAEI, cappadocis, *de Cauſis & ſignis acutorum & diuturnorum Morborum Libri IIII. De curatione acutorum & diuturnorum Morborum Libri IIII. Graece & Latine. Cum MSS. duobus*, Harleyano *&* Vaticano *contulit, nouamque verſionem dedit* Joannes Wigan *A. M. Aedis Chriſti Alumnus. Accedit praefatio, diſſertationes in* ARETAEVM, *variae lectiones, notae & emendationes. Tractatus de ionica* ARETAEI *dialecto, quodque difficiliores huius Auctoris voces exponit Lexicon. Oxoniae e Typographeo Clarendoniano* 1723. in fol. form. maior. In praefatione omnes ARETAEI editiones enumerantur, in *quatuor* autem DISSERTATIONIBVS, *de* ARETAEI *aetate,*

te, ſecta, in rebus anatomicis ſcientia, & curandi ratione, quam tenuit ARETAEVS, agitur. Recenſionem operis ſplendidiſſimi, cuius tantummodo tercenta dicuntur exemplaria, typis expreſſa, vid. in *Actis erudit.* lipſ. An. 1728. p. 97 ſqq. Conf. die *Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu* Dresden Tom. II. p. 165. Clar. Dau. Clement *Bibliotheque hiſtorique & critique de Livres difficiles à trouver* Tom. II. p. 24. Alterius editionis titulus talis eſt: ARETAEI, Cappadocis, *de cauſſis & ſignis acutorum & diuturnorum morborum Libri IIII. De curatione acutorum & diuturnorum morborum Libri IIII. Graece & Latine. Cum Commentariis integris* Petri Petiti *medici* Pariſienſis *atque clariſſ.* Jo. Wiggani *doctis & laborioſis notis, & celeberrimi* Maittairii *Opuſculis in eundem, tandemque eruditiſſimi atque celebratiſſimi* Danielis Wilhelmi Trilleri *Obſeruationibus & Emendatis. Editionem curauit* Herm. Boerhaave. *Lugduni Batavor, ſumptibus Petri van der Aa* 1731. in fol. form. maior. pp. 604. Huic editioni, Junii Paulli Craſſi verſio latina, e recognitione G. M. T. ſubiecta fuit. Conf. *Act. Eruditor.* lipſ. an. 1732. pag. 393 ſeqq. & Auctores ſupra citat. ll. citt.

CLV.

ΚΑΣΣΙΟΥ Ιατροσοφιστου, και ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ του ΣΙΜΟΚΑΤΟΥ Προβληματα καὶ Ἀπορηματα Φυσικα περὶ ζώων παθῶν. H. e. CASSII, *Jatroſophiſtae*, & THEOPHYLACTI SIMOCATI Naturales quaeſtiones, circa animalium & praecipue hominis naturam, atque affectiones quasdam. Ad V. N. Ampliſſ. Excell. & Experientiſſimum Dn. Wendelinum Siebeliſtium, Doctorem Medicum, antea quidem Magni Moſcouiae nunc

vero Brunſuic. & Lunaeburg. nec nón Holſatia Ducum Sereniſſ. & Celſiſſ. Archiatrum feliciſſi mum, Dominum Ciuem atque Amicum ſuum ve terem & propriiſſime dicendo Conſalaneum ſub mittebat Editor, Andreas Riuinus Halis-Saxo, Ph loſ. & Med. D. ac PP. C. P. Caeſareus, Colleg Principis in Acad. Lipſ. Subſenior, Paulini XVui & philoſophici p. t. Decanus *Lipſiae aera Chriſtia na MDCLIII.* (1653) *Typis Wittigianis*, in 4 pp. 82. except. praefat. folior. 3.

Librum rarum eſſe, nemo facile in dubium voca verit, qui editoris in fronte conſpexerit nomen. Con Jo. Vogtii *Catalog. libr. rar.* p. 582. vbi de raritat opuſculorum, quae ſuis ſumtibus, excudenda curaui Andreas Riuinus, pluribus verbis agitur. Nondum inter machaoniae artis profeſſores conuenit, cuinam CASSIO Προβλήματα tribui debeant. Plerique v. c Hieronym. Mercurialis III. *Var. lect.* 11. & IIII. 13 Gerard. Jo. Voſſius *de philoſophia* p. 94. Daniel Cle ricus in *Hiſtoria medicinae* Tom. II. p. 126. aliiqu ad CASSIVM medicum, illa referunt, qui Auguſti & Tiberii temporibus floruit, & a Celſo in praefatione *ingenioſiſſimus ſeculi ſui medicus* adpellatur. Illum autem ideo non fuiſſe *problematum* auctorem, cenſe Andr. Riuinus, in *praefatione,* quod ille contra com munitates medicorum faciat, CASSIVS autem *Iatro ſophiſta* methodicus fuiſſe videatur. Herm. Conrin gius in *introduct. in Medicinam* p. 53. CASSIO FE LICI tribuit, qui ſub Imperatore Claudio medici artibus inclaruiſſe dicitur. Forte codicis cuiusdam auctoritate, qui hunc auctorem prae ſe tulit, ad illam ſententiam amplectendam permotus fuit. Vt enim Phil. Labbeus, in *Bibliotheca noua MSS.* p. 49. teſta tur, in Codice 1125. regis Galliae exſtitit latin: CASSII FELICIS *problematum* verſio, adornata Ar dabure

dabure, & Aſclepio ſiue Callepio Coſſ. Anno Chr. 474. Adrianus Junius, qui *problemata* CASSII, *e graeco in latinum ſermonem conuerſa, Paris.* 1541. *cum graeci exemplaris caſtigatione*, ad finem adiecta, in 4. euulgauerat, in *praefatione* ad Cornel. Rhemnium, de auctore nihil certi pronunciare audet. Poſteaquam enim varios recenſuit CASSIOS, medicos graecos, haec tandem addidit verba: *quis vero huius ſit auctor libri - - malim dubium ſilentio tranſire, quam temere aſſeuerando ineptiae notam incurrere. Certe quisquis tandem ſit, vt non infimae in re medica claſſis, ita lectione non perfunctoria ſed ſaepius iterata digniſſimus eſt, adderem & aequali, cum veterum multis, nominis auctoritate, ni aliorum cenſurae praeiudicium dictare primus formidarem.* Conf. Andr. Riuini *praefat.* & Jo. Alb. Fabricii *Bibliotb. graec.* Lib. III. Cap. VI. p. 169. not. (c) vbi quoque variae *Problematum* editiones & verſiones recenſentur. Prima editio graeca, auſpiciis Jacobi Tuſſani, ex vaurenſis Epiſcopi bibliotheca, hoc titulo, haud ſatis adcurato: ΚΑΣΣΙΟΥ ἰατροσοφιστοῦ ἰατρικαὶ ἀπορίαι καὶ προβλήματα περὶ ζώων καὶ τετραπόδων, *Paris. Emondae Tuſanae viduae Conradi Neobarii regii typographi impenſis* 1541. in 12. in lucem exiit. Vid. Mich. Maittaire *Annales typograpb.* Tom. III. p. 324. Recentiores editores, verba καὶ τετραπόδων, quae etiam in Bonauentur. Vulcanii editione *Lugdun. Batauor.* an. 1595. euulgata, comparent, veluti ſpuria reiecerunt, cum alius praeter hominem, animalis, aut quadrupedis, mentio nusquam fiat a CASSIO in *problematibus*, quae hodie exſtant LXXXIIII. Sed forte pars illa, quae ad quadrupedes, ſeu ζῶα τετράποδα ſpectauit, ad nos non peruenit, aut in MS. adhuc deliteſcit, quae etiam Conradi Geſneri fuiſſe videtur ſententia, qui in *Bibliotbeca*, Fabricio l. cit. teſte, notauit vnum duntaxat Προβλημάτων CASSII, librum excuſum eſſe, alterum autem, vt audierit, Venetiis quoque haberi. Idem igitur Geſnerus editionem ſuam, *Tiguri* 1562. hoc promulgauit ti-

tulo: *προβλήματα φυσικὰ περὶ ζώων παθῶν*, quem pol
Andreas Riuinus ſequutus fuit, qui textum graec
cum verſione latina Conradi Geſneri, e Bonauentu
Vulcanii editione exſcribendum curauit, Hadriani
nii, & Conrad. Geſneri caſtigationes & notas, Fri
ric. Sylburgii coniecturas, & ſuas denique prop
ἐπικρίσεις, in calce ſubiecit.

De THEOPHYLACTO, Aegyptio, SIMOCA
ſiue SIMOCATTA, *ἀπὸ ἐπάρχων καὶ Ἀντιγράφει*,
extremis Heraclii Imperatoris temporibus vixiſſe
citur, eiusque operibus, vid. Jo. Alb. Fabricii
bliotheca graeca, L. V. Cap. V. p. 280 ſeqq. Jac
Pontani e S. J. *praefatio*, eius *hiſtoriae oecumeni*
de rebus Mauricii *Imperatoris*, praefixa. Partem
hiſtoria conſtituit *Corporis Scriptorum hiſtoriae*
zantinae, & *ad* Jacob. Pontani *exemplar*, *caſtigat*
& gloſſario graeco-barbaro auctior, *ſtudio & o*
Caroli Annibal. Fabroti JC. edita fuit *Pariſ. e t*
graphia regia 1647. in fol. form. maior. Ger
Joan. Voſſii *de Hiſtoric. graecis* Lib. II. Cap. XX
p. 218. Martin. Hanckii *de Scriptor. byzantinis*
Cap. VIIII. p. 186 ſeqq. die hamburgiſche *Biblio*
ca hiſtorica Centur. VIIII. p. 26 ſeqq. Eius *δι*
γον περὶ διαφορᾶς φυσικῶν ἀπορημάτων καὶ ἐπιλύσεως α
e Bonauenturae Vulcanii editione, *Lugd. Batau.*
CASSII *problematibus* 1596. in 12. vulgata, And
Riuinus recudendum curauit. Verſio latina Jaco
Kimedoncium habet auctorem, qui iuuenis X
annorum, praeter *dialogum* THEOPHYLACTI
MOCATTAE, *Epitomen* quoque *librorum IIX.*
riarum e Photii *Cod. LXV. & excerpta de legat*
bus, & epiſtolas eius, e graeco in latinum ſermo
conuerterat; ſed quia in aetatis flore deceſſer
lucem, adiecto textu graeco, haec omnia, cum p
fatione Jani Gruteri, Andreas Schottus in lucem
ſit *Heidelbergae apud Comelinum* 1599. in 8. vid.
bric. l. cit. Niceron in *Memoires* Tom. XXVI. p.

Cl

CLVI.

ΦΑΙΜΩΝΟΣ φιλοσόφου ἢ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ Κωνσταντινοπολίτου κυνοσόφιον ἄριστον ἢ βιβλίον περὶ τῆς τῶν κυνῶν ἐπιμελείας. H. e. PHAEMONIS, *Philoſophi*, ſeu potius DEMETRII *conſtantinopolitani Cognomento* PEPAGOMENI, Liber de cura Canum ſingularis; e IIII. MSS. Rhodio, Auguſtano, & duobus Mediceae bibliothecae collatus, rectius verſus, & notis quibusdam ac variis Lectionibus, vt & iſagoge quadam de auctoris vero nomine & aeuo mactus a IIII. Viris D. Rudberto a Moshaim, D. Andrea Aurifabro, Dn. Nic. Rigaltio atque D. Andrea Riuino. A quo poſtremo etiam illuſtri nominis generoſi honori V. N. Dni Conradi ab Einſidel, Aulae Arichiep. Parthenopyrgicae Magiſtri, & Praefecturae Gibichenſteinenſis Capitanei ſtrenuiſſimi, Herois vere litteratiſſimi, & literarum literatorumq. Maecenatis Opt. Mx. Datus L. M. Q. Conſecratus fuit. *Lipſiae Aera Chriſti MDCLIIII.* (1654) *Typis Wittigianis* in 4.

Quis *Cynoſophii* ſit auctor, inter doctos viros nondum conuenit. Codicem graecum primus in Germaniam intulit Joannes Treslerus, dantiſcanus, Medicinae Doctor, qui illum in Italia, haud magno pretio emerat, a milite, qui anno 1522. ex direptione Rhodi, illum in Italiam aduexerat, variaque eius exempla deſcripta, cum viris doctis communicauerat. Treslerus iſtum codicem, qui praeter κυνοσόφιον, libros duos alios περὶ ἱεράκων continebat, amico ſuo Andreae Aurifabro, medicinae doctori, eo potiſſimum nomine dederat dono, *vt in plura exempla latine quoque verſum, transfundi curaret.* Omni, quidem codex graecus,

cus, auctoris indicio deſtitutus fuit, cum vero i
antea illius verſionem dediſſet Rudbertus a Moshai
Decanus paſſauienſis, e codice, qui PHAEMON
philoſophi, prae ſe ferebat nomen, Aurifaber illa v
ſione vſus, PHAEMONI κυνοσόφιον, adſcribere, &
lius nomine inſignitum *Vitebergae apud Io. Lu*
1545. in 8. in vulgus edere non dubitauit. Co
Guſtau. Georg. Zeltneri *kurtzgefaſte Hiſtorie der*
druckten Bibelverſion und anderer Schriften D. Ma
Lutheri, *in der Beſchreibung des Lebens, und Fator*
Hanns Luffts p. 98 ſqq. not. d. & f. Cum Nicol
Rigaltius, e bibliothecae regiae gallicae & medice
codicibus, collectionem *de re accipitraria*, *& ven*
tica, *Paris.* 1612. in 4. ederet, κυνοσόφιον, ἢ περὶ
τῶν ἐπιμελείας, quod in codice regio, auctoris nomi
deſtitutum inuenerat, cum Aurifabri verſione lati
praefixo PHAEMONIS nomine, illi inſeruit. V
Io. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. I. Cap. XXV.
155 ſqq. Codicem auctoris nomine deſtitutum,
Bibliotheca laurentiana medicaea titulo: *Libellus*
canum cura, *deſcriptus* Venetiis 1554. adſeruari, r
morat Bernardus a Montfaucon in *Bibliotheca Bib*
thecarum manuſcriptorum noua Tom. I. *Paris* 17
in fol. p. 349. Quae poſtea cauſſae impulerint A
dream Riuinum, vt κυνοσόφιον DEMETRIO PEP
GOMENO, Medico conſtantinopolitano, qui ſub I
peratore Michaele Palaeologo floruit, quam PHA
MONI philoſopho, adſcribere maluerit, ipſe exp
ſuit in *praefatione* libro praemiſſa, quam vide. Ne
dum vero Riuinus, ea in re, omnem virorum doct
rum dubitationem, rationibus ſuis, quas in medi
protulit, remouere potuit, praecipue cum ſtili dif
rentia, quae in κυνοσοφίῳ, & libro, quem DEMETI
VS PEPAGOMENVS conſcripſit *de podagra*,
prodit, maxima, ſententiae ipſius obſtare videret
Conf. Joan. Stephani Bernardi *praefatio*, quam D
METRII PEPAGOMENI libro, *de podagra*, *gra*
& latine, *ope MS. Bibliothecae* Lugduno-Batauae,

cen

tenſito & notis illuſtrato, *Lugd. Batau.* 1743. in 8. praefixit. p. 6. Κυνοσόφιον, quisquis illius demum au-ctor fuerit, cura Thom. Johnſon, cum Gratio, Nemeſiano, Hieronymi Fracaſtorii *carmine paſtoritio*, quod inſcribitur Alçon, & Joan. Caii, Angli, libello *de canibus* britannicis, *Londini* 1700 in 8. denuo in lucem editum fuiſſe, teſtatur Jo. Alb. Fabricius l. c. Leue hic, ὡς ἐν παρόδῳ, παρόραμα memorare licebit, quod in adducenda editione κυνοσοφίου *riuiniana*, in Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* l. cit. occurrit, vbi Riuini editio, quae in 4. prodiit, in 8. excuſa ſcribitur.

CLVII.

Vtiliſſimus liber perſtringens iſagogas JOANNICII, ad Tegni Galeni. in 4. folior. 16.

JOANNICIVS medicus fuit Arabs, qui ſeculo, a Chriſto nato, decimo innotuit. Nonnulli eumdem eſſe exiſtimant, qui Humain, aut Human dicitur. Auicennae enim *Canoni* praemittuntur, in editione latina *veneta* 1608. in fol. *Tabulae iſagogicae in vniverſam medicinam, ex arte* Humain *id eſt* JOANNITII Arabis, *auctore* Fabio Paulino, vtinenſi, *collectae*, *& editae a* Fabricio Raſpano *D. chirurgico*, vid. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. VI. Cap. VIIII. p. 249. Praeter *iſagogen* in τέχνην ἰατρικήν, ſiue *artem paruam*, Galeni, quae in noſtri libri titulo, vocatur *Tegni* Galeni, multa alia ſcripta compoſuit, quorum titulos, Raſis, medicus, apud Arabes celeberrimus, in *operibus* ſuis, paſſim citat Conf. J. A. Fabricii *Biblioth. graec.* l. cit. p. 300 ſqq. Quis JOANNICII *iſagogen*, ex arabico transtulerit, ignoramus. Verſionis latinae, quam ante oculos poſitam habemus, editionem, litteris gothicis excuſam, procurauit Henricus Stromer, aurbachenſis, *artium liberalium magiſter*,

ſter, *medicine Baccalarias.* Illi adiicitur Hippocr
iusiurandum, e greco, in latinum conuerſum, per
trum Paullum Vergerium, faciatum; In fine haec
guntur verba: *Impreſſum* Liptzk *per prouidum vi*
Jacobum Thanner *Anno domini Milleſimo quinge*
ſimooctauo (1508). Conf. Ioſ. Simleri *Bibliothec*
428. vbi JOANNICII *introductio, in artem part*
Galeni, *impreſſa* dicitur, *in Italia, cum* Theophil
vrinis, & aphoriſmis Hippocratis, *a* Conſtantino
nacho tranſlatis, &c. & *Argentorati apud Henri*
Sybold. In libro, qui titulo: *Articella cum q*
plurimis tractatibus ſuperadditis, Venetiis, per Pet
Bergomenſem de Quarengiis 1507. in 8. prodiit,
ANNICII *Iſagoge* primum occupat locum. Ed
lipſienſis neque Michaeli Maittaire, neque Joan. H
rić. Leichio innotuiſſe videtur.

CLIIX.

Homerus Ἑβραΐζων: ſiue Comparatio Hon
cum Scriptoribus Sacris quoad normam
quendi. Subnectitur Heſiodus ὁμηρίζων. *A*
re ZACH. BOGAN. *e Coll. C. C. Oxon.* Propert. l
3. El. 1.

- - - - Homerus

Poſteritate ſuum creſcere ſer ſit opus.

Oxoniae, Excudebat H. Hall, Impenſis T. Robin
M. DC. LVIII. (1658) in 8. pp. 439. exceptis p
miſſis & indicibus pp. 53.

Liber non facile obuius, vocatur a Jacobo Fr
rico Reimmano, in *Catalogo Biblioth. theologica*
760. In Gerardi Croeſii Ὅμηρος Ἑβραῖος *ſiue Hiſt*
Hebraeorum *ab* Homero *Hebraicis nominibus ac*
tentiis conſcripta in Odyſſea & Iliade, cuius tan

pa

pars I. Dordraci apud Theodor. Goris. 1764. in 8. in lucem prodiit, hanc in *Introduct.* Cap. XI. p. 171. de BOGANI opere, prolatam conſpicimus ſententiam: *exiit anno ſeculi quod nuper viximus quinquageſimo octauo* Oxonii *Liber* ZACH. BOGAN e Colleg. C. C. Oxon. *inſcriptus:* Homerus Ἑβραΐζων, ſiue Comparatio Homeri cum Scriptoribus ſacris; quoad normam loquendi. *Scribit auctor in titulo verba* Propert. Lib. 3. El. 1. Homerus poſteritate ſuum creſcere ſenſit opus. *Illam* Propertii *ſententiam, per virum hunc longe ante multos litteratiſſimum veracem eſſe, adeoque* Homerum *magnum ab eo incrementum gloriae accepiſſe, facile admitto. Et agnoſco libenter, magnam viri induſtriam, magnamque diligentiam, qua rem tam diu occultam latentemque indagauit, & tot manifeſtis teſtimoniis oſtendit ac declarat. Nihilominus quantum attinet, ad viri doctiſſimi lucubrationes in* Homerum, *in his iuſte duo deſiderari videntur. Primo vti ne luculentus vir multa allegauiſſet, quae cum dictis ſcripturae ſacrae, quae hic refert, vix vllam conuenientiam habent. Deinde ne plurima omiſiſſet occurrentia apud* Homerum *maxime ſimilia dictis in S. Scriptura. Atque hoc quilibet non inexercitatus in S. Literis deprehendet, ſi mecum vel horam vnam impendat lectioni ac meditationi vnius libri* Homeri &c. Haec vero Croeſius variis exemplis, ex BOGANI libro, in medium prolatis, illuſtrat, & confirmat, & de eiusdem Auctoris Heſiodo *homerizante;* hac ratione exponit ſententiam p. 173. *Adiungit vir, cui in ſua diligentia magna concedenda eſt & ſcribenda laus, ſuo* Homero Ebraizanti Heſiodum ὁμηρίζοντα. *In quo Opere oſtendit,* Heſiodum *ſic paſſim locutum eſſe, vt ante eum locutus erat* Homerus. *Verum de* Heſiodo *non neceſſe habemus loqui. Illud noto, liquere e praefatione viri, quam is nihil de eo cogitauit,* Homerum *in animo habuiſſe ſequi & imitari Scripturam Sacram in ſuis deſcribendis rebus, atque exinde ſua exempla capere, vt cuius verba in ea praefatione haec ſunt.* In titulo

titulo primi libri Ἑβραΐζων non erat, qui Hebraeos ens imitatur, ſed qui ſic loquitur, vt Hebraei ſ locuti; ita hic ὁμηρίζων, non eſt qui ſcribit cum ſ mo imitandi Homerum, ſed qui ſic loquitur, vt quebatur Homerus. *Itaque ergo ab huius viri ſ tentia, noſtra longiſſime abeſt. Nibilominus ha mus in ea aliquod adiumentum ad noſtram ſent tiam confirmandam.* Quae illis Jacob. Fride Reimmannus addiderit, legi poterunt l. cit. In pr fatione, genere dicendi admodum poetico, conſcri BOGANVS lectores docet, quod hunc libellum, *varios morbos, quaſi per ſaxa, per ignes*, ad vmb cum deduxerit. Praefationi, quam *ruri* dedit, *a patrem* ſuum *deuonienſem* XI. Kal. Octobr. 1657. ſ iecit *Indicem ſcripturarum, quae in hoc libello vel plicantur vel illuſtrantur.* Non ſolum autem V. libros, cum Homero contulit, ſed etiam inter n foederis libros, & Homerum inſtituit comparation quae extat pag. 321-378. Ea *loca, quae ſpectant Deum*, poſuit auctor ſeorſum pag. 379-408. illius rei cauſſam, in praefatione hanc adtulit, *ne bonoi animos offenderet.* Heſiodus ὁμηρίζων occurrit p. 4 436. Illi addidit *breuem* Homeri & Heſiodi *hi riam*, quam e Lilii Gyraldi *de poetarum hiſtoria* logo II. deſumſit. Libro finis imponitur *tribus dicibus*, hebraico, graeco, & latino.

ZACHARIAS BOGANVS, natus in Deuoniae go, qui Anglorum lingua vocatur *Little-Hempton*, tre Guilielmo BOGANO, nobili Anglo anno 16 In collegio S. Albani, & Collegio corporis Chr oxonienſi, ad litterarum ſtudia, ad annum vsque 16 incubuit. Illo ſane anno, liberalium artium Bac laureus, mox anno ſequenti Collegii corporis Chr ſocius, & tandem anno 1650. artium magiſter lemni ritu renunciatus fuit. Puritanorum ſic did rum partes, inſigni animi feruore ſequutus eſt, var que ſcriptis, quae inſignem linguarum & antiqu tum cognitionem produnt, inclaruit, quam ob cauſ

ab Antonio a Wood, in *Hiſtoria Antiquitatibus vniverſitatis* oxonienſis, *Oxon.* 1675. in fol. L. II. p. 243. *viri ſtudioſi & linguarum peritiſſimi* elogio, ornatur. Nimio lucubrandi ſtudio, in grauiſſimos & pertinaciſſimos morbos incidit, quibus per aliquod tempus vexatus, tandem anno 1659. die I. Sept. fato functus eſt. Librorum, quos conſcripſit, catalogum ex John Prince's *Worthies of* Devon *London* 1701. in fol. p. 118. & 119. adtulit Jaques George de Chaufepié in *Nouveau Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. II. litt. B. pag 360. not. A. Conf. Antonii a Wood *Athenae* Oxonienſes *London* 1721. in fol. Tom. II. col. 237. Eiusd. *Faſti* oxonienſes qui Tomo II. *Hiſtoriae & antiquitatum vniuerſitatis* oxonienſis reperiuntur, col. 52. & 94.

CLVIIII.

Liber VI. Decretalium Bonifacii IIX. *pape.* cum commentar. Joannis Andree. in fol. formae maior. folior. 162.

Variae quidem *Libri VI. Decretalium*, auſpiciis Bonifacii IIX. a tribus eccleſiae romanae Cardinalibus, Guilielm. de Mandagoto, Berengario Fredello, ſiue vt ab aliis vocatur Stredelio, & Richardo de Senis compilati, exſtant editiones, ſed haec editio litteris gothicis, admodum luculentis exſcripta, inter libros rariores, ſuo iure, ſibi vindicat locum. Illi typographus coronidis loco, hoſce adſcripſit verſiculos, minio impreſſos:

Preſſos ſepe vides lector ſtudioſe libellos
Quos etiam gaudes connumerare tuis
Si fuerint nitidi terſi ſi dogmata digna
Continent. & ſit litera. vera. bona.
Dispeream niſi inuenias hec omnia in iſtis
Quos preſſit Wenszlers *ingenioſa manus*

Nam quecunque fuit hoc toto codice preſſa
Litera: ſolicito lecta labore fuit.

Inſigne & celebratiſſimum opus BONIFACII o&
quod ſextum Decretalium appellant In preclari
vrbe Baſilienſi *ingenio & arte* Michaelis Wens
Impreſſum, glorioſo fauente deo ſuis conſignando
tis, feliciter eſt finitum Anno domini ſeptuageſimo ſ
mo poſt milleſimum & quadringenteſimum (14
quarto ydus Decembris. Vid. Jo. Sauberti *hiſt*
Bibliothecae reip. Noribergenſis, *Noriberg.* 164
12. p. 131. Michael. Maittaire *Annal. typogr.* To
p. 373. Joan. Nicol. Weislingeri *Catalog. libror.*
preſſorum in Bibliotheca Ordinis S. Joannis hier
lymitani *aſſeruatorum, Argentorati* 1749. in fol. p.

De BENEDICTO CAIETANO, BONIFA
IIX. nomine Pontifice romano, anno 1303. die
Octobris mortuo, & de contentionibus infelici
cum Philippo pulchro, Galliae rege, agitatis
praeter ſcriptores a Jo. Alb. Fabricio L. II. *Bibliot*
med. & infim. Latinitat. p. 706 ſqq. citatos, Joa
Rubei BONIFACIVS IIX. *Romae, ex officina Co*
letti, 1651. in 4. Antonii Poſſeuini *Apparat. ſ*
Tom. I. p. 250. Guil. Caue *Hiſtor. litterar. ſcrip*
eccleſ. p. 752 ſqq. Auguſtini Oldoini *Athenaeum*
manum *Peruſ.* 1676. in 4. pag. 114. François B
Hiſtoire des Papes à la Haye 1733. in 4. Tom.
p. 310 ſqq. Franciſci Pagi *Breuiarium hiſtorico-c*
nologico-criticum illuſtriora Pontificum rom. *geſta*
complectens Tom. III. *Antu.* 1718. in 4. p. 502 ſ
Natalis Alexandri *Hiſtoria Eccleſ. Secul. XIII.* T
VII. Artic. XIIII. pag. 35 ſeqq. & Diſſertat. VI
p. 479 ſeqq. P. Daniel *Hiſtoire de* France Tom.
Amſterd. 1720. in 4. p. 267 ſeqq. Dom Bernard
Montfaucon *Monumens de la Monarchie* franç
Tom. II. *Paris* 1730. in fol. p. 191 ſqq. Carol. M
linaei, *Commentarius ad edictum* Henrici II. *R*
Galliarum p. 238 ſeqq. Conf. praeterea Scripto
omnes, qui hiſtoriam eccleſiaſticam, vitas pontifici

res Gallorum Seculi XIII. & hiſtorias iuris pontificii ſcripſerunt.

Guilielm. de Mandagoto, ſiue Mandagozzo, Archidiaconus nemauſenſis, Epiſcopus ebrodunenſis, aquenſis, & tandem Cardinalis Epiſcopus praeneſtinus, fatis conceſſit anno 1321. De ſcriptis eius vid. Anton. Poſſeuini Tom. I. *Apparat. ſacr.* p. 616. Auguſtin. Oldoini *Athenaeum* romanum p. 296. Georg. Joſephi ab Eggs *Purpura docta* Tom. I. *Francof.* 1714. in fol. p. 298. Stephani Baluzii *vitae paparum* aueniouenſium Tom. I. *Paris* 1693. in 4. pag. 666 ſqq. Joann. Albert. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. VII. pag. 455 ſeqq.

De Berengario Fredello, ſeu Stredelio, ſiue Stedello, biterenſis Eccleſiae Succentore, Epiſcopo & Cardinali vid. Anton. Poſſeuini *Apparat. ſac.* Tom. I. p. 222. Auguſtin. Oldoini *Athenaeum* roman. p. 119. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. II. pag. 577.

De Richardo Petrono, ſenenſi, V. J. D. Eccleſ. rom. Vicecancellario, & Diacono titulo S. Euſtachii Cardinali legi poterit Anton. Poſſeuini *Apparat. ſac.* Tom. III. p. 131. Auguſtin. Oldoini *Athenaeum* romanum p. 580. Guid. Panziroli *de claris legum interpretibus* L. II. Cap. XLVIIII. p. 134 ſqq. Chriſt. Schoettgenii *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & infim. Latinit.* L. XVII. p. 243.

De Joanne Andrea vid. quae in *Analectis litterariis* p. 1124 ſqq. & ſupra p. 81 ſqq. diximus.

CLX.

Guldin Bull, CAROLI *der vierden, weilant Römiſchen Keyſer.* Reformationn Statuten, Herligkeiten vnd Ordenungen aller Oberkeit des h. Römiſchen Reichs, vnd Teutſcher Nation belangend.

gend. *Keyſer* FRIDERICHS Reformation al
Ständ, gmeynem nucz zu gut vnd Friden. I
Jar. M. CCCC. vnd zwei und viertzig auffgeric
Zu Franckfurt, am Meyn, Bei Chriſtian Egenol
in 4. folior. 31.

Editio ſatis rara expreſſa fuit, vt verba, in fine c
ſpicua, teſtantur *zu Franckfurt am Meyn, bei Ch*
ſtian Egenolph. Im Heumon, des MD vnd XX
Jars (1531). Cum verſio nonnullis in locis ab
diſcedit, quae in recentioribus legitur editionib
illius initium, ſpeciminis loco, heic adſcribim
Wir CAROLVS *der vierd, von Gots gnaden* Rör
ſcher *Keyſer zu alln zeitten merer des Reiches vñ I*
nig zu Behem, *zu ewiger gedachtnus der Sachen.*
ein ieglich Reich, das in ihm ſelb getailt, würt tr
losz, wann die Fürſten ſolicher tailung ſind geſellen
dieb. Darumb hat Got en mitten vnder ſie gemiſ
den gaiſt des ſchwindels, das ſie zu Mittag ihrs Liech
gleich als in der finſtere, nit befinden, vnnd ihr leu
ter von rechter ſtat bewegt, das ſie blind vnd der bl
den fürer werden, auch die alſo in der Finſtere wa
len, die ſchadenn vnd ſein blinds gemüts, volbrin
die miſſethaten, ſo in der thaylung beſchehen. Sag
du Hochfart, wie wolteſtu in Lucifero *geherſchet,*
du die hülff der tailung nit gehabt hetteſt. Sag an
heſſiger Sathan, *wir* (wie) *möchteſtu den* Adam *z*
Paradiſe geworffen, wo du ihn nit vonn der gehorſ
gethailet hetteſt? Sag an du zorn, wie hetteſtu
Römiſchen *gemeinen nutz zerſtöret, wo du* Pompei
vnd Julium, *mit grimmigen ſchwertern nit zu inn*
hefftigen kriegen erweckt hetteſt? Sag an du
keuſcheit, wie du Troi *zerſtöret, du hetteſt dann* H
lenam *von ihrem man getheylet? Auch du Neid*
hasz das Chriſtenlich Keiſerthumb, das von Gott, gl
der heiligen vnd vnzertailten dreiheit, mitt den Gö
chen tugenten des Glaubens, der Hoffnung vnd
Li

Liebe geſterckt, des grundtfeſt auff das aller Chriſtenlicheſt reich ſeliglich geueſtnet iſt, mit aller gifft als die ſchlange in des Keyſerthumbs äſt vnd nähſte glider, mit vngenötigter miſſethat, verunreynigt, auff das, ſo die ſeulen zerſchlahen, der gantze baw zufallen gericht. Alſo haſtu zwiſchen des heiligen Reichs ſiben Churfürſten, durch die, als ſiben leuchter, das hailig Reich in ainigkeit des ſibenförmigen gaiſts ſolt erleucht werden, mehrmals in zertailung geſtellt, &c. Conf. de variis AVREAE BVLLAE editionibus latinis pariter atque vernaculis Chriſtian. Godofred. Hofmanni *Bibliotheca iuris publici Francof.* 1734. in 4. n. 294-351. *Hiſtoriam* AVREAE BVLLAE conſcripſit Jo. Chriſtian. Schelle *Lipſ.* 1696. in 4. Vid. etiam Theophili Sinceri *Nachrichten von lauter alten und raren Büchern* P. IIII. p. 198 ſqq. vbi etiam editionis, quam deſcripſimus, mentio facta fuit.

CLXI.

Excellentiſſimi ac famoſiſſimi tempeſtate noſtra ante alios Jura ciuilia Padue legentes dni. JOANNIS CAMPEZII, *Bononienſis Juris vtriusque doctoris* tractatus de dote nuperrime ab ipſo caſtigatus atque dilucidatus. in fol. form. maior. folior. 69.

Tractatus anno 1461. a JOANNE CAMPEZIO conſcriptus, Venetiis *per* Bernardinum Stagnin de Tridino de Monteferrato MCCCCLXXXXVIIII. (1499) *die VII. Septembris*, litteris gothicis expreſſus fuit. Vid. Michael. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 697. Antiquior editio *veneta* 1491. in fol. recenſetur in den *Merwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu* Dresden Tom. II. p. 171. Inſertus poſtea fuit *Tractatui Tractatuum* Tom. VIIII. fol 274 ſqq. Juuenis

 adhuc

adhuc illum conſcripſit CAMPEZIVS, quod e nomine coniicit Guid. Panzirolus L. II. *de claris Legum interpretibus* Cap. CXXXIII. p. 237. Aetate enim prouectior, CAMPEGIVS nominari maluit. Filius fuit Bartholomaei Campegii, bononienſis, JCti celeberrimi, Mantuae anno 1449. natus. In gymnaſio primum ticinenſi, iura, ſummo cum adplauſu docuit mox vero a Venetis, maiore ſtipendio euocatus Patauium conceſſit. Narrat Marcus Antonius Coccius Sabellicus L. VII. *Exemplor.* Cap. V. Tom. IIII. *Operum* col. 130. edit. quam Coelius Secundus Curio *Baſil.* 1560. in fol. euulgauit, quod, cum ei vrbi adpropinquaret, *ob excellentem eruditionem nominisque celebritatem a magiſtratibus vrbis,* (*quod niſi regibus aut ſummis principibus dari conſueuerat*) *a gymnaſiarchis & omnifariam profeſſoribus, ingentique officiorum frequentia,* illi *itum* fuerit *obuiam, vt nulla hominum memoria Profeſſorem honorificentius acceptum viderit* patauina *ciuitas.* Ciuium precibus ſollicitatus, & cum Jaſonem Maynum ſuperiorem ferre non poſſet, e gymnaſio patauino Bononiam ſe contulit, ſed paullo poſt Patauium rediit, cum ad eum deducendum gymnaſii Rector, & cum eo circiter L. legum ſtudioſi Bononiam conceſſiſſent. Tunc ſtipendium, quod antea octingentorum aureorum erat, ad mille adauctum ei fuit. Iterum, poſteaquam per decem annos, in prima cathedra, ius caeſareum docuerat, ſe in patriam contulit, ibique ſummis honoribus ornatus, & magiſtratibus, maxima cum laude functus eſt. Quantum apud ſummos principes valuerit gratia, & quibus, ad mortem vsque, agitatus fuerit fatis, pluribus verbis expoſuit Guidus Panzirolus l. cit. Mantuae, moerore animi confectus, & dyſenteria correptus, diem obiit ſupremum anno 1512. aetatis anno LXIII. Inſigni inter alia, quo Ennium Cicero, elogio, eum ornauit Panzirolus p. 238. & *virum haud magna ſed fidei plenum* fuiſſe ait, & Marcus Mantua Benauidius, in *Epitome viror. illuſtrium*, illum *iuriſperitorum elo-*

quentiſſimum, & eloquentium iuriſperitiſſimum extitiſſe ſcribit p. 472. Conf. Joſ. Simleri *Bibliotheca* p. 351. E liberis eius eminuerunt Rudolphus, militum venetorum dux ſummus; Joannes Baptiſta epiſcopus maioricenſis; Alexander epiſcopus bononienſis, legatus vicarius auenionenſis, & romanae Eccleſiae Cardinalis; Laurentius, Profeſſor iuris ticinenſis, Auditor rotae, & epiſcopus feltrenſis, rom. eccleſ. Cardinalis, & Leonis X. ad Anglos, & ad Germanos in comitiis auguſtanis anno 1530. celebratis, legatus, & tandem Thomas Campegius, Parmae & Placentiae Gubernator, Epiſcopus feltrenſis, & rom. Eccleſ. Cardinalis, qui cum aliis pontificiorum doctoribus colloquio wormatienſi interfuit. Auctor *Catalogi Doctorum tam catholicorum, quam proteſtantium,* Wormatiae *praeſentium,* cuius ſupra fecimus mentionem, hoc in poſteriorem ſcripſit epigramma:

Illico ſe nobis feltrenſis *Epiſcopus offert,*
Non animo inferior nec quoque laude minor (ſcil. Jo. Morono)
Reſpicis in mento caneſcit vt alba ſenili
Barba? quod & praeſtet ſic grauitate, puta.

CLXII.

JOANNIS BOCATII, *de Certaldo, Hiſtoriographi clariſſimi*, de caſibus virorum illuſtrium, libri nouem. Hic liber iam olim etiam, ſed antiquiſſimis incultisque characteribus impreſſus, & nunc primum ab innumeris, quibus paſſim ſcatebat, mendis, ſtudio & opera Hieronymi Ziegleri, Rotenburgenſis, repurgatus, adiectisque paucis ſcholiis eiusdem, in lucem nunc denuo editus eſt. Huc acceſſit, hiſtoriarum, fabularum, & rerum aliarum ſcitu dignarum index copioſus.

Auguſtae Vindelicorum. Cum gratia & priuile Caeſareo ſingulari. Anno MDXLIIII. (1544) fol. pp. 273. ſi praemiſſa non numeraueris.

Inſcripſit Hieronymus Zieglerus, rotenburgen *apud diuam Annam* Auguſtae Vindelicorum *Ludim giſter*, opus, cuius editiones omnes, ſatis raras e intelligimus ex *Merckwürdigkeiten der königlichen bliothec zu* Dresden Tom. I. p. 89. nomine Leona Beckh a Beckhſtain, ſacrae Caeſar. Maieſt. a conſil cuius etiam inſignia, ligno nitide inciſa, & H. Zi leri *decaſticho* decorata, in fronte libri conſpiciu tur. Praefatiunculam ad Lectorem, in qua Ziegle ſe, in hoc BOCCATII opere expurgando, bienni fere conſumſiſſe ſcribit, ſequuntur Georgii Laeti, *chigrammatei*, Aug. Vindelic. Xyſti Betuleii, Andr Roſeti, Wolfgang. Martii, Andr. Dietheri, & Joan Pontani carmina, quibus Ziegleri operam & ſoll tiam, quam in emendando BOCCATII opere col cauit, ſummis efferunt laudibus. *Indicem omnium ſtoriarum & rerum notatu dignarum* excipit, v BOCCATII, ab incerto auctore conſcripta, qu Chriſtophorus Wurſung, auguſtanus, ex italico, teutonicum ſermonem, & ex illo, in latinam Zieg rus linguam tranſtulit. Illi ſubiicitur Excerptum Jo. Trithemio de Scriptor. eccleſ.; ex Paulli Aem Libro I. *de rebus geſtis* Francorum; e Volaterr L. XI. & e Donati Boſſi *chronicis ad annum* 1375. viſit JOANNES BOCCATIVS de Certaldo hoc o ſuum, in quo virorum in ſumma dignitate conſti torum, & aliorum illuſtrium hominum, virtutes vitia, quibus prae aliis mortalibus eminuerunt, variam, quam experti fuere fortunam, ex omni ſtoria excerpſit, in VIIII. libros, & Machinardo clara Caualcantium familia, conſecrauit. Quo te pore omnium prima in lucem exierit editio, non c ſtat. P. Baile in *Dictionaire hiſtorique & critique* T p. 576. not. H. de editione loquitur, quae *Par*

c

cura Jo. Thierri, bellouacenſis, in fol. in lucem exierit, an vero illa, editione *auguſtana*, ſit antiquior, ſe ignorare fatetur. Editionem *pariſienſem apud Jo. Gormontium* in fol. excuſam, memorat Thom. Pope-Blount in *Cenſura celebrium auctorum* p. 439. edit. *geneuenſis* 1694. in 4. In *Catalogo Bibliothecae* Hulſianae T. I. p. 286. occurrit IO. BOCCACCII *liber de Caſibus viror. illuſtrium, Editio perantiqua, ſine dubio prima, carente anno & loco Impr.* Liber tanti praeteritis temporibus aeſtimatus fuit, vt in omnes fere linguas vſitatiores translatus fuerit. Verſionum titulos & editiones adtulit Niceron Tom. XXXIII. p. 38 ſqq. Idem Hier. Zieglerus librum in vernaculum tranſtulit ſermonem, & edidit figuris, ligno inciſis, ornatum, *Auguſt. Vindelicor.* 1545. in fol.

Scriptores, qui IOANNIS BOCCATII vitam litteris conſignarunt, iam enumerauimus in *Analectis* p. 134. Iis autem adcenſeri merentur Filippo Villani & Giuſeppe Betuſſi *Vita del* BOCCACCIO, quarum altera praemittitur *Decamerone del* BOCCACCIO, *in Londra* 1727. in 8, altera libro del BOCCACCIO, *delle Donne illuſtri, in Vineggia* 1558. in 8. Conf. Papir. Maſſoni *Elogior.* P. II. *Paris* 1656. in 8. p. 185 ſq.

Editorem Hieron. Zieglerum poeſeos poſtea profeſſorem in academia ingolſtadienſi, factum fuiſſe, nos docet *Lexicon eruditorum* Tom. IIII. col. 2200.

CLXIII.

Antiquae Tabulae Marmoreae Solis effigie, Symbolisque exculptae accurata Explicatio. Quae priſcae quaedam Mythologiae ac nonnulla praeter ea vetera monumenta, Marmorum gemmarum nomiſmatum illuſtrantur. Auctore HIER. ALEANDRO *Iuniore*. Acceſſit non abſimilis argumenti

expoſitio ſigillorum zonae veterem ſtatuam m moream cingentis. *Romae, Ex Typographia B tholomaei Zannetti MDCXVI.* (1616) *Superior permiſſu.* in 4. pp. 98. ſi indicem rerum & verl rum exceperis.

Integrum exhibemus libri titulum, quem admod rarum eſſe, nos docuit Cl. Dauid Clement in *Bib theque hiſtorique & critique* Tom. I. p. 165. not. Iſtam deſcriptionem, antiquae tabulae, ex albo m more, magnitudinis pedum ſesquitrium ex vnoq que latere, quae Romae olim exſtitit, in aedil Hasdrubalis Matthaei, Marchionis Jouii, dica HIER. ALEANDER, Odoardo Farneſio R. E. C dinali ampliſſimo. In tabula heliaca, quam aere primendam curauit, conſpicitur Solis caput, ra circumdatum, e cuius humeris arcus & pharetra p minent. Sub capite effićta eſt lyra, poculo ſ magno, anſato, & hedera cincto impoſita. In dex & laeua monumenti parte adpoſita ſunt Herculis Mercurii inſignia, binae nimirum clauae, ſuperadd leonis pelle, & totidem caducei, qui cum clauis pidum cumulis innituntur. Dextram vero & ſiniſtr clauam, coniungit ex implexis frondibus, florib pomis, frugumque ſpicis, in ſeſe pendens iugam tum lemniſcatum, quod Vitruuius L. IIII. Cap. I. p. edit. Jo. de Laet, *Amſterd.* 1649. in fol. *encarp* nominat, Hetruſci autem *ghirlanda* ſ. *feſtone* adp lare ſolent. Alterum monumentum vetuſtatis, qu ALEANDER deſcribit, ſtatuae zona eſt, quae capi brachiis, & cruribus truncata, Romae, eruta, ap Paullum Gualdum, Archipresbyterum patauinum, quem etiam ALEANDER ſuam expoſitionem p ſcripſit, adſeruabatur. Zonam autem, in qua prae duodecim Zodiaci ſigna, Proſerpinae raptus, Ce mater, filiam lampadibus inſtructa quaerens, H cules, qui Plutonis quadrigam praecedit, Jupiter bil

bibus inſidens, duaeque Cereris comites, quae Plutonis quadrigam ſequuntur, conſpicitur, ALEANDER, *ſolaris virtutis, terrenaeque foecunditatis, ac ſpei oriturarum frugum,* eſſe *ſymbolum* exiſtimat. Haec omnia, eodem titulo, ſi verba addideris: *Editio II. ab eodem* (ſcil. ALEANDRO) *aucta & recognita Lutetiae Pariſiorum, Ex officina Niuelliana, ſumptibus Sebaſtiani Cramoyſi, via Iacobaea, ſub Ciconiis* 1617. *Cum priuilegio Regis* in 4. pp. 136. ſi praemiſſa & indicem 8. folior. non numeraueris, denuo edita fuere. Inſerta quoque conſpiciuntur Jo. Georgii Graeuii *Theſauro Antiquitat.* romanar. Tom. V. col. 701-762. Vtrumque monumentum etiam aere exprimendum curauit & deſcripſit Dom Bernardus de Montfaucon, in *Antiquité expliquée*, & quidem ſtatuae zonam T. I. P. I. *Paris.* 1722. in fol. Tab. XLI. ad pag. 82. tabulam heliacam in *Supplement au livre de l'antiquité expliquée* Tom. I. *Paris* 1724. Tab. XXXII. ad pag. 84.

Diem obiit ſupremum HIERONYM. ALEANDER iunior, foroiulienſis, Jureconſultus ſuae aetatis non incelebris, & Franciſci R. E. Cardinalis Barberini Secretarius, anno 1631. cum morbum *e frequentibus concoenationibus compotationibusque, cum amicis & contubernalibus aliquot ſuis*, vt Janus Nicius Erythraeus in *Pinacotheca* I. p. 47. ſcribit, ſibi contraxiſſet. Mortuus elatus eſt, Academicorum Humoriſtarum humeris, atque in ea academia Franciſci Barberini opera ſumtuque, ampliſſimo funere cohoneſtatus fuit. Panegyricum in illius funere, eiusdem Cardinalis iuſſu pronunciauit Gaſpar de Simeonibus; qui poſtea hoc titulo editus fuit: *In morte di* GIROLAMO ALEANDRO *oratione di* Gaſparo de Simeonibus, *detta in* Roma *nell' Academia degli Humoriſti à 21. di Decembre 1631. in Parigi* 1636. in 8. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XXIIII. p. 270 ſqq. Leonis Allatii *apes vrbanae, Rom.* 1633. in 8. p. 122. P. Baile *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. I. p. 153.

CLXIIII.

CLXIIII.

De Romanorum Gentibus & Familiis Scripto
Duo Praeſtantiſſimi. ANTONIVS AVGVS'
NVS Et FVLVIVS VRSINVS C. R. Cum vtil
neceſſaria Nobiliſſimi cuiusdam viri Praefatio
Lugduni, apud Franciſcum Fabrum M. D. XC
(1592) in 4. pp. 156. ſi titulum & praefation
4. pp. non numeraueris.

Libri hic titulus integer eſt, quem a raritate
dat Cl. Dauid Clement Tom. II. de la *Biblioth*
hiſtorique & critique p. 260. Quis *vir* ille fuerit
biliſſimus, qui praefationem libro anteire iuſſit, di
non poſſumus. Liber prodierat *Romae apud Tra*
zinum, 1577. in fol. hoc titulo inſignitus: *Fam*
Romanae, *quae reperiuntur in antiquis numiſmati*
ab vrbe condita, ad tempora diui Augusti, *ex Bi*
theca FVLVII VRSINI, *adiunctis familiis XXX*
libro ANTONII AVGVSTINI, *cum figuris*.
Dauid Clement *Bibliotheque* l. c. p. 259. & ſcript
ibidem not. 74. citat. Editio *romana* hoc pra
puum habet, quod FVLVII VRSINI integer, in
exhibeatur liber, in *lugdunenſi* vero Catalogus n
& recenſus familiarum romanarum, ex maiore o
excerptus, adſcriptis omnibus veteribus inſcrip
nibus, ab VRSINO prolatis, inueniatur. Opus F
VII VRSINI, poſtea integrum in lucem denuo en
acceſſionibus & *commentariis* auctum Carolus Pat
Pariſ. 1663. in fol. Inſertum etiam cum ANTO
AVGVSTINI libro exſtat Tom. VII. *Theſauri An*
rom. Jo. Georg. Graeuii col. 1143 ſqq. Om
autem optime hoc argumentum pertractauit re
tioribus temporibus Jo. Foy Vaillant, in *Numi*
tiquis Familiarum romanarum, *perpetuis interpret*
nibus illuſtratis, *Amſtelod.* 1703. II. Tom. in
Conf. Niceron *Memoires* Tom. VIIII. p. 69. T
XXIIII. p. 345 ſqq. Tom. II. p. 217. T. III. p. 29
Vid. & Scriptores a Dauid. Clement. not. 75. ci

CI

CLXV.

ANTONII AVGVSTINI, *Archiepiſcopi Tarraconenſis*, de Legibus & Senatusconſultis liber. Cum notis Fuluii Vrſini, multo quam antea emendatius, additis etiam locorum quorundam notis. Cum duobus indicibus locupletiſſimis: *Lugduni, apud Franciſcum Fabrum MDXCII.* (1592) in 4. pp. 272. exceptis praemiſſis & indicibus folior. 8.

Et hic ANTONII AVGVSTINI liber, vt omnia fere, quae conſcripſit Opera, raro hodie, etiamſi plures illius exſtant editiones, occurrit. Prima omnium prodiit editio *Romae, apud Dominicum Baſa* 1583. in 4. Illam excepit editio *pariſienſis, apud Joannem Richerium* 1584. in fol. de cuius inſigni raritate vid. Dauid. Clement *Bibliotheque hiſtorique & critique* Tom. II. p. 252. vbi recentiores quoque editiones not. 65. memorantur. Conf. Niceron Tom. VIIII. p. 70. Jo. Georg. Graeuius librum inſeruit Tom. II. *Theſauri Antiquitat.* romanar. col. 1142 ſqq. Fuluii Vrſini *notae, ad leges & SCta, quae in veteribus cum lapidum aeriſque, tum ſcriptorum monumentis, reperiuntur*, exſtant in editionis, quam adtulimus, fine p. 230-272.

CLXVI.

Opuſculum perutile de cognitione animae & eius potentiis AVGVSTINI *de Anehona*, cum quadam Queſtione PROSPERI *de Regio*, in 4. folior. 52.

E Philipi Elſſii tantummodo *encomiaſtico* auguſtiniano, *Bruxell.* 1654. in fol. p. 102. hic liber, eiusque editio, Jo. Alb. Fabricio L. I. *Biblioth. med. & infim. Latinit.* p. 404. innotuit. Inſcripſit illam Auguſtinus de

de Placentia, Fratrum Heremitarum, diui Augu
Lector, nomine magiſtri Gratiani, fulginatis, (
dem Ordinis Prioris generalis. Inuenerat illius
dicem in bibliotheca placentina obſitum puluere
rieque exeſum, illumque caſtigandum & eliminan
tradidit, M. Joanni de Ripis. In ſecunda tituli
gina tales leguntur verſiculi:

Baptiſtae Philaretae *ad Lectorem*
Hunc eme: qui flagras animam cognoſcere lecto
Hoc animam: hoc eius nobile poſſe ſcies
Hic eſt AVGVSTINVS *ſacri* Anchona *magiſtr*
Eloquii tellus, quem tulit eximium.
Doctius hoc nullus logicos nudauit elenchos
Hinc tenuit quicquid cuncta Sophia tenet
Sed quid opus verbis: opere hoc teſtatur eme ergo
Hunc: quoniam lecto doctus abibis ab hoc.
Queſtio REGINI *nec non praeclara magiſtri*
PROSPERI *in hoc lector dulcis habetur: eme*
Haec latebris educta placentinate *relucent*
Nunc Auguſtino, *Lector Amice Vale.*

AVGVSTINI tractatus in quatuor diſpeſcitur
tes, in quarum prima, quae XII. habet capita, *d*
minatur modus cognitionis & apprehenſionis, omn
potentiarum ſenſitiuarum, & ſufficientia ipſarum.
ſecunda parte, quae capita IIX. continet, *manif*
tur modus cognoſcendi, & intelligendi potentiae
tellectiuae. In tertia parte, quae Capita VI. com
ctitur, *declaratur diuerſitas actus intelligendi & p*
dicandi ipſius intellectus, & quomodo circa primas &
cundas intentiones negociari habet. In quarta p
capitibus IIII. oſtenditur *diuerſitas ſcientiarum & ſ*
cientia earundem. Illi parti ſubiicitur, *Queſtio*
titulus praefert, *digniſſima & perutiliſſima, de ſen*
interioribus reuerendi & eximii Doctoris mag
PROSPERI de Regio ex ordine fratrum heremita
ſancti Auguſtini, eiuſdemque ordinis generalis m
tiſſimi, *excerpta & ſumpta ex queſtionibus, ab eo*
riiius *diſputatis, ſupra prologo primi magiſtri ſen*
tia

tiarum. In illius calce haec legimus verba: *Per digniſſimum opuſculum de cognitione anime: eiusque potentiis Clariſſimi Viri: ſummi philoſophi: ac ſacratiſſime Theologie perſpicui Doctoris* AVGVSTINI Anchonitani: *quod Opus ab eo in primo libro ſue expoſitionis in Metaphyſicam: Capite vndecimo adducitur; Floruit Anno ſalutis M. CC. XXI. Finit Foeliciter. Et cum eo Queſtio quedam doctiſſimi Viri* PROSPERI Reginenſis Aurelio Auguſtino *dicati Generalis digniſſimi: Opere vero: maximoque labore: & diligenti cura caſtigatum: impenſis* Joannis Ripani *Theologi* Agripiceni *eidem* Auguſtino *dicati. Et accuratiſſime reuiſum per Excellentiſſimum artium: & medicine doctorem* Alexandrum Achilinum Bonon. *Ex arte: & officina* Joannis Jacobi de Benedictis *Ciuis* Bononienſis: Jo. Benti. II. *rempu. gubernante. Anno ſalutis M. D. III.* (1503) *Die vltima Maii* Bononiae. Omnis liber, ſi duo priora folia exceperis, litteris gothicis exſcriptus.

De AVGVSTINO TRIVMPHO, anconitano, eiusque ſcriptis, vid. praeter ſcriptores, a nobis iam in *Analectis litterariis de libr. rarior.* p. 26. citatos, Guil. Caue *Hiſtor. litterar. Scriptor. eccleſiaſticor.* p. 748. Caſimir. Oudini *Commentar. de Scriptor. & ſcriptis eccleſiaſt.* Tom. III. col. 599 ſqq. qui cum Antonio Poſſeuino in *Apparat. ſacr.* Tom. I. p. 149. librum AVGVSTINI TRIVMPHI, a nobis deſcriptum, inter inedita illius ſcripta retulerunt, vnde inſignem illius colligimus raritatem.

De PROSPERO reginenſi, prouinciae Romandiolae alumno, Theologiae Doctore pariſino, in comitiis generalibus ariminenſibus, ſtudentium examinatore; vid. Phil. Elſſius in *encomiaſtico* auguſtiniano p. 596. Chriſt. Schoettgenius in *continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & infim. Latinit.* L. XVI. p. 49. vbi eius *quaeſtio de ſenſibus interioribus*, etiam *Caeſenae* 1626. edita dicitur.

CLXVII.

CLXVII.

Commentariorum CAESARIS Elenchus. De bello Gallico libri IIX. De bello ciuili Po
peiano libri III. de bello Alexandrino liber I. De
bello Africano liber I. de bello Hiſpanienſi libe
Ad haec. Pictura totius Galliae, diuiſae in pai
tres, ſecundum C. CAESARIS Commentari
Nomina locorum, vrbiumque, & populorum G
liae, vt olim dicebantur latine, & nunc dicun
gallice, ſecundum ordinem alphabeti. Pict
pontis, in Rheno, item Auarici, Alexiae, Vxel
duni, Maſſiliae. Atque haec omnia ex D. H
rici Glareani Poetae laureati caſtigatione, & ſcl
liis eiusdem. *Friburgi Brisgoiae* in 8. pp. 549.
ceptis praemiſſis folior. 20. & Marliani ind
pp. 69.

In C. IVLII CAESARIS *Clariſſimi Rom. Im
ratoris* Commentarios de bello gallico ac ci
HENRICI GLAREANI *poetae Laureati* Annc
tiones. *Cautum eſt regiae Maieſtatis aedicto,
quisquam alius haſce* HENRICI GLAREANI *an
tationes in* CAESAREM *intra VI. annos, aut
primat, aut alibi impreſſas in Rom. imperii fines v
dendas importet. Friburgi Brisgoiae* pp. 114. exce
praefat. indice & erratos. catalogo fol. 7.

Prima, niſi fallimur, editio eſt, quae cum GL
REANI *adnotationibus* in lucem exiit. Nam a
quiorem neque apud Fabricium, neque apud ali
quempiam inuenimus. Impreſſa eſt, vt in fine *c
mentariorum* CAESARIS, *indicis* Marliani, &
notationum GLAREANI memoratur, *per* Joanr
Fabrum Emmelium, Juliacen. *M.D.XXXVIII.* (15

Jo. Alb. Fabricius in *Bibliotheca lat.* L. I. Cap. X. p. 166. *Annotationum* GLAREANI, quae ſingularem praefixum habent titulum, mentionem quidem fecit, ſed CAESAREM ipſum eodem anno prodiiſſe, incognitum illi fuiſſe videtur. Praeter ea, quae in titulo memorantur, praemiſſa conſpiciuntur 1) Aldi *praefatio ad Lectorem*, ex editione *veneta* 1513. in 8. 2) *varia diuerſorum codicum lectio, & errata, quae in octo libris de bello* gallico *fefellerunt, poſt vero relecto exemplari per* Antonium Krummenſtoll, Nuithonem, & Carolum a Wâhingen Atheſinum, *optimae indolis & ſummi iudicii adoleſcentes, deprehenſa ac emendata fuerunt.* 3) Joannis Jocundi veronenſis *epiſtola ad* Julianum Medicen & 4) Joannis Emmei, iuliacenſis, *typographi, ad lectorem praefatiuncula*, in qua GLAREANI compatris & amici ſingularis hortatu & admonitione, ſe adductum fuiſſe ſcribit, vt omnium nominum in CAESARIS *commentariis* oppidorum ciuitatumque *indicem* adiiceret, quia Marliani *catalogus* multa falſa, multa ſuſpecta habeat, in populorum totius Galliae nomenclatura, ita vt lector ei neutiquam tuto confidere queat. Relegit igitur typographus ipſe totum codicem *commentariorum belli* gallici, non contentus, ſemel atque iterum, nominis admonuiſſe lectorem, ſed quotiescunque CAESAR ciuitatem aliquam nominat, eam breuiſſimis numeris peruotauit, vt ex variorum locorum comparatione lector itinera, ſitum, longitudinem, fines, breuiter omnia, quae apud hunc auctorem ſunt, ſcire poſſit. Iſte *index* quinque paginis abſoluitur. In fine editionis reperitur *index eorum, quae in commentariis* C. JVLII CAESARIS *habentur per ordinem alphabeti*, per Raimundum Marlianum, *hominem ſui temporis erudititiſſimum. In quo diligenter quidem, ſed curſim recognito, quaedam emendata ſunt, quaedam vel demta, vel mutata, multa addita vsque ad haec tempora. Adnotationes* ſuas HENRICVS GLAREANVS, inſcripſit nominibus Guidonis atque Proſperi, generoſorum Baro-

num a Gebennis, *epiſtola*, *Calend. April.* Friburgi B goiae anno 1538. ſcripta, in qua earum reddit ra nem, & Aeneae Syluii, aliorumque errores, quos veteri geographia admiſerunt, perſtringit. *Epiſt* excipit *index* eorum, quae in *adnotationibus* e cleata deprehenduntur. Adiectae poſtea fuerunt *notationes* multis CAESARIS editionibus, & vt Alb. Fabricius l. cit. teſtatur, ſeorſum *Lugduni* 1 in 8. recuſae prodierunt.

Natus fuit HENRICVS LORITVS, *vir*, vt il Gerard. Jo. Voſſius nominat, *vndequaque doctiſſi* Glaronae in pago Heluetiorum, anno 1488. Cog men GLAREANI, illi inditum fuiſſe dicitur, a tria domo, quae *zum Steinacker* (*glarea*) adpell tur. Cum in coronatione Maximiliani I. Imperat in conſeſſu omnium fere Germaniae principum, *men* pronunciaret *panegyricum*, annulo ab Impera donatus, & laurea poetica, coronatus fuit. Baſi primum in profeſſorum philoſophiae numerum a ctus fuit, cum vero religionis ibidem fieret imm tio, anno 1529. Friburgum conceſſit, & hiſtori atque poeticam profeſſionem obtinuit. Domus *optimarum artium officina* dicta fuit, e qua, omnem fere Germaniam, viri doctiſſimi, diſc eius, prodierunt. Feſtiuum eius ingenium c eluxit tempore, cuius rei luculenta adlata fue ſpecimina, a Melchior. Adami, in *vitis* germ *philoſophor.* p. 110 ſqq. a Jo. Burc. Menckenio Declamat. I. *de charlataneria eruditorum* p. 94 edit. *Amſtelod.* (Lipſiae) vt titulus mentitur, e gatae, 1747. in 8. & Declam. II. p. 154. Magni aeſtimauit ob ſingularem in omni ſcientiarum ge eruditionem, Eraſmus roterodamus, qui in *ep* illum paſſim egregiis condecorauit elogiis. v. g. ep. V. ad Stephan. Poucherium col. 16 ſqq. edit *dinenſ.* 1642. in fol. L. XIIX. Ep. XXXV. ad Vrb Regium col. 800. L. XX. Epiſt. XXXIIX. ad Co Heresbachium col. 1000. L. XXI. Ep. XVII. ad

W

Watteruil col. 1068. L. XXIIII. ep. XXII. ad Bernardum Epiſcopum Cardinalem tridentinum col. 1323. Fatis conceſſit Brisgoiae anno 1563. aetatis anno LXXV. Conf. de illo, & ſcriptis eius Joſ. Simleri *Bibliothec.* p. 277. Thomae Pope-Blount *Cenſura celebrium auctorum* p. 584 ſqq. Gerard. Jo. Voſſius L. III. *de natura artium & ſcientiarum* p. 93. 148. 204. edit. *Amſtelod.* 1696. in fol.

CLXIIX.

C. JVLII CAESARIS Commentarii, Nouis Emendationibus illuſtrati. Eiusdem Librorum, qui deſiderantur, fragmenta. Ex Bibliotheca Fuluii Vrſini Romani. Quae praeterea in hoc libro contineantur, ſequens pagina indicabit. *Antuerpiae ex officina Chriſtoph. Plantini MDLXX.* (1570) in 8. exceptis praemiſſis, & iis quae adiiciuntur pp. 59.

Librorum editiones, quae ex *officina plantiniana* prodiere, in librorum rariorum venire cenſum iam prater alios adnotauit Cl. Dauid Clement in praefatione Tom. I. de la *Bibliotheque hiſtorique & critique* p. XI. not. V. Litteris italicis, quas currentes vocant, haec exſcripta eſt. Primo loco occurrit Fuluii Vrſini *epiſtola*, ad Fabium Farneſium equitem hieroſolymitanum, Romae XII. Kal. Jun. 1569. ſcripta. Refert, praeter Antonium Auguſtinum, Epiſcopum ilerdenſem, neminem eſſe, qui librorum CAESARIS amiſſorum *fragmenta* collegerit; cum autem codicem ante ſexcentos fere annos ſcriptum inuenerit, operae pretium ſe facturum arbitatum eſſe, ſi quas ex optimo libro correctiones eruiſſet, adiunctis Octauii Pantagathi, & Gabriel. Faerni *emendationibus*, cum iis, quae collegiſſet, CAESARIS ſcriptorum *fragmentis*,

in lucem ederet. Sequitur Paulli Manutii *epiſt* ad Paullum Rhamnuſium, Joan. Baptiſtae filium, *hiſtoriae laudibus*, quam Jo. Michael. Bruti *epiſt* ad illuſtriſſimam aetheriorum academiam, qua illi C SAREM, *ſcholiis* ſuis *illuſtratum, Venet.* 1564. ir editum, conſecrat. Illi ſubiuncta ſunt *nomina locor vrbium, populorum*, Galliae *&* Hiſpaniae, *quae commentariis* CAESARIS *occurrunt, quo nomine, olim* latine, *& nunc dicuntur* gallice *&* hiſpanice, *ordinem litterarum.* Figurae vrbium, & delineat nes geographicae, Hiſpaniae, & Galliae, a Joanne cundo, veronenſi deſcriptae, heic vero ligno inciſ in multis etiam aliis CAESARIS editionibus re riuntur. *Epiſtolarum, Orationum*, Anticatonis, *brorum de Analogia, apophthegmatum*, aliorumc librorum, qui CAESARI tribuuntur, *fragmenta* Fuluio Vrſino collecta, cum eius *emendationibus* C. IVL. CAESAREM pag. 1-79. reperiuntur. fine, editioni adiiciuntur a) *Veterum* Galliae *locor populorum, vrbium, montium atque fluuiorum alp betica deſcriptio, eorum maxime, quae apud* CAES REM *in commentariis ſunt; & apud* Cornelium T citum *auctore* Raymundo Marliano. b) *libellus* *riarum lectionum*, quae e codice carrarienſi, editic *Gryphii lugdunenſi* poſteriore 1546. in 12. *florent apud Juntas* 1512. ſiue 1514. *pariſienſi Roberti S phani* 1544. & *Vaſcoſani* 1543. a Joanne Mich Bruto excerptae fuerunt. Repetitam fuiſſe edit nem *Antuerp.* 1574. cognoſcimus, e catalogo edit num, quibus vſus fuit Franciſcus Oudendorpius, c IVLIVM CAESAREM, cum integris notis Dion Voſſii, Joan. Dauiſii & Samuel. Clarkii *Lugdun. B & Roterodam.* 1737. in 4. formae maior. ede Illi tamen editio, quam deſcripſimus, prima mi nota fuiſſe videtur.

CLXVII

CLXVIIII.

THEODORICI GRESEMVNDI *iunioris Moguntini* iucundiſſimus in ſeptem artium liberalium defenſionem Dialogus

Ad Lectorem.

Candida quiſque voles modo voluere ſcripta libelli
 Arti quam faueat docta Talia dedit.
Sic teneram GRESMVNDI nunc venerare Mineruam
 Perdocte potuit verba latina loqui
At Lachaſis vix fila octo bis tendit in annos
 Recte ſi memini cum hec documenta dedit.
Si grauior tandem ſtudiorum venerit etas
 Arbitror vt cedat itala turba viro.
Non dubito fructus naſcetur floribus illis
 Grandius hoc quiſquam voluere mente poteſt.
Ergo male eſt ſcriptum Germania barbara tellus
 Reddidit hec tales cum bene culta viros.

in 4. folior. 20.

Omnia THEODORICI GRESEMVNDI, iunioris, opuſcula, noſtra aetate, rariora ſunt, inter quae hoc facile principem obtinet locum. Multi quidem viri docti illius fecerunt mentionem, ſed eiusmodi verbis, vt fere adpareat, quod illis libellum oculis ſpectare non licuerit. Joſias Simlerus in *Bibliotheca* pag. 647. TH. GRESEMVNDVM, Hieronymi tantummodo Gebuileri teſtimonio, *laudes philoſophiae & liberalium artium, luculentiſſimis dialogis* complexum eſſe, adfirmat. Vt reliquos taceamus, Jacobus Burckhardus, in *Commentario*, *de linguae latinae in* Germania *fatis* Tom. II. Cap. IIII. p. 393. fide tantummodo Joannis Trithemii *de Scriptor. eccleſ.* cap.

DCCCXXXII. p. 199. retulit, THEODORICI GR
SEMVNDI *librum* exſtare *inſignem, de ſeptem arti*
liberalibus. Inter praecocia ingenia TH. GRES
MVNDO locum eſſe adſignandum, etiamſi Adriaı
Baillet, Jo. Chriſtoph. Wolfius, Jo. Henric. von S
len, Joannes Klefekerus, aliique eum, in *Catalogi*
Bibliothecis, quas conſcripſerunt, *eruditorum prae*
cium, omiſerint, iam obſeruauit Jacobus Bur
hardus l. cit. Hunc enim libellum compoſuit,
verſiculi, in titulo conſpicui, teſtantur, iuuenis X
annorum, & quidem, vt ipſe, in *epiſtola* dedicato
ad Jo. de Trittenheym, *Abbatem* ſpanhemenſe
praeceptorem ac dominum ſuum praecipue obſeru
dum, ſcribit, eo tempore, quo contagioſa Mogunt
peſtilentiae lues obrepere graſſarique coepiſſet. Tu
enim fuga ſibi conſulendum ratus, donec aëris h
intemperies deferbuiſſet, ad diuae Mariae valle
quae vulgo Mergenthal adpellatur, ſe contulit, ibi
paulliſper operam, a grauioribus diſciplinis remi
& hunc *dialogum* compoſuit. Scripta eſt *epiſtola*
dicatoria Moguntiae *Kalend. Januar. anno Sal.* 14
quo anno prima editio per *Petrum Friedberg* in
teſte Michaele Maittaire Tom. I. *Annal. typogra*
p. 583. & Cornel. a Beughem in *incunabulis Typog*
phiae p. 68. excuſa fuit. Secunda ni fallimur eſt e
tio, quae ab eodem Mich. Maittaire l. cit. pag. 6
Dauentriae 1497. in 4. impreſſa dicitur. Illam, q
ad manus eſt, tertiam eſſe cenſemus. Litterarum c
ractere exſcripta eſt gothico, cuius in fine haec
guntur verba: *Impreſſum* Liptzk *per* Jacobum Th
ner Herbipolenſem, *Anno ſalutis noſtre* 1501. N
que Michael Maittaire, neque Jo. Henricus Leichi
nec Chriſtianus Schoettgenius, qui in *continuat.*
bliothec. Fabric. *med. & infim. Latinit.* Lib. XVI
p. 636. reliquas adtulit editiones, illius notitiam
buiſſe videntur. Repetita fuit teſte Elia Ebinge
in *Catalog. Biblioth.* auguſtanae, & Joan. Henric. L
chio in *Annal. typogr.* lipſienſ. p. 84. Chriſt. Schoe
ge

genio l. cit. *Lipſiae* 1505. in 4. In noſtra editione *epiſtolam* dedicatoriam antecedit THEOD. GRESEMVNDI *carmen* elegiacum, *ad librum ſuum*, diſtichor. 15. Fingit GRESEMVNDVS in libello ipſo, ſe per ſomnium duos vidiſſe viros, Chirona & Ariſtobulum, quorum hic artes liberales impugnauerit, ille earum in ſe ſuſceperit defenſionem, vterque vero illum rogauerit, vt arbitrio ſuo controuerſiam componeret. Diſceptant igitur Cap. I. Chiron & Ariſtobulus *de grammatica*, II. *de logica*, III. *de rhetorica*, IIII. *de Aſtronomia*, V. *de Muſica*, VI. *de arithmetica*, & VII. tandem & vltimo *de geometria*. Compoſito inter Chirona & Ariſtobulum certamine, ſeptem liberales artes, ſub ſpecie *clariſſimarum virginum* in conſpectum veniunt, & GRESEMVNDVM rogant, vt ſententiam ſuam, de hac controuerſia, exponat, earumque tueatur honorem. His precibus permotus GRESEMVNDVS, ſuam pronunciat ſententiam, cuiusque artis liberalis, paucis verbis, repetit vtilitatem, & Chironi victoriam eſſe deferendam, decernit. Quae cum dixiſſet, gratias illi maximas agunt virgines, & cum Chirone & Ariſtobulo euaneſcunt.

Elogium THEODORICI GRESEMVNDI, iunioris, conſcripſit, illumque aetatis anno XL. ex paſſionibus vuulae ſuffocatum eſſe, memorauit Hieronymus Gebuilerus. Reperitur hoc elogium, editioni *carminis*, quod GRESEMVNDVS *de violata*, *ab impio nebulone* Schelkropf, *ſacra cruce*, conſcripſit, praemiſſum, quam Hieronym. Gebuilerus *Argentorati* 1514. in 4. curauerat. Excerptum ex illo dedit Joſias Simlerus l. cit. Integrum inſeruit Georg. Chriſtian. Joannis *Scriptoribus hiſtoriae* moguntin. Tomo nouo *Francof.* 1727. in fol. pag. 397 ſeqq. Euolui etiam merentur, praeter ſcriptores iam citat. Antonii Poſſeuini *Apparat. ſacer* Tom. III. p. 271. Hippolyt. Maraccii *Bibliotheca* mariana Tom. II. pag. 387. Melchior. Adami *vitae Medicorum* germanor. qui p. 3. haec de eo retulit: *Filium habuit* Theodoricus Gre-

ſemund de Meſchede, *ſibi cognominem, tanta in*
vt vix pubertatem, & XV. aetatis annum egre
multos aetatis prouectae & claros eruditione & fa
dia ſuperarit. Scripſit idem tum ad Trithemi
tum ad alios eius ſeculi viros doctos, pene infinitas
ſtolas, de diuerſis argumentis ornatiſſimas, varia
orationes, ciceronianam *facundiam redolentes:*
vt velut alter Adeodatus Auguſtini, *quondam ſuo*
genio, & ſcribendi argumentandique promtitudin
ſolertia multis fuerit admirationi & ſtupori. C
Paul. Freheri *Theatr. viror. eruditione claror.* p. 12
Hic etiam obſeruare licebit, quod Joſias Siml
THEODORICVM GRESEMVNDVM, ſpirenſem
Theodorico Gerardo gaudano diſtinxerit, huic v
THEODORICI GRESEMVNDI tribuerit ſcri
quae cauſſa eiusmodi confuſionis fuerit, alii inue
gent. Conf. Mich. Maittaire *Annal. typograph.* I.
p. 583. not. 6.

CLXX.

Tragicocomedia de iheroſolimitana profectio
Illuſtrisſimi principis pomeriani, in 4.
lior. 24.

Libellus, auctoris nomine in fronte deſtitutus,
dio & opera JOANNIS DE KITSZCHER, vtr
que iuris Doctoris, Praepoſiti colbergenſis, comp
tus fuit. Nomen adſcripſit dedicatoriae *epiſtolae*,
Inclitum & praecelſum principem Georrium (Ge
gium) Stettinenſem Pomeranie &c. *Ducem.* C
ſcripſit opuſculum, vt ipſe refert, vehementi adh
tatione permotus aliquorum celebrium virorum,
illum ex Auguſta vindelicia redeuntem, Lipſiam
peragrantem, officii gratia, adierant, cum vna o
cum illo, in litteraria palaeſtra, inſtructi eſſent.
teris impreſſum eſt gothicis ſane luculentis. Edi

nis tempus, hiſce verbis in fine conſpicuis deſignatur: *Finis Tragicocomedie profectionis* iheroſolimitane *Illuſtriſſimi Principis* Pomeranie Liptzk *per* Melchiar Lotter *impreſſe. Anno Xpr. Milleſimo quingenteſimo primo* (1501). Neque Michael Maittaire, neque eius continuator Jo. Henric. Leichius, huius libelli mentionem fecerunt. In titulo conſpicitur figura gryphi, qui inſignia ducum Pomeraniae vnguibus tenet. Capiti illius galea cum corona impoſita eſt, his adſcriptis verbis:

Faueant tibi ſidera precor.

Epiſtolam dedicatoriam, varia antecedunt, nomine *libri*, & Petri & Vincentii, rauennatis, *carmina*, *ad lectorem*, compoſita, quae partim Bogislai, Pomeraniae Ducis, cuius peregrinatio in Palaeſtinam deſcribitur, partim ipſius auctoris complectuntur elogia. Finita dedicatione, nonnulla adponuntur *carmina;* haud ſatis metro adſtricta, quae *argumentum Tragicocomoediae* complectuntur. Vnum modo adſcribimus:

Abiturus domo Staettinenſis *haerus*
Cum ſatrapis de expeditione conſulit
Qui ad vnum diſſuadent omnes
Inprimis vxor variis terretur oſtentis
Hortatur fruſtra ſecum vt maneat
Tandem littere afferuntur de eius interitu
Quas ſolertes ſenes caute ſupprimunt
Quo ad leciores berilis accipit coniunx
Que diis ſacrificans agit gracias
Nunctius vt geſta ſunt ordine omnia explicat.

Cum opuſculum, vti nos quidem ſciamus, nunquam recuſum fuit, de inſigni raritate quilibet iudicium ferre poterit. Excerptum ex illo dedit Joannes Bugenhagius Libr. III. *Pomeraniae*, quam ex Manuſcripto edidit Jac. Henr. Balthaſar, *Gryphiswald.* 1728. in 4. p. 177.

CLXXI.

Dialogus de Sacri Ro. Imperii rebus perqu
vtilis cum epithomatibus hiſtoriarum ne c
Romanarum ſed externarum fere omnium. ir
folior. 58.

Auctoris, eiusdem JOANNIS KITZSCHER men, in fronte libri, ſine typographi, loci, & indicio editi, non expreſſum eſt, legitur ta initio *epiſtolae* dedicatoriae, ad Fridericum S niae Electorem, *datae* Torgau *Anno ſal.* XII. *Kal. Jul. Dialogum*, in iſta *epiſtola* ſe pſiſſe perhibet, dum in Italiae *oris litteraria geretur palaeſtra.* In bononienſi academia ſe f Rectorem, alia teſtatur *epiſtola*, ad Philippum B aldum ſcripta, *prid. Non. Sept. anno* 1496. qua opuſculum, *nondum, triduo expleto, abſolutum* tit, *vt* id *deterſis mendis, politiori lima exa* Epiſtolae ſubiecta eſt Philippi Beroaldi *reſponſio*, opuſculum ſummis effertur laudibus. Fingit auc ſe per ſomnium, duce Comite Pico Mirandulano, mortuo, ad inferorum ſedes deſcendiſſe, & quos viderit, veteris & recentioris aeui heroas refert, que ab iis, geſtas, in notis, ſomnio ſubiectis expor

Fuit iſte JOANNES DE KITSCHER, ſiue K SCHER, e vetere & nobili gente, quae eo ten re in Miſnia florebat, oriundus. Juris vtrius Doctor creatus, inſignis orator & poeta extitit, q ob rem a Vincentio rauennate, Petri filio, hoc gio ornatus fuit, quod inter alia, *Tragicocomoe* modo memoratae, praefixum fuit:

Laus patriae, virtutis honos, dilecte JOHANI
Salue quo nunquam charior alter erit
Tu non argento nec fuluo es deditus auro
Sed cunctis anima eſt gratior ipſa tibi
Te quoque faſtidit Veneris *damnoſa voluptas*
Quae ſolet inſanos reddere ſaepe viros

Et tibi nam pulchro mens eſt in corpore ſano
Dulce tibi nomen Miſina (Miſnia) *clara dedit*
Ingenioque vales dubias componere lites
Atque faues doctis ingenioſe viris
Canonis es princeps, ſacrarum gloria legum
Alter Fabricius, *religione* Numa.
Tu pater eloquii, germanae *gloria gentis*
Te cuncti laudant vtraque lingua colit
Aurea nunc aetas, qua natus Tullius *alter*
Lacteus & nobis Liuius *alter adeſt.*
Iuppiter *atque dedit famam ſine labe tenere*
Oblectas multos, principibusque places
Vos precor, o ſuperi, noſtrum ſeruate JOHANNEM
Qui fandi ſplendor vnicus eſtque decus
Jamque vale ac italum *memori ſub pectore conde*
Quem fore ne dubita tempus in omne tuum.

Pater autem Petrus rauennas, hoc ad eum ſcripſit epigramma, quod legitur inter varia carmina, *aureis* Petri Rauennatis *opuſculis* quae ſupra p. 28 ſqq. deſcripſimus, adiecta:

Cum ſis ingeniis nimium generoſus auorum
Tu ſuperas morum nobilitate genus
Magnum nomen habes quod toto extenditur orbe
Maius erit modo ſint tempora longa tibi
Turbaque doctorum ſeclo te nouit in iſto
Quilibet ingenii nobile laudat opus
Caeſar & ipſe tuae capitur dulcedine linguae
Eloquio mulces pectora cuncta tuo.

Georgii, Ducis Saxoniae, conſiliarius factus, a Bogislao X. Pomeraniae Duce, cum is e terra ſancta in patriam rediſſet, euocatus, eius in aulam conceſſit, & conſiliarii aulici titulo ornatus, & ab eodem duce orator Auguſtam Vindelicorum miſſus fuit, quo in itinere *Tragicocomoediam* compoſuit. Cum anno 1504. inter Bogislaum Ducem, & Stralſundam vrbem, diſſidia exorirentur grauiſſima, & conſilia, quae Duci dederat KITSCHERVS, ex voto minime cederent,

rent, ea re permotus, Pomeraniam reliquit, & i
triam ſe recepit. Ducis Saxoniae, Henrici, coı
arius factus, variis negotiis publicis interfuit. T
enim Vito Ludouico Seckendorfio L. III. *Hiſtor.*
theranismi Sect. 19. §. LXXII. Addit. III. p.
cum anno 1538. viſitatio eccleſiaſtica inſtituer
Theodorico Preuſſio, Rudolpho a Rechenberg
partibus nobilium in Miſnia, ſocius comesque d
eſt. Deinde anno 1539. in cauſſa Antonii a Sch
berg, qui a Georgio Duce, ex arce Schoenbe
aliisque praediis deturbatus fuerat, Principis, vt
moris erat, procuratorem egit, vid. Seckendorf. l
§. LXXIII. Addit. I. p. 223. Cum anno 1540.
Philippi Haſſiae Landgrafii bigamiam, cum Marg
ta de Sala, grauiſſimae agitarentur controuer.
KITSCHERVS a duce Henrico, ad Saxoniae Ele
rem, legatus miſſus fuit, vt de hoc ſcandalo a L
grafio dato, magnas apud Electorem querelas e
neret, vid. Seckendorf. l. cit. Sect. 21. §. LXXV
Addit. III. p. 279. Quo tempore KITSCHE
obierit, a ſcriptoribus iſtius temporis non rela
fuit. Genealogiam eius contexuit Gabriel Bucel
in *Stemmat.* P. IIII. p. 137. Vid. praeterea J
Micraelii pommeriſche *Chronik und Geſchichte* p.
485. Adam. Rechenberg *Schediaſm. hiſtoricum*
Nobilitate Miſniae *litterata* *Lipſ.* 1694. in 4. Sect.
§. 31. qui haec talia de illo retulit: JOHANI
DE KITSCHER Colbergenſis & altenburgenſi
ſignium cathedralium Eccleſiarum Praepoſitus & n
burgenſis *Canonicus J. V. Doctor & interpres emi*
tiſſimus, reliquarum quoque bonarum litterarum
ignarus, Philoſophus denique, Orator & Poeta &
ſtoriographus omnium peritiſſimus. Diu in Italia
diis operam dedit, ſummaque cum laude Italis *ae*
rantibus in Juris ſubtilitatibus aeque ac in reli
ſcientiis ita profecit, vt breui Juris conſultiſſimus
ſerit. Hic vtriusque Collegii bononienſis *Acade*
factus Rector, dum iſthic litteraria fungeretur di

tate, inter alia ad Philippum Beroaldum, *ſibi amiciſſimum, ſcripſit* Dialogum de Imperii rebus *diſertiſſimum. Ex* Italia *dein ad natale ſolum reuerſus, magnae eloquentiae nec minoris vtilitatis opuſcula conſcripta poſteritati reliquit: e quibus impreſſa circumferuntur hodie* Dialogus in defenſionem poetices, *in qua Muſae interloquuntur:* Dialogus, *in quo virtus ac fortuna diſſidentes decertant: Temperantia & Caſtitas interloquuntur*: Dialogus, *in quo virtus a Fortuna vinculis conſtringitur* &c. *item variae* orationes *ad Pontifices & reges varios*, Epiſtolae *etiam ad diuerſos ſcriptae. De quibus vid.* Centuria Scriptorum, qui Lipſiae, Vitembergae. & Francofurti ad Oderam, vsque ad annum 1515. floruerunt, ex edit. J. J. Maderi, Helmſtad. 1660. in 4. *num. XCII. &* Paull. Freheri Theatrum viror. eruditione claror. p. 802. *Claruit is magna nominis fama annos natus XLIIII. ſub* Maximiliano *Imperatore &* Leone X. *anno* 1514.

CLXXII.

Scanderbegus Hoc eſt Vita & res ſtrenue feliciterque geſtae, Georgii Caſtrioti, Epiri regis, ob magna facta Scanderbegi dicti, contra Turcarum immanitatem & perfidiam, quae omnia ſuis orationibus, & breui hiſtorico contextu cognoſcentur, omnibusque Chriſtianis, ad intelligendum, deteſtandum & debellandum Turcicam rabiem impiiſſimam, praeſertim hoc tempore valde inſeruiunt. *Authore Reuerendiſſ.* D. GEORGIO BARTHOLDO PONTANO, *a Braitenberg. S. Metrop. Eccl. Pragen. Praepoſito, Olomucen. & Budiſſinen. Canonico, & Protonot. Apoſt. Com. Pal. S. Caeſ. Regiaeque Maieſtatis &, Reuerendiſſ. Sereniſſ. que Archidu-*

chiducis, Maximiliani Conſiliario. Hanouiae, ı *Wechelianis apud Claudium Marnium & hered. Aubrii MDCIX.* (1609) in 8. form. maior. 293. except. epiſtola dedicator. & praefat. lior. 12.

Conſcripſerat Marinus Barletius, Sacerdos ſcoc ſis, *de vita, moribus ac rebus, praecipue aduerſus* cas, *geſtis*, Georgii Caſtrioti, libros XIII. qui vt *bliothecae* barberinae *index* Tom. I. p. 113. & *bliotheca hiſtorica* Struuio-buderiana Tom. II. p. ı teſtatur, *Romae* nullo addito anni indicio, in fol lucem prodierant, & anno 1537. *Argentorati*, Caſpar. Hedionem, denuo editi, & a Philipp. L cero, cum eiusdem Barletii *hiſtoria, de* ſcodrenſi *dione*, Tom. III. *chronic.* turcic. fol. 101-230 ferri fuerunt. Vid. Dauid. Clement *Bibliotheque* ı *rique & critique* Tom. II. p. 435 ſqq. *Analecta teraria* noſtra p. 68. Cum vterque Barletii liber, BARTHOLDI PONTANI, a Braitenberg, ae rarior factus eſſet, nouam is editionem, in vſum publ. maturandam cenſuit, vtque iuuaret lecto orationes omnes, quas Barletius operi ſuo inſp rat, praemiſſis argumentis, vt hiſtoria breuiſſime ciperetur, ordine poſuit, vt & in forma minor ad ferendum vel verſandum facili, imprimerett ſigillatim neque emtor, ſolutione magna grauar Conſecrauit, hoc maioris operis barletiani com dium Jaroslao Borzita de Martinicz, *S. C. Maieſt. ſiliario, diſtrictus* Slanenſis, *capitaneo*, &c. Lil ipſum in rarioribus eſſe collocandum teſtatur Cl vid Clement l. cit. *Catalog. Biblioth.* Kielmann T. I. p. 832. *Catalogus Biblioth.* ſalthen. p. Recenſio inuenitur in *Bibliotheca* hamburgenſi ı *rica*, Centur. II. p. 158 ſqq.

CLX

CLXXIII.

PHILIPPI CALLIMACHI EXPERIENTIS de bello Turcis inferendo, Oratio grauiſſima, ac iam temporibus conuenientiſſima. Idem eiusdem hiſtoria, de his quae a Venetis tentata ſunt, Perſis ac Tartaris contra Turcos mouendis, non ſolum verborum elegantia conſcripta ſingulari, verum etiam multis grauiſſimis conſultationibus ad id bellum conficiendum referta. *Haganoae, ex officina Seceriana, Anno M. D. XXXIII.* (1533) in 4. folior. 91.

Prima & rara eſt editio, quam curauit Nicolaus Gerbelius, & nomine Ruperti Palatini Rheni, vtriusque Bauariae Ducis &c. inſcripſit. *Orationem* PHILIPPVS CALLIMACHVS, iam anno 1486. coram Innocentio IIX. Pontifice rom. pronunciauerat, vt illum, ad ineundum, cum Rege Poloniae, contra Turcas, foedus, excitaret. Niceron in *Memoires* Tom. VI. p.207. illam hoc elogio ornauit: *Ce diſcours eſt fort beau, & tout hiſtorique. On y voit un long détail de l'Etat de l'Empire* Ottoman, *de ſes forces & de ſes conquêtes, & de tout ce que les Princes chrétiens ont fait, pour empêcher ſes progrès.* Adſeruatur in ſplendidiſſima & inſtructiſſima Bibliotheca zaluſciana Codex chartaceus elegantiſſimus, exaratus ante annos circiciter CCLX. qui ſeptem PHILIPPI CALLIMACHI, florentini *Opuſcula* autographa, Sigismundo Auguſto Regi Poloniae, a Stanislao Gorski, canonico, oblata, complectitur, inter quae num. 4. exſtat *de bello* Thurcis *inferendo ad* innocencium octauum *pontificem maximum* ianua *ortum. oracio.* vid. *ſpecimen Catalogi Codicum MS. Bibliothecae* zaluſcianae *a* Joanne Daniele Andrea Janozki *Canonico* Scarbimirienſi, *eiusdemque Bibliothecae praefecto exhibitum iuſſu & ſumtu Optimi & munificentiſſimi Principis Epiſcopi* Cracouien-

couienſis, *Ducis* Seueriae, *Tribunalis* radomie
Praeſidis A. R. S. 1752. in 4. form. maior. n
LXXXVII. p. 32. Multa in hoc codice, nondum
pis euulgata fuerunt. *Hiſtoriae de his, quae a* Ve
tis *tentata ſunt*, Perſis *ac* Tartaris *contra* Turcos
vendis, praefationem anteire iuſſit Matthias Dre
tius Regis Alberti Polon. Secretarius, ad M. An
nium Maurocenum Senatorem venetum. *Hiſtori*
ſcripſit CALLIMACHVS circa annum 1485. *Ora*
vna cum *hiſtoria*, poſtea inſerta fuit Petri Bizari
rum perſicarum *hiſtoriae*, *Francof.* 1601. in fol. p
371 ſeqq.

Ipſe PHILIPPVS CALLIMACHVS librum c
ſcripſit *de ſuis calamitatibus*, nondum typis expr
ſum, cuius codicem chartaceum ſummo nitore c
ſpicuum Reuerendiſſimus & Celſiſſimus Princeps, *A*
dreas Stanislaus Koſtka Comes Zaluſcius, Epiſco
cracouienſis, Dux Seueriae, a Sereniſſ. Principe
gio, Jacobo Sobieski, teſtamento ſibi, cum aliis be
multis codicibus egregiis, legatum obtinuit. Vid.
Dan. Andr. Janozki *ſpecimen Catalogi Codicum M.*
Bibliothecae zaluscianae p. 33. *Vita* PHILI
CALLIMACHI EXPERIENTIS praemiſſa conſpi
tur, eius *hiſtoriae de* Vladislao *rege*, *ſeu de pugna* v
nenſi *Libr. II.* quam Jo. Michael Brutus *Cracou*
1582. in 4. edidit. Jacobus Bongarſius, illam vi
deſcriptionem, cum *hiſtoria, de pugna* varnenſi, in
ruit *Scriptorib. rerum* hungaricarum *Frf.* 1600. in
p. 288 ſqq. & Joan. Georg. Schwandtnerus *Script*
rer. hungaric. Tom. I. p. 441 ſqq. Legitur quoque
ter *vitas clariſſimorum hiſtoricorum*, quae *e bibliot*
ca & recenſione Chriſt. Gottlieb Buderi, *Jen.* 17
in 8. prodiere p. 248 ſqq. Omnium vero optim
exponenda eius vita verſati fuerunt Auctores del *gi*
nale de' letterati d'Italia, Tom. XXVI. pag. 375
& Niceron in *Memoires* Tom. VI. p. 196 ſqq. C
Jo. Trithemius *de Scriptor. eccleſ.* Cap. CMXLI
p. 227. Aubert. Miraeus in *Auctar. de Scriptor.*

cleſ. Cap. DX. p. 94. Joſ. Simlerus *Bibliotheca* p. 111. & 572. Gerard. Jo. Voſſius *de hiſtoric. latin.* L. III. Cap. IIX. pag. 555 ſqq. Giulio Negri in *Storia degli Scrittori* fiorentini p. 11 ſeqq. Martin. Cromerus in *Polonia* Lib. XXX. pag. 440 ſeqq. edit. *Colon.* 1589. Octauius Ferrarius in *proluſione* VIIII. Tom. II. *Oper. varior.* p. 110 ſqq. edit. Jo. Fabricii, *Wolfenbüttel.* 1711. in 8. P. Baile in *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. I. p. 1144 ſqq. Fridericus Hannibal Stempel, in *Diſſertat. de Societate Abbreuiatorum* romana, *Jenae* 1704. in 4. pag. 11 ſqq. Jo. Alb. Fabricius in *Bibliothec. med. & infim. Latinit.* Lib. III. p. 892 ſeqq. *Bibliotheca* hamburgenſis *hiſtorica* paſſim in primis Centur. X. p. 207 ſqq. Jacobus Woit in *Diſſertat. de incrementis ſtudiorum per* Polonos *ac* Pruſſos Lipſ. 1723. §. XX. pag. 29 ſeqq. Jo. Daniel Janozki *de litterar. in* Polonia *Propagatoribus Dantiſci* 1746. in 4. §. XVII. p. 15 ſqq. vbi epitaphium eius adducitur, quod Joannes Albertus, Caſimiri Regis Pol. filius illi ponendum curauit:

Hic iacet, heu! patria procul a regione ſepultus,
Progenitus thuſco *ſanguine*, CALLIMACHVS.
Quem fatum variis aduerſum erroribus egit,
Inuictum his tandem conſtituitque locis.
Illius eſt poſtquam virtutem regia ſenſit,
Vidit florentem Sarmatis *ora virum*
Qui, memor hoſpitii, tam mitis contulit iſti
Conſiliis regno commoda multa ſuis.
Quod ſentit praeſens & poſtera ſentiet aetas:
Cuius iudicium ſanctius eſſe ſolet
Plura quoque aggreſſum, & quaedam maiora parantem
Haud opportuno tempore, mors rapuit.

Idem epitaphium legitur in Jacob. Bongarſii & Jo. Georg. Schwandtneri ll. citt. in Nicol. Reuſneri *Iconibus ſiue imaginibus viuis literis Cl. virorum ex typis* Valdkirchianis *in lucem productis* fol. H. 4. & par-

ticulam illius adtulit Paul. Freherus in *Theatro vi*
eruditione claror. p. 1432.

CLXXIIII.

Antiquitatum & Annalium Treuirenſium Li XXV. duobus Tomis comprehenſi, *Auct*
bus R. R. P. P. Soc. Jeſu. P. CHRISTOPHO BROWERO *Gelro-Arnheimienſi*, & P. JACO MASENIO, *Juliaco-Dalenſi.* Quorum ille P paraſceuen, cum libris XXII. Annalium ſcrip Hic praeter Additamenta proparaſceues & hi riae, III. reliquos Annalium libros, cum lucul tis indicibus, adiecit. Tomus I. Opus variis A tiquitatum monumentis aeri & ligno inciſis ad natum. *Leodii ex officina typographica, Jo. M thiae Houii, ad inſigne Paradiſi terreſtris* 1670. *periorum permiſſu.* in fol. pp. 626. non nume epiſtola dedicator. praefat. & indice folior. 28.

Tomus II. ibid. eod. pp. 566. except. epi la dedicator. & indice folior. 28. & indice ch nologic. Hiſtoriae treuirenſis pp. 43.

Aſteriſco, raritatis indicio, opus notatur in *Cata Biblioth.* mencken. pag. 370. CHRISTOPHO BROWERVS, Arnhemiae in Geldria anno 1559. tus, in Jeſuitarum Collegiis, colonienſi, treuirenſ fuldenſi enutritus, per triginta quidem annorum tium, huic operi inſudauerat, ſed minime tam f illi eſſe licuerat, vt eius editionem oculis ſuis c ſpicere poſſet. Prodierunt ſane *Antiquitatum & nalium* treuirenſium *Libri XXII.* cum iam de anni, ab eius morte, quam 1617. nephriticis & thriticis doloribus correptus, ſubiit, praeterlapſi eſſ

Colo

Coloniae 1626, *curante Bernh. Gualthero.* Sed inter rariſſimos libros, haec prima editio omni iure referri debet, cum exemplaria fere omnia, iuſſu Philippi Chriſtophori, Electoris treuirenſis, e proſapia Soeternorum oriundi, ſuppreſſa & e hominum conſpectu ſublata fuerunt. Vid. *Bibliotheca* hamburgenſis *hiſtoric.* Centur. III. p. 246 ſeqq. Jo. Georg. Schelhorn *Amoenitat. litterar.* Tom. II. p. 346. Inſignem igitur a doctis viris iniit gratiam, IACOBVS MASENIVS, quod nobile hoc hiſtoriae atque antiquitatum Germaniae monumentum, e ſitu & tenebris protraheret, nouisque ſupplementis augeret. Inchoantur BROWERI *Annales*, cum anno, a nato Chriſto 270. & res in Dioeceſi treuirenſi, ad annum vsque 1600. geſtas, exponunt; MASENIVS autem narrationem ad annum vsque 1652. produxit. Id potiſſimum in recentiori hiſtoria agit BROWERVS, vt Guilielmi Kyriandri, qui id ſibi datum eſſe exiſtimauerat negotium, vt in *Annalibus ſiue Commentariis, de origine & ſtatu antiquiſſimae ciuitatis* Auguſtae Treuirorum, *Coloniae* 1576. editis, ciuitatis controuerſiam, quae ipſi cum archiepiſcopo treuirenſi intercedebat, paullo vehementius defenderet, narrationes & argumenta diſcuteret & cauſſam treuirenſis archiepiſcopi contra ciuitatem ageret. Primam operis partem MASENIVS dicauit Carolo Caſpar. a Petra, Eccleſiae treuirenſis Archiepiſcopo; ſecundam Metropolitanae treuirenſis eccleſiae Praelatis & Canonicis capitularibus. Recenſio operis vid. in *Biblioth.* hamburgenſi *hiſtoric.* l. cit. in *Bibliotheca hiſtorica* Struuio-buderiana p. 993. Redegit poſtea MASENIVS ipſe hoc opus in *compendium*, atque edidit titulo: *Epitomes Annalium* treuirenſium, *Auguſtae Treuirorum* 1676. in 8. Non quidem a MASENIO, haec epitome perrara, vlterius, quam ad annum 1672. perducta fuit, ſed adiecit illi anonymus quidam, ſupplementum 12. plagularum, quo triſtia fata, quae vrbs illa, cum Archiepiſcopatu treuirenſi, per tres annos 1673-75. cum

 a Gal-

DCCCXXXII. p. 199. retulit, THEODORICI GR SEMVNDI *librum* exſtare *inſignem, de ſeptem arti liberalibus.* Inter praecocia ingenia TH. GRES MVNDO locum eſſe adſignandum, etiamſi Adrian Baillet, Jo. Chriſtoph. Wolfius, Jo. Henric. von S len, Joannes Kleſekerus, aliique eum, in *Catalogis Bibliothecis*, quas conſcripſerunt, *eruditorum prae cium*, omiſerint, iam obſeruauit Jacobus Bur hardus l. cit. Hunc enim libellum compoſuit, verſiculi, in titulo conſpicui, teſtantur, iuuenis X annorum, & quidem, vt ipſe, in *epiſtola* dedicato *ad* Jo. de Trittenheym, *Abbatem* ſpanhemenſe *praeceptorem ac dominum ſuum praecipue obſeru dum*, ſcribit, eo tempore, quo contagioſa Mogunt peſtilentiae lues obrepere graſſarique coepiſſet. Tu enim fuga ſibi conſulendum ratus, donec aëris ha intemperies deferbuiſſet, ad diuae Mariae valle quae vulgo Mergenthal adpellatur, ſe contulit, ibiq paulliſper operam, a grauioribus diſciplinis remi & hunc *dialogum* compoſuit. Scripta eſt *epiſtola* d dicatoria Moguntiae *Kalend. Januar. anno Sal.* 14 quo anno prima editio per *Petrum Friedberg* in teſte Michaële Maittaire Tom. I. *Annal. typogra* p. 583. & Cornel. a Beughem in *incunabulis Typog phiae* p. 68. excuſa fuit. Secunda ni fallimur eſt e tio, quae ab eodem Mich. Maittaire l. cit. pag. 6 *Dauentriae* 1497. in 4. impreſſa dicitur. Illam, qu ad manus eſt, tertiam eſſe cenſemus. Litterarum c raſtere exſcripta eſt gothico, cuius in fine haec l guntur verba: *Impreſſum* Liptzk *per* Jacobum Tha ner Herbipolenſem, *Anno ſalutis noſtre* 1501. N que Michael Maittaire, neque Jo. Henricus Leichi nec Chriſtianus Schoettgenius, qui in *continuat. B bliothec.* Fabric. *med. & infim. Latinit.* Lib. XVII p. 636. reliquas adtulit editiones, illius notitiam h buiſſe videntur. Repetita fuit teſte Elia Ehinge in *Catalog. Biblioth.* auguſtanae, & Joan. Henric. Le chio in *Annal. typogr.* lipſienſ. p. 84. Chriſt. Schoet

gen

genio l. cit. *Lipſiae* 1505. in 4. In noſtra editione *epiſtolam* dedicatoriam antecedit THEOD. GRESEMVNDI *carmen* elegiacum, *ad librum ſuum*, diſtichor. 15. Fingit GRESEMVNDVS in libello ipſo, ſe per ſomnium duos vidiſſe viros, Chirona & Ariſtobulum, quorum hic artes liberales impugnauerit, ille earum in ſe ſuſceperit defenſionem, vterque vero illum rogauerit, vt arbitrio ſuo controuerſiam componeret. Diſceptant igitur Cap. I. Chiron & Ariſtobulus *de grammatica*, II. *de logica*, III. *de rhetorica*, IIII. *de Aſtronomia*, V. *de Muſica*, VI. *de arithmetica*, & VII. tandem & vltimo *de geometria*. Compoſito inter Chirona & Ariſtobulum certamine, ſeptem liberales artes, ſub ſpecie *clariſſimarum virginum* in conſpectum veniunt, & GRESEMVNDVM rogant, vt ſententiam ſuam, de hac controuerſia, exponat, earumque tueatur honorem. His precibus permotus GRESEMVNDVS, ſuam pronunciat ſententiam, cuiusque artis liberalis, paucis verbis, repetit vtilitatem, & Chironi victoriam eſſe deferendam, decernit. Quae cum dixiſſet, gratias illi maximas agunt virgines, & cum Chirone & Ariſtobulo euaneſcunt.

Elogium THEODORICI GRESEMVNDI, iunioris, conſcripſit, illumque aetatis anno XL. ex paſſionibus vuulae ſuffocatum eſſe, memorauit Hieronymus Gebuilerus. Reperitur hoc elogium, editioni *carminis*, quod GRESEMVNDVS *de violata, ab impio nebulone* Schelkropf, *ſacra cruce*, conſcripſit, praemiſſum, quam Hieronym. Gebuilerus *Argentorati* 1514. in 4. curauerat. Excerptum ex illo dedit Joſias Simlerus l. cit. Integrum inſeruit Georg. Chriſtian. Joannis *Scriptoribus hiſtoriae* moguntin. Tomo nouo *Francof.* 1727. in fol. pag. 397 ſeqq. Euolui etiam merentur, praeter ſcriptores iam citat. Antonii Poſſeuini *Apparat. ſacer* Tom. III. p. 271. Hippolyt. Maraccii *Bibliotheca* mariana Tom. II. pag. 387. Melchior. Adami *vitae Medicorum* germanor. qui p. 3. haec de eo retulit: *Filium habuit* Theodoricus Greſemund

ſemund de Meſchede, *ſibi cognominem, tanta ind* *vt vix pubertatem, & XV. aetatis annum egreſ* *multos aetatis prouectae & claros eruditione & fac* *dia ſuperarit. Scripſit idem tum ad* Trithemi *tum ad alios eius ſeculi viros doctos, pene infinitas* *ſtolas, de diuerſis argumentis ornatiſſimas, varias* *orationes*, ciceronianam *facundiam redolentes: a* *vt velut alter* Adeodatus Auguſtini, *quondam ſuo* *genio, & ſcribendi argumentandique promtitudine* *ſolertia multis fuerit admirationi & ſtupori.* Co Paul. Freheri *Theatr. viror. eruditione claror.* p. 12 Hic etiam obſeruare licebit, quod Joſias Simle THEODORICVM GRESEMVNDVM, ſpirenſem Theodorico Gerardo gaudano diſtinxerit, huic v THEODORICI GRESEMVNDI tribuerit ſcrip quae cauſſa eiusmodi confuſionis fuerit, alii inue gent. Conf. Mich. Maittaire *Annal. typograph.* l. p. 583. not. 6.

CLXX.

Tragicocomedia de iheroſolimitana profectio Illuſtrisſimi principis pomeriani, in 4. lior. 24.

Libellus, auctoris nomine in fronte deſtitutus, ſ dio & opera JOANNIS DE KITSZCHER, vtri que iuris Doctoris, Praepoſiti colbergenſis, compo tus fuit. Nomen adſcripſit dedicatoriae *epiſtolae,* *Inclitum & praecelſum principem* Georrium (Ge gium) Stettinenſem Pomeranie &c. *Ducem.* Co ſcripſit opuſculum, vt ipſe refert, vehementi adh tatione permotus aliquorum celebrium virorum, illum ex Auguſta vindelicia redeuntem, Lipſiamo peragrantem, officii gratia, adierant, cum vna ol cum illo, in litteraria palaeſtra, inſtructi eſſent. L teris impreſſum eſt gothicis ſane luculentis. Edit

nis tempus, hiſce verbis in fine conſpicuis deſignatur: *Finis Tragicocomedie profectionis* iheroſolimitane *Illuſtriſſimi Principis* Pomeranie Liptzk *per* Melchiar Lotter *impreſſe*. *Anno Xpr. Milleſimo quingenteſimo primo* (1501). Neque Michael Maittaire, neque eius continuator Jo. Henric. Leichius, huius libelli mentionem fecerunt. In titulo conſpicitur figura gryphi, qui inſignia ducum Pomeraniae vnguibus tenet. Capiti illius galea cum corona impoſita eſt, his adſcriptis verbis:

Faueant tibi ſidera precor.

Epiſtolam dedicatoriam, varia antecedunt, nomine *libri*, & Petri & Vincentii, rauennatis, *carmina*, *ad lectorem*, compoſita, quae partim Bogislai, Pomeraniae Ducis, cuius peregrinatio in Palaeſtinam deſcribitur, partim ipſius auctoris complectuntur elogia. Finita dedicatione, nonnulla adponuntur *carmina;* haud ſatis metro adſtricta, quae *argumentum Tragicocomoediae* complectuntur. Vnum modo adſcribimus:

Abiturus domo Staettinenſis *herus*
Cum ſatrapis de expeditione conſulit
Qui ad vnum diſſuadent omnes
Inprimis vxor variis terretur oſtentis
Hortatur fruſtra ſecum vt maneat
Tandem littere afferuntur de eius interitu
Quas ſolertes ſenes caute ſupprimunt
Quo ad leciores herilis accipit coniunx
Que diis ſacrificans agit gracias
Nunctius vt geſta ſunt ordine omnia explicat.

Cum opuſculum, vti nos quidem ſciamus, nunquam recuſum fuit, de inſigni raritate quilibet iudicium ferre poterit. Excerptum ex illo dedit Joannes Bugenhagius Libr. III. *Pomeraniae*, quam ex Manuſcripto edidit Jac. Henr. Balthaſar, *Gryphiswald.* 1728. in 4. p. 177.

CLXXI.

CLXXI.

Dialogus de Sacri Ro. Imperii rebus perqu vtilis cum epithomatibus hiſtoriarum ne d Romanarum ſed externarum fere omnium. in folior. 58.

Auctoris, eiusdem JOANNIS KITZSCHER men, in fronte libri, ſine typographi, loci, & indicio editi, non expreſſum eſt, legitur tar initio *epiſtolae* dedicatoriae, ad Fridericum S niae Electorem, *datae* Torgau *Anno ſal.* XII. *Kal. Jul. Dialogum*, in iſta *epiſtola* ſe pſiſſe perhibet, dum in Italiae *oris litteraria geretur palaeſtra.* In bononienſi academia ſe f Rectorem, alia teſtatur *epiſtola*, ad Philippum B aldum ſcripta, *prid. Non. Sept. anno* 1496. qua opuſculum, *nondum, triduo expleto, abſolutum* tit, *vt* id *deterſis mendis, politiori lima exa* Epiſtolae ſubiecta eſt Philippi Beroaldi *reſponſio*, opuſculum ſummis effertur laudibus. Fingit au ſe per ſomnium, duce Comite Pico Mirandulano, mortuo, ad inferorum ſedes deſcendiſſe, & quo viderit, veteris & recentioris aeui heroas refert, que ab iis geſtas, in notis, ſomnio ſubiectis expo

Fuit iſte JOANNES DE KITSCHER, ſiue K SCHER, e vetere & nobili gente, quae eo ten re in Miſnia florebat, oriundus. Juris vtriu Doctor creatus, inſignis orator & poeta exſtitit, q ob rem a Vincentio rauennate, Petri filio, hoc gio ornatus fuit, quod inter alia, *Tragicocomoe* modo memoratae, praefixum fuit:

Laus patriae, virtutis honos, dilecte JOHAN
Salue quo nunquam charior alter erit
Tu non argento nec fuluo es deditus auro
Sed cunctis anima eſt gratior ipſa tibi
Te quoque faſtidit Veneris *damnoſa voluptas*
Quae ſolet inſanos reddere ſaepe viros

Et tibi nam pulchro mens eſt in corpore ſano
Dulce tibi nomen Miſina (Miſnia) *clara dedit*
Ingenioque vales dubias componere lites
Atque faues doctis ingenioſe viris
Canonis es princeps, ſacrarum gloria legum
Alter Fabricius, *religione* Numa.
Tu pater eloquii, germanae *gloria gentis*
Te cuncti laudant vtraque lingua colit
Aurea nunc aetas, qua natus Tullius *alter*
Lacteus & nobis Liuius *alter adeſt.*
Iuppiter *atque dedit famam ſine labe tenere*
Oblectas multos, principibusque places
Vos precor, o ſuperi, noſtrum ſeruate JOHANNEM
Qui fandi ſplendor vnicus eſtque decus
Jamque vale ac italum *memori ſub pectore conde*
Quem fore ne dubita tempus in omne tuum.

Pater autem Petrus rauennas, hoc ad eum ſcripſit epigramma, quod legitur inter varia carmina, *aureis* Petri Rauennatis *opuſculis* quae ſupra p. 28 ſqq. deſcripſimus, adiecta:

Cum ſis ingeniis nimium generoſus auorum
Tu ſuperas morum nobilitate genus
Magnum nomen habes quod toto extenditur orbe
Maius erit modo ſint tempora longa tibi
Turbaque doctorum ſeclo te nouit in iſto
Quilibet ingenii nobile laudat opus
Caeſar & ipſe tuae capitur dulcedine linguae
Eloquio mulces pectora cuncta tuo.

Georgii, Ducis Saxoniae, conſiliarius factus, a Bogislao X. Pomeraniae Duce, cum is e terra ſancta in patriam rediſſet, euocatus, eius in aulam conceſſit, & conſiliarii aulici titulo ornatus, & ab eodem duce orator Auguſtam Vindelicorum miſſus fuit, quo in itinere *Tragicocomoediam* compoſuit. Cum anno 1504. inter Bogislaum Ducem, & Stralſundam vrbem, diſſidia exorirentur grauiſſima, & conſilia, quae Duci dederat KITSCHERVS, ex voto minime cederent,

rent, ea re permotus, Pomeraniam reliquit, & in
triam ſe recepit. Ducis Saxoniae, Henrici, con
arius factus, variis negotiis publicis interfuit. T
enim Vito Ludouico Seckendorfio L. III. *Hiſtor.*
theranismi Sect. 19. §. LXXII. Addit. III. p. 2
cum anno 1538. viſitatio eccleſiaſtica inſtituere
Theodorico Preuſſio, Rudolpho a Rechenberg,
partibus nobilium in Miſnia, ſocius comesque d
eſt. Deinde anno 1539. in cauſſa Antonii a Scho
berg, qui a Georgio Duce, ex arce Schoenbe
aliisque praediis deturbatus fuerat, Principis, vt t
moris erat, procuratorem egit, vid. Seckendorf. l.
§. LXXIII. Addit. I. p. 223. Cum anno 1540.
Philippi Haſſiae Landgrafii bigamiam, cum Marg
ta de Sala, grauiſſimae agitarentur controuerſ
KITSCHERVS a duce Henrico, ad Saxoniae Ele
rem, legatus miſſus fuit, vt de hoc ſcandalo a La
grafio dato, magnas apud Electorem querelas ex
neret, vid. Seckendorf. l. cit. Sect. 21. §. LXXVI
Addit. III. p. 279. Quo tempore KITSCHER
obierit, a ſcriptoribus iſtius temporis non rela
fuit. Genealogiam eius contexuit Gabriel Buceli
in *Stemmat.* P. IIII. p. 137. Vid. praeterea J
Micraelii pommeriſche *Chronik und Geſchichte* p. 4
485. Adam. Rechenberg *Schediaſm. hiſtoricum*
Nobilitate Miſniae *litterata* *Lipſ.* 1694. in 4. Sect.
§. 31. qui haec talia de illo retulit: JOHANN
DE KITSCHER Colbergenſis & altenburgenſis
ſignium cathedralium Eccleſiarum Praepoſitus & n
burgenſis *Canonicus J. V. Doctor & interpres emi*
tiſſimus, reliquarum quoque bonarum litterarum
ignarus, Philoſophus denique, Orator & Poeta &
ſtoriographus omnium peritiſſimus. Diu in Italia
diis operam dedit, ſummaque cum laude Italis *a*
rantibus in Juris ſubtilitatibus aeque ac in reli
ſcientiis ita profecit, vt breui Juris conſultiſſimus
ſerit. Hic vtriusque Collegii bononienſis *Acaden*
factus Rector, dum iſthic litteraria fungeretur di

t

tate, inter alia ad Philippum Beroaldum, *ſibi amiciſſimum, ſcripſit* Dialogum de Imperii rebus *diſertiſſimum. Ex* Italia *dein ad natale ſolum reuerſus, magnae eloquentiae nec minoris vtilitatis opuſcula conſcripta poſteritati reliquit: e quibus impreſſa circumferuntur hodie* Dialogus in defenſionem poetices, *in qua Muſae interloquuntur:* Dialogus, *in quo virtus ac fortuna diſſidentes decertant: Temperantia & Caſtitas interloquuntur:* Dialogus, *in quo virtus a Fortuna vinculis conſtringitur* &c. *item variae* orationes *ad Pontifices & reges varios*, Epiſtolae *etiam ad diuerſos ſcriptae. De quibus vid.* Centuria Scriptorum, qui Lipſiae, Vitembergae. & Francofurti ad Oderam, vsque ad annum 1515. floruerunt, ex edit. J. J. Maderi, Helmſtad. 1660. in 4. *num. XCII. &* Paull. Freheri Theatrum viror. eruditione claror. p. 802. *Claruit is magna nominis fama annos natus XLIIII. ſub* Maximiliano *Imperatore &* Leone X. *anno* 1514.

CLXXII.

Scanderbegus Hoc eſt Vita & res ſtrenue feliciterque geſtae, Georgii Caſtrioti, Epiri regis, ob magna facta Scanderbegi dicti, contra Turcarum immanitatem & perfidiam, quae omnia ſuis orationibus, & breui hiſtorico contextu cognoſcentur, omnibusque Chriſtianis, ad intelligendum, deteſtandum & debellandum Turcicam rabiem impiiſſimam, praeſertim hoc tempore valde inſeruiunt. *Authore Reuerendiſſ.* D. GEORGIO BARTHOLDO PONTANO, *a Braitenberg, S. Metrop. Eccl. Pragen. Praepoſito, Olomucen. & Budiſſinen. Canonico, & Protonot. Apoſt. Com. Pal. S. Caeſ. Regiaeque Maieſtatis &, Reuerendiſſ. Sereniſſ. que Archidu-*

chiducis, *Maximiliani Conſiliario.* *Hanouiae, ty* *Wechelianis apud Claudium Marnium & hered.* *Aubrii MDCIX.* (1609) in 8. form. maior. p. 293. except. epiſtola dedicator. & praefat. lior. 12.

Conſcripſerat Marinus Barletius, Sacerdos ſcodr ſis, *de vita, moribus ac rebus, praecipue aduerſus T cas, geſtis*, Georgii Caſtrioti, libros XIII. qui vt *bliothecae* barberinae *index* Tom. I. p. 113. & *bliotheca hiſtorica* Struuio-buderiana Tom. II. p. 16 teſtatur, *Romae* nullo addito anni indicio, in fol. lucem prodierant, & anno 1537. *Argentorati*, Caſpar. Hedionem, denuo editi, & a Philipp. Lo cero, cum eiusdem Barletii *hiſtoria, de* ſcodrenſi *o dione*, Tom. III. *chronic.* turcic. fol. 101 - 230. ferti fuerunt. Vid. Dauid. Clement *Bibliotheque hi rique & critique* Tom. II. p. 435 ſqq. *Analecta teraria* noſtra p. 68. Cum vterque Barletii liber, BARTHOLDI PONTANI, a Braitenberg, aet rarior factus eſſet, nouam is editionem, in vſum publ. maturandam cenſuit, vtque iuuaret lector orationes omnes, quas Barletius operi ſuo inſpe rat, praemiſſis argumentis, vt hiſtoria breuiſſime c ciperetur, ordine poſuit, vt & in forma minore ad ferendum vel verſandum facili, imprimeretu ſigillatim neque emtor, ſolutione magna grauare Conſecrauit, hoc maioris operis barletiani comp dium Jaroslao Borzita de Martinicz, *S. C. Maieſt. ſiliario, diſtrictus* Slanenſis, *capitaneo*, &c. Lib ipſum in rarioribus eſſe collocandum teſtatur Cl. vid Clement l. cit. *Catalog. Biblioth.* Kielmannſ T. I. p. 832. *Catalogus Biblioth.* ſalthen. p. 4 Recenſio inuenitur in *Bibliotheca* hamburgenſi *h rica*, Centur. II. p. 158 ſqq.

CLXX

CLXXIII.

PHILIPPI CALLIMACHI EXPERIENTIS de bello Turcis inferendo, Oratio grauiſſima, ac iam temporibus conuenientiſſima. Idem eiusdem hiſtoria, de his quae a Venetis tentata ſunt, Perſis ac Tartaris contra Turcos mouendis, non ſolum verborum elegantia conſcripta ſingulari, verum etiam multis grauiſſimis conſultationibus ad id bellum conficiendum referta. *Haganoae, ex officina Seceriana, Anno M. D. XXXIII.* (1533) in 4. folior. 91.

Prima & rara eſt editio, quam curauit Nicolaus Gerbelius, & nomine Ruperti Palatini Rheni, vtriusque Bauariae Ducis &c. inſcripſit. *Orationem* PHILIPPVS CALLIMACHVS, iam anno 1486. coram Innocentio IIX. Pontifice rom. pronunciauerat, vt illum, ad ineundum, cum Rege Poloniae, contra Turcas, foedus, excitaret. Niceron in *Memoires* Tom. VI. p. 207. illam hoc elogio ornauit: *Ce diſcours eſt fort beau, & tout hiſtorique. On y voit un long détail de l'Etat de l'Empire* Ottoman, *de ſes forces & de ſes conquêtes, & de tout ce que les Princes chrétiens ont fait, pour empêcher ſes progrès.* Adſeruatur in ſplendidiſſima & inſtructiſſima Bibliotheca zaluſciana Codex chartaceus elegantiſſimus, exaratus ante annos circiciter CCLX. qui ſeptem PHILIPPI CALLIMACHI, florentini *Opuſcula* autographa, Sigismundo Auguſto Regi Poloniae, a Stanislao Gorski, canonico, oblata, complectitur, inter quae num. 4. exſtat *de bello* Thurcis *inferendo ad* innocencium octauum *pontificem maximum* ianua *ortum. oracio.* vid. *ſpecimen Catalogi Codicum MS. Bibliothecae* zaluſcianae *a* Joanne Daniele Andrea Janozki *Canonico* Scarbimirienſi, *eiusdemque Bibliothecae praefecto exhibitum iuſſu & ſumtu Optimi & munificentiſſimi Principis Epiſcopi* Cracouien-

couienſis, *Ducis* Seueriae, *Tribunalis* radomi*ι*
Praeſidis A. R. S. 1752. in 4. form. maior. r
LXXXVII. p. 32. Multa in hoc codice, nondum
pis euulgata fuerunt. *Hiſtoriae de his, quae a* V*ι*
tis *tentata ſunt*, Perſis *ac* Tartaris *contra* Turcos
vendis, praefationem anteire iuſſit Matthias Dr*ι*
tius Regis Alberti Polon. Secretarius, ad M. A*ι*
nium Maurocenum Senatorem venetum. *Hiſtor*
ſcripſit CALLIMACHVS circa annum 1485. *Or*
vna cum *hiſtoria*, poſtea inſerta fuit Petri Bizari
rum perſicarum *hiſtoriae, Francof.* 1601. in fol.
371 ſeqq.

Ipſe PHILIPPVS CALLIMACHVS librum c
ſcripſit *de ſuis calamitatibus*, nondum typis exp
ſum, cuius codicem chartaceum ſummo nitore c
ſpicuum Reuerendiſſimus & Celſiſſimus Princeps,
dreas Stanislaus Koſtka Comes Zaluſcius, Epiſc
cracouienſis, Dux Seueriae, a Sereniſſ. Principe
gio, Jacobo Sobieski, teſtamento ſibi, cum aliis b
multis codicibus egregiis, legatum obtinuit. Vid.
Dan. Andr. Janozki *ſpecimen Catalogi Codicum M*
Bibliothezae zaluscianae p. 33. *Vita* PHILI
CALLIMACHI EXPERIENTIS praemiſſa conſp
tur, eius *hiſtoriae de* Vladislao *rege, ſeu de pugna*
nenſi *Libr. II.* quam Jo. Michael Brutus *Craco.*
1582. in 4. edidit. Jacobus Bongarſius, illam v
deſcriptionem, cum *hiſtoria, de pugna* varnenſi, i
ruit *Scriptorib. rerum* hungaricarum *Frf.* 1600. in
p. 288 ſqq. & Joan. Georg. Schwandtnerus *Scrip*
rer. hungaric. Tom. I. p. 441 ſqq. Legitur quoque
ter *vitas clariſſimorum hiſtoricorum*, quae *e biblio*
ca & recenſione Chriſt. Gottlieb Buderi, *Jen.* 17
in 8. prodiere p. 248 ſqq. Omnium vero optim
exponenda eius vita verſati fuerunt Auctores del *g*
nale de' letterati d'Italia, Tom. XXVI. pag. 375
& Niceron in *Memoires* Tom. VI. p. 196 ſqq. C
Jo. Trithemius *de Scriptor. eccleſ.* Cap. CMXLI
p. 227. Aubert. Miraeus in *Auctar. de Scriptor.*

cleſ. Cap. DX. p. 94. Joſ. Simlerus *Bibliotheca* p. 111. & 572. Gerard. Jo. Voſſius *de hiſtoric. latin.* L. III. Cap. IIX. pag. 555 ſqq. Giulio Negri in *Storia degli Scrittori* fiorentini p. 11 ſeqq. Martin. Cromerus in *Polonia* Lib. XXX. pag. 440 ſeqq. edit. *Colon.* 1589. Octauius Ferrarius in *proluſione* VIIII. Tom. II. *Oper. varior.* p. 110 ſqq. edit. Jo. Fabricii, *Wolfenbüttel.* 1711. in 8. P. Baile in *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. I. p. 1144 ſqq. Fridericus Hannibal Stempel, in *Diſſertat. de Societate Abbreuiatorum* romana, *Jenae* 1704. in 4. pag. 11 ſqq. Jo. Alb. Fabricius in *Bibliothec. med. & infim. Latinit.* Lib. III. p. 892 ſeqq. *Bibliotheca* hamburgenſis *hiſtorica* paſſim in primis Centur. X. p. 207 ſqq. Jacobus Woit in *Diſſertat. de incrementis ſtudiorum per* Polonos *ac* Pruſſos Lipſ. 1723. §. XX. pag. 29 ſeqq. Jo. Daniel Janozki *de litterar. in* Polonia *Propagatoribus Dantiſci* 1746. in 4. §. XVII. p. 15 ſqq. vbi epitaphium eius adducitur, quod Joannes Albertus, Caſimiri Regis Pol. filius illi ponendum curauit:

Hic iacet, heu! patria procul a regione ſepultus,
Progenitus thuſco *ſanguine*, CALLIMACHVS.
Quem fatum variis aduerſum erroribus egit,
Inuictum his tandem conſtituitque locis.
Illius eſt poſtquam virtutem regia ſenſit,
Vidit florentem Sarmatis *ora virum*
Qui, memor hoſpitii, tam mitis contulit iſti
Conſiliis regno commoda multa ſuis.
Quod ſentit praeſens & poſtera ſentiet aetas:
Cuius iudicium ſanctius eſſe ſolet
Plura quoque aggreſſum, & quaedam maiora parantem
Haud opportuno tempore, mors rapuit.

Idem epitaphium legitur in Jacob. Bongarſii & Jo. Georg. Schwandtneri ll. citt. in Nicol. Reuſneri *Iconibus ſiue imaginibus viuis literis Cl. virorum ex typis* Valdkirchianis *in lucem productis* fol. H. 4. & par-

 ticulam

Coloniae 1626. *curante Bernh. Gualthero.* Sed inter rariſſimos libros, haec prima editio omni iure referri debet, cum exemplaria fere omnia, iuſſu Philippi Chriſtophori, Electoris treuirenſis, e proſapia Soeternorum oriundi, ſuppreſſa & e hominum conſpectu ſublata fuerunt. Vid. *Bibliotheca* hamburgenſis *hiſtoric.* Centur. III. p. 246 ſeqq. Jo. Georg. Schelhorn *Amoenitat. litterar.* Tom. II. p. 346. Inſignem igitur a doctis viris iniit gratiam, JACOBVS MASENIVS, quod nobile hoc hiſtoriae atque antiquitatum Germaniae monumentum, e ſitu & tenebris protraheret, nouisque ſupplementis augeret. Inchoantur BROWERI *Annales*, cum anno, a nato Chriſto 270. & res in Dioeceſi treuirenſi, ad annum vsque 1600. geſtas, exponunt; MASENIVS autem narrationem ad annum vsque 1652. produxit. Id potiſſimum in recentiori hiſtoria agit BROWERVS, vt Guilielmi Kyriandri, qui id ſibi datum eſſe exiſtimauerat negotium, vt in *Annalibus ſiue Commentariis, de origine & ſtatu antiquiſſimae ciuitatis* Auguſtae Treuirorum, *Coloniae* 1576. editis, ciuitatis controuerſiam, quae ipſi cum archiepiſcopo treuirenſi intercedebat, paullo vehementius defenderet, narrationes & argumenta diſcuteret & cauſſam treuirenſis archiepiſcopi contra ciuitatem ageret. Primam operis partem MASENIVS dicauit Carolo Caſpar. a Petra, Eccleſiae treuirenſis Archiepiſcopo; ſecundam Metropolitanae treuirenſis eccleſiae Praelatis & Canonicis capitularibus. Recenſio operis vid. in *Biblioth.* hamburgenſi *hiſtoric.* l. cit. in *Bibliotheca hiſtorica* Struuio-buderiana p. 993. Redegit poſtea MASENIVS ipſe hoc opus in *compendium*, atque edidit titulo: *Epitomes Annalium* treuirenſium, *Auguſtae Treuiror.* 1676. in 8. Non quidem a MASENIO, haec epitome perrata, vlterius, quam ad annum 1672. perducta fuit, ſed adiecit illi anonymus quidam, ſupplementum 12. plagularum, quo triſtia fata, quae vrbs illa, cum Archiepiſcopatu treuirenſi, per tres annos 1673-75. cum

 a Gal-

a Gallis, qui vrbem expugnauerant, miſere vaſta tur, pertulerat, exponuntur. Conf. *Biblioth.* ha burgenſis *hiſtorica* l. c. p. 251 ſqq. *Bibliotheca hiſtoı* Struuio - buderiana l. cit. De CHRISTOPHOI BROWERO vid. Phil. Alegambe *Bibliotheca Script Societat. Jeſu Rom.* 1676. in fol. p. 73.

CLXXV.

Bibliotheca chalcographica, Illuſtrium virtı atque eruditione in tota Europa, Clariſſim rum Virorum Theologorum, Juriſconſultorum, M dicorum, Hiſtoricorum, Geographorum, Politic rum, Philoſophorum, Poetarum, Muſicorum, Al rumque. Collectore JANO JACOBO BOISSA DO *Ves:* Sculptore Jan: Theod: de Bry Ch cogr. Antehac cum vitis editorum & in quinq partes diſtributorum, nunc vero coniunctim, ſc Iconibus & diſtichis ſingulorum ſubiiciendis ex bitorum, & ab eorum exitu, continuatorum. *Fr cofurti Impenſis Joannis Ammonii Bibliopolae A MDCL.* (1650) in 4. folior. 239.

De inſigni libri raritate teſtes habemus Sigm. cob. Apinum in *Anleitung wie man die Bildnüſſe rühmter und gelehrter Männer mit Nutzen ſamm und denen dagegen gemachten Einwendungen grü lich begegnen ſoll*, *Nürnberg* 1728. in 8. p. 144. Jo. Vogtium in *Catalog. libr. rarior.* pag. 133. *Nachrichten von einer* halliſchen *Bibliothek* Tom. p. 273. *Catalog. Bibliothecae* ſalthen. p. 132. Va editiones recenſet Niceron Tom. XIIX. p. 312. ber complectitur 234. imagines virorum illuſtriı Exemplari, quo vtimur, tres continuationes adiec ſunt, quarum heic adſcribimus titulos.

CLXX

CLXXVI.

VI. Pars Bibliothecae chalcographicae, id eſt continuatio prima, iconum virorum virtute, atque eruditione illuſtrium, quorum alii inter viuos eſſe iam olim deſierunt, alii vero nunc quoque vitali lumine bonorum dignitatum ſuarum perfruuntur gloria: Sculptore Sebaſtiano Furckio Chalc. cui nunc additur natalium & obituum ſuccincta notatio, adiectis ſingulorum iconibus ſingulis diſtichis. *Francofurti*, *impenſis Johannis Ammonii Bibl.* *Anno* MDCL. (1650) folior. 57.

Inueniuntur in illa continuatione LIII. imagines, quamuis exemplar in den *Nachrichten von einer* halliſchen *Bibliothek* l. cit. deſcriptum, LII. tantummodo complexum fuerit. Non omnibus imaginibus ſubiiciuntur *diſticha*, quae ſeorſum impreſſa tribus foliis, praemittuntur.

CLXXVII.

VII. Pars Bibliothecae Chalcographicae Id Eſt Continuatio Secunda Iconum Virorum Illuſtrium, Quorum alii quidem inter viuos eſſe iam olim deſierunt, alii vero nunc quoque aura, honorum ſuorum perfruuntur gloria. Sculptore *Clemens* Ammonio *Junior* Chalcograph. Adiectis ſingulorum Iconibus ſingulis diſtichis. *Impenſis Johannis Ammonis Senior Ciuis & Bibliopolae. Francfordii ad Moenum.* *Anno* MDCL. (1650) folior. 54.

Noſtrum exemplar, duabus imaginibus, auctius e illo, quod deſcribitur in den *Nachrichten von ein* halliſchen *Bibliothek* l. cit. pag. 274. Imagines nim rum ob oculos ponuntur L. quibus index Nominu & praefatiuncula bibliopolae Joannis Ammonii pra mittitur, in qua Lectores rogat, *vt* illum *ſiue in ef giebus ſubminiſtrandis, ſiue in natalibus aut emortu libus humaniter indicandis, iuuare, & ſi opes ſubſidi rias petere liceat, eas inſuper ſuppeditare ne grauentu*

CLXXIIX.

VIII. Pars Bibliothecae Chalcographicae id e Continuatio Tertia, Iconum Virorū Illuſtrium, quorum alii quidem inter viuos eſſe ia olim deſierunt, alii vero nunc quoque aura hon rum ſuorum perfruuntur gloria. Sculptore Cl mente Ammonio, Chalcogr. Francof. Adiectis ſi gulorum Iconibus ſingulis diſtichis. *Francofur ad Moenum. Impenſis Johannis Ammonii Ciuis & Bibliopol. Anno* 1652. in 4. folior. 54.

Continet haec pars icones L. *Epigrammata* ſing lis iconibus ſubiecta, ſeorſum etiam tribus foliis in preſſa, praemittuntur. *Partem* etiam *Bibliothec chalcographicae VIIII. ſiue Continuationem IIII.* i lucem exiiſſe, legimus apud Niceronum l. cit. & i denen *Nachrichten von einer* halliſchen *Bibliothe* ſed in noſtro exemplari non inuenitur. Conf. *Obſe vat. ſelect.* halens. Tom. IIII. p. 35 ſqq.

Vitam JANI JACOBI BOISSARDI, antiquar celeberrimi, Veſuntione Sequanorum (Beſançon) a no 1528. nati, & Metis anno 1602. mortui, pluribu verbis expoſuerunt Martinus Hanckius *de rerum* R manar. *Scriptoribus* Tom. I. pag. 257 ſeqq. Burcar Gotthelf Struuius in *diſſertationibus* II. *de vita* *ſcript.*

ſcriptis JANI JACOBI BOISSARDI, quae exſtant in *Obſeruationibus* halenſibus *ſelectis* Tom. IIII. p. 1 ſeqq. Niceron in *Memoires* Tom. XIIX. p. 303 ſeqq. Conf. *Dictionaire* de Mr. Baile Tom. I. pag. 588 ſqq. *Analecta litteraria de libris rarior*. p. 136 ſqq.

CLXXVIIII.

JO. CASAE V. Cl. Galateus. Seu de morum Honeſtate & Elegantia, Liber ex Italico Latinus, *Interprete* NATHANE CHYTRAEO. Eiusdem CASAE Libellus de officiis inter potentiores & tenuiores amicos. *Francofurti apud Andream Wechelum MDLXXX.* (1580) in 8. pp. 130. ſi praemiſſa & adpendix except. fuerit.

Il Galateo overo de' Coſtumi di GIOV. DELLA CASA, prodierat *con l'Orazione à* Carlo V. *Imperatore, in Firenze per i Giunti* 1560. in 8. vid. Nicol. Fr. Haym, *Notizia de' libri rari*, *nella lingua* italiana pag. 182. *Cet Ouvrage*, ait Niceron in *Memoir.* Tom. XII. pag. 121 ſeqq. *eſt le plus éſtimé de tous ceux de* LA CASA; *Il n'y a point de langue, en laquelle il n'ait été imprimé. En effet c'eſt le livre* italien *le mieux écrit après le* Decamerone *de* Boccace. *C'eſt un entretien ſur la maniere de plaire dans le commerce de la vie.* NATHAN CHYTRAEVS, poetices, in academia roſtochienſi, profeſſor, verſionem ſuam, dicauit Nicolao Caaſae, regni Daniae Cancellario, *Roſtoch.* 1577. *Epiſtolam* dedicatoriam ſequitur Joannis Caſelii, ad eumdem Nicolaum Caſium, *epiſtola*, in Commentationem CHYTRAEI ſcripta *Roſtoch.* 1578. Excipit illam *praefatio, ad omnes bonarum litterarum ſtudioſos adoleſcentes.* In Jo. Caſelii *prooemio* agitur, *de tribus virtutibus cognatis*, quarum perpetuus eſt vſus, in conſuetudine hominum, de

veritate, humanitate, vrbanitate. In *Galateo* CASA ipſo, demonſtratur potiſſimum, quod quaelibet r quae cuipiam ex ſenſibus moleſta & grauis, aut a petentiae contraria eſt, & praeterea quae imagin rerum turpium, & odioſarum animo ſubiicit, aut qu etiam aduerſatur intellectui, quod, inquam, eiusm di res, aut actio, tamquam magnopere aliis diſplice omni cura & induſtria debeat vitari. Quapropter, aliorum praeſentia, non ſolum non faciendae ſint impurae, aut foetidae, aut taedioſae, aut ſtomach mouentes, verum etiam mentionem earum fieri deceat, quoniam non tantum actio, aut recordat eiusmodi rerum diſplicet, ſed eas etiam quocunq vel modo, vel geſtu, imaginationi alterius adumb re, indecorum, quid? nonnunquam turpe eſſe ſolet. gallicum ſermonem libellus conuerſus, & editus f hoc titulo: *Galatée, ou l'art de plaire dans la conv ſation, traduit de l'*Italien *de* JEAN DE LA CA *par le Sieur* du Hamel, *Paris* 1678. in 12. Ve hiſpanica per Dominicum de Bezerra prodiit *Ve tiis* 1585. in 12. vid. Niceron l. cit. Adiunctus verſioni CHYTRAEI latinae, alius JO. CASAE bellus, quem latine primum conſcripſerat, poſtea ro ipſe in hetruſcum ſermonem conuerterat titu *Trattato degli Vfficii communi, trà gli amici ſuper ri & inferiori.* Prima vice editus fuit *Florent* 1561. in 8. Huic adiecit CHYTRAEVS *locos n nullos bonorum auctorum, tam* latinorum *quam* grae rum, *quos in ſcriptione* Galatei *auctor expreſſiſſe, tem reſpexiſſe videtur.* Vtrumque libellum italic cuius variae exſtant editiones, Abbas Joan. Bapt. Caſotti, notis Petri Dini, Jacobi Corbinelli, Aeg Menagii, Anton. Mariae Saluini, & ſuis propriis ctum, ornatumque inſeruit, collectioni de' *tutt opere di Mons.* GIOV. DELLA CASA, *con copioſa giunta di ſcritture non più ſtampate*, quam dit *Florent.* 1707. III. Tom. in 4. Libellus *de ciis inter potentiores & tenuiores amicos* reperitu

JO.

IO. CASAE *monumentis latinis*, *Florent. in officina Juntarum*, *Bernardi filiorum*, 1567. in 4. & a Nicol. Hieron. Gundlingio, *Halae Magdeb.* 1709. in 4. editis. Scriptores, qui res, ad IO. CASAM, epiſcopum beneuentanum, pertinentes, expoſuerunt, iam nominauimus in *Analectis litterariis* p. 214 ſqq.

De NATHANE CHYTRAEO, Dauidis fratre natu minore, poeſeos, in Academia roſtochienſi profeſſore, qui Menzingae in Palatinatu anno 1543. natus, & ann. 1598. mortuus, multis ſcriptis editis inclaruit, vid. *Etwas von gelehrten* roſtockiſchen *Sachen* An. 1739. p. 337. 344. 371. 474. & alibi paſſim.

CXXC.

Paſſio Chriſti, ex quattuor euangeliſtis *per deuotum virum* PETRVM KYERSLACH, *ordinis predicatorum*, cum tractatu de planctu Marie. in 4. folior. 48.

Opuſculi, litteris gothicis expreſſi, titulus, haud quidem ſatis adcurate adlatus conſpicitur a Michael. Maittaire in *Annal. typogr.* Tom. I. p. 487. In fronte oculis ſubiicitur, figura ligno inciſa, quae Chriſtum cruci adfixum matrem, & diſcipulum, duosque milites refert, quorum vnus lanceae ictu, Chriſti latus aperit. Folio 31. alia Chriſti cruci adfixi reperitur imago, ad deſcriptionem, quam dedit opuſculi auctor, effigiata. Folio 45. haec leguntur verba: *Explicit collectura ex diuerſis doctoribus, ſuper paſſionem domini, explicatam & deſcriptam, per quattuor euangeliſtas. Anno dni. M. CCCC. LXXXVII.* (1487) In eiusdem folii altera pagina, inchoatur B. Bernardi *de planctu* Marie *Tractatus breuis*, cui hiſce verbis finis imponitur: *Explicit Tractatus b.* Bernardi *de planctu* Marie. Joſias Simlerus in *Bibliotheca* p. 559. & Anton. Poſſeuinus in *Apparat. ſacro* Tom. III.

 p. 58.

p. 58. eiuſmodi tantum verbis, fecerunt auctoris mi
tionem: PETRVS DE KYRSLACKEN, *ordi Praedicatorum*, *ſcripſit* de paſſione domini. *Vi Anno D.* 1488. Illum fuiſſe, Lectorem Theolog Norimbergae, & monaſteriorum Sueuiae & Bauar vicarium generalem, docet Jacobus Echardus in *Sc ptor. ordin. Praedicator.* Tom. I. p. 858. a. F opuſculum ſatis rarum eſſe, ex eo patet, quod auc res citati, cum auctore *lexici eruditorum* Tom. col. 2190. dubitant, an inter libros impreſſos refe debeat, an adhuc in MStis deliteſcat. In Johan Weidneri *Catalogo dererienigen Lehrer*, *welche Anfang der chriſtlichen Kirche*, *bis hieher die Paſ* Chriſti *erläutert haben*, qui adiicitur eiusdem *Paſſio Kinderlehren*, *Augſpurg* 1725. in 8. PETRI DE KYI LACKEN nomen fruſtra quaeſieris. *Tractatus planctu* Mariae; ab editoribus, *operum* S. Bern: claraeuallenſis, recentioribus, ad ea opuſcula refe ſolet, quae ſuppoſititia ſunt, & S. Bernardi non mentiuntur.

CXXCI.

Manuale Parrochialium ſacerdotum. in 4. lior. 12.

Plures, ſine dubio & diuerſae, pro diuerſa di ceſium & paroeciarum ratione, huius libelli exſ editiones, cum tempore praeſertim medii aeui, libet fere presbyter, & ſacerdos parochialis, eius di manuali inſtructus eſſe deberet. Colligimus id *Statutis eccleſiae* nannetenſis, in Edmund. Mart & Vrſini Durandi Tom. IIII. *Theſauri noui Anec tor.* col. 934. vbi haec legimus verba: *librum, qui citur* manuale *habeant ſinguli presbyteri parochi vbi continetur ordo ſeruitii mortuorum*, *baptiſmi*, *techiſmi*, *extremae vnctionis* &c. Exemplar, q

e

euoluere nobis licet, iam anno domini Milleſimo. CC. LV. (1255) compilatum dicitur. In XVI. diuiditur capita, quae cum libri initio, hic adſcribimus:

Capitula Contenta in hoc libello.
De ſancta ſinodo Capitulum primum.
De ſacramento baptiſmatis. Cap. II.
De Sacramento Confirmationis Cap. vel diuiſio III.
De ſacramento altaris vel eucharistie Cap. & diſtinctio IIII.
De ſacramento Confeſſionis. Cap. diuiſio vel diſcretio V.
De ſacramento Ordinis. Cap. VI.
De ſacramento matrimonii. Cap. principium & initium VII.
De ſacramento eterne vnctionis Cap. vel principatus IIX.
De negociis & officiis Clericorum. Cap. ciuitas aut regnum. IX.
De immunitate eccleſiarum & rerum ad eas pertinentium. Capitul. X.
De obſeruatione Jeiuniorum Cap. propoſitio vel & concluſio XI.
De Feſtiuitatibus. Duodecimum.
De Biſſexto Capitul. XIII.
De die Paſce (Paſchae) *Cap. XIIII.*
De ieiuniis quattuor temporum Cap. XV.
De ſententia Excommunicationis Cap. XVI.
Incipit Manuale Parrochialium Sacerdotum.

Quoniam ex quorundum ſimplicium ignorantia ſacerdotum, aliquando quedam ſunt que vergere poſſunt in ſuarum & aliorum periculum animarum; hoc eis ſub breuitate notauimus. non vt ipſi occaſione iſtorum, in aliquo obligentur de nouo: ſed vt de his que agere debent, ſimpliciter informentur. In fine adiiciuntur *caſus, obſeruandi ab Epiſcopo*, nimirum: *Incendiarii. De votis fractis. Iniectione manuum in parentes. Homicide.*

micide. Mulieres necantes pueros: vel aborſum (a ortum) *procurantes. De manialibus ſtuprum. In ſtus de parentela: vel conſanguinea: vel affini. P iurii peccatum. Peccatum contra naturam. Sac legium. Sortilegium cum brutis. Iſti* vero *caſus* verbis in *manuali* adpoſitis vtamur, *ſunt ſeruat Papae:*

Ad Papam clerum feriens: falſarius: vrens
Eccleſiam: ſimon audens celebrare miſſas.

Typographus opuſculo, litteris gothicis exſcript haec verba adſcripſit: *Impreſſum* Landszhut *per venerabilem dominum* Joannem Weyſſenbuger, (Weyſenburger) *Anno dni. M. D. XX.* (1520) *Die X. Auguſti.* Michael Maittaire iſtam editionem non adtul

CXXCII.

PVBL. OVIDII NASONIS, *ſulmonenſis* de ar amandi libri III. & de remedio amoris. fol. folior. 58.

In fine codicis rariſſimi, litteris gothicis craſſioribus impreſſi, haec typographus prodidit verba: *Lib* PVBLII NASONIS OVIDII *de remedio amoris* *liciter explicit. Impreſſus in* Auguſta *per* Gintheru Zainer *ex.* Reutlingen *progenitum Anno dni M CCCC° LXXI°* (1471) *XV° Kal. Februarii.* Micha Maittaire illius non habuiſſe videtur notitiam, quoniam in *Annalibus typographicis* eam non memoraverit. Ita vero liber impreſſus eſt, vt litterae verſuum initiales, a vocibus, quas inchoant, paullo conſpiciantur ſeiunctae, ea quidem ratione, vt Aldo, libr ſuos exſcribere, in more poſitum erat. Quod ad lectionem codicis adtinet, ille, ſi pauca quaedam leviora exceperis, ab editionibus recentioribus raro di cedit. Sic v. c. in editionibus recentioribus L. v. 3-6. legitur:

Laet

Laetus amans donet viridi mea carmina palma
Praeferor aſcraeo maeonioque *ſeni*
Talis ab armiferis priameius *hoſpes amyclis*
Candida cum rapta coniuge vela dedit.

Codex vero noſter, hos verſus hac ratione expreſſit:

Letus amans ornet viridi mea tempora *palma*
Preferor aſcreo meonioque *ſeni*
Talis ab armiferis priameius *hoſpes* anuclis
Candida cum rapta coniuge vela dedit.

Eod. Libr. v. 11. 12.

Non ſatis eſt veniſſe tibi me vate puellam
Arte mea capta eſt, arte tenenda mea eſt.

* * * * * *

Non ſatis eſt inueniſſe *tibi me vate puellam*
Arte mea capta eſt arte tenenda mea.

CXXCIII.

P. OVIDII NASONIS, *Sulmonenſis Elegiographorum Vexilliferi.* Ars amandi ad Juuentutem romanam.

Dicolon Diſtrophon Andree Prepoſiti Delitzſchenſis

Ad Lectorem

Gratior aligeri pueri. nunc caſtra ſequaris
Etas dum viridis: dum tibi forma nitet
Juſſa vigens euo quisquis faſtidit amoris
Hic pendet Veneri ſera tributa ſenex
Agreſtes elimat amor: purgat ruditatem
Cultorum morum dicitur eſſe parens

Quis-

Quisquis ab humanis penetralibus arcet an
rem
Cernitur e mundo tollere dulce iubar.
in 4. folior. 72.

In fine editionis, litteris gothicis excuſae, haec
guntur verba: *Ingenioſiſſimi vatis* OVIDII NAS
NIS ſulmonenſis *Ars amandi finit. Impreſſa a*
cobo Abiegno (Thanner) *ciue.* Liptzenſi. *Anno*
lutis noſtre M.CCCC. LXXXXVIII. (1498). Iis ver
typographus inſignia ſua adpoſuit. Neque Mich
Maittaire, neque illius continuator, Jo. Henri
Leichius editionis ſatis rarae fecerunt mentione
Sequitur autem iſta editio, eamdem plane lectione
quam in ſuperiore deprehendimus.

De Joanne Praepoſito, ſiue Probſt, delitiano,
hil aliud compertum habemus, quam quod in aca
mia lipſienſi docuerit, & anno 1513. & 1519. I
ctoris magnifici munus in ea academia geſſerit. V
Zachar. Schneideri *Chronicon* lipſienſe, *Lipſ.* 16
in 4. p. 317. 318.

CXXCIIII.

PVBLII OVIDII NASONIS Faſtorum lib
cum argumentis in librorum capitibus addit
in 4. folior. 100.

Editioni litterarum charactere gothico exſcript
ſubiectus eſt *dierum feſtorum cuiuslibet, apud* Ron
nos, *menſis, index.* Illius fini typographus talia a
ſcripſit verba: PVBLII OVIDII NASONIS ſ
monenſis *poete clariſſimi Faſtorum libri ſexti & vl*
mi finis. Impreſſum Liptzk *per prouidum nec non h*
neſtum virum Baccalaureum Martinum Herbipole
ſem *Anno Milleſimoquingenteſimo duodecimo* (151

Jo

Joan. Henric Leichius, iſtam editionem omiſit, ſed aliam, vno anno recentiorem, in *Annal. typogr.* lipſienſ. p. 93. adtulit, quae forte eadem eſt, quam deſcribimus. Quemlibet librum antecedit *Tetraſticon dicolon* auctore Petro eolico, quod argumentum libri ob oculos ponit. Speciminis loco, illa adſcribere non pigebit, quae in fronte libri I. & II. leguntur:

Digerit in primo, menſes quos continet annos
Quodque habet officium quilibet inde dies
Poſthec deſcribit primum, Jano *duce menſem*
Quicquid & annales addidit ipſe docent.

* * * * * * * * *

Febrius *hinc* Janum *ſequitur recto ordine menſis*
Quisque dies cuiquam ſit ſacer inde deo
Ortus & occaſus ſtellarum: romulus *inde*
Et caſta hnic menſi femina finis erit.

CXXCV.

Ovidii quindecim metamorphoſeos libri diligentius recogniti cum familiaribus commentariis: & indice alphabetico ab aſcenſio ſumma cura collecto.

Si virtus animi rebus preſtare caducis
Creditur: ex cultis nil dignum duxero libris
Ecce parare tibi poſthac ſtudioſa iuuentus
Ere potes modico quos multo impreſſimus auro.

Venundantur lugduni ab Jacobo huguetano eiusdem ciuitatis bibliopola & ciue in vico mercuriali vulgariter a la rue merchiere ad angiportum qui in ararim ducit. *Et parrhiſiis in vico ſancti Jacobi ſub diua*

diua virgine prope ſanctum benedictum in 4. fol 208. exceptis foliis 10. prioribus.

In titulo, editionis rariſſimae, Michaeli Maitt Jo. Alb. Fabricio, Jo. Henr. Leichio, & aliis ir gnitae, litteris gothicis luculentis, exſcriptae, c ſpicimus inſignia Bibliopolae Jacobi Huguetani, drato inſcripta, cuius angulis adſident ſuperiori vrſus & leo, vterque coronatus, inferioribus can agnus, cum hac epigraphe: *La marque. de.* Ja Huguetan. *libraire. en;* Cum vocula *en* ſtatim leone poſita ſit, leonis ſimulacrum, vrbem lugdu ſem (Lion) vt in Gallorum *rebus de Piccardie*, ſolet, deſignare coniicimus. Is igitur verborum teger erit ſenſus: *La Marque de* Jaques Hugu *libraire en* Lion. In ſecunda tituli pagina, hoc breue Jodoci Badii Aſcenſii, legitur epiſtolion:

Jodocus Badius Aſcenſius Jacobo Huguetano *ac probo Bibliopole ac ciui* lugdunen. *ſalutem.* *Cum hiſce diebus* Lugduni *agerem: rogaſti* metan phoſeon opus *relegerem: additurus ſi congruum vi tur nonnihil. Relegi, adiecique annotatiunculas no atque in ordinem alphabeticum notatu digna collegi: ſtigauique ſubinde, quae inuerſa offendi. Sed (moleſte fero) tanta eſt multorum negligentia vt ſep ror nouiſſimus primo ſit peior. Tu vero, ſi me ama ſecundam opellam a nobis exigis: perſpicies. Hanc tem tuo nomini penitus deſtinatam dedico eidem.* *Ad XV. Kalendas Junias anni MCCCCCI.*

Sequitur P. OVIDII NASONIS *vita*, in qua i alia leguntur verſiculi, quibus OVIDIVS teſtari tur, ſe relegatione fuiſſe prohibitum, quo m *metamorphoſeon* libros, ſub limam reuocaret, a emendaret:

Orba parente ſuo quicunque volumina tangis:
His ſaltem veſtra detur in vrbe locus.
Quoque magis faueas: non ſunt hec edita ab illo.
Sed quaſi de domini funere rapta ſui.

Q

Quidquid in bis igitur vitii rude carmen habebit:
Emendaturus: ſi licuiſſet: eram.

Hanc OVIDII *vitam* excipit: *Ad illuſtriſſimum* Mantuae *principem* Franciſcum Gonzagam, Raphaelis Regii, *enarrationum in* OVIDII *Metamorphoſin praefatio.* Scripta eſt Venetiis *Nonis Septembris 1493.* ex quo colligimus, Raphaelis Regii in OVIDII *Metamorphoſin enarrationem*, tunc temporis primum prodiiſſe. Duplicem autem, hoc anno, in lucem emiſſam fuiſſe editionem, teſtatur Mich. Maittaire Tom. I. *Annal. typogr.* p. 560. qui alteram *Venetiis per Bonetum Locatellum, impenſis Octauiani Scoti* an. 1493. prodiiſſe memorat, quae ſine dubio omnium eſt prima. Nam in altera impreſſa *Venetiis per Bernardinum Benalium,* haec legi Raphaelis Regii verba, prodidit Michael Maittaire l. cit. not. 1. P. OVIDII *Metamorphoſis cum integris ac emendatiſſimis* Raphaelis Regii *enarrationibus, & reprehenſione illarum ineptiarum, quibus vltimus quaternio, primae editionis fuit inquinatus.* Praefationi Raphael. Regii hoc adpoſitum eſt epigramma:

Vos animoſa phalanx dicendi tracta lepore
Dulce melos poeſis ſi quod mire placet:
NASONIS *celeres terſos captate libellos:*
Quos vetus errorum peſtis inhorruerat.
Nec metamorphoſeos (nam ſedula pulſat ad edes)
Frigore brumali torpeat ampla manus.
His reſerate ſinus: digna mercede vocate
Grata ferent gratis premia ſubſidiis.

Sequitur *index eorum, quae libro metamorphoſ. continentur,* quo finito, conſpicitur *Syſtema mundi* ex mente OVIDII deſcriptum. In fine codicis, typographus adſcripſit: PVBLII OVIDII NASONIS *metamorphoſeos liber vna cum enarrationibus* Raphaelis Regii *duplicique repertorio.* Lugduni *impreſſus per magiſtrum* Nicolaum Wolff de alemannia. *Die XXIX. Nouembr. Anno dni. M. quingenteſimoprimo* (1501).

De Jodoco Badio, qui a patria Ask ſiue Aaſche Brabantia, Aſcenſii cognomen obtinuit, critico typographo ſeculi XV. & XVI. in Gallia celeberrin prae ceteris legi meretur P. Baile *Dictionaire* Tom p. 414. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* T. I. P. Sect. II. p. 14. T. II. p. 420. Mich. Maittaire *An typogr.* Tom. II. p. 66 ſqq. Jo. Conr. Zeltneri *Cor ctorum in Typographiis eruditorum centuria*, *Nori* 1716. in 8. p. 76 ſqq. Numeroſae prolis parens, obi dicitur diem ſupremum, anno aetatis LXXIII. an 1535. Variis illum ornauit epitaphiis, graecis & la nis, Henricus Stephanus, e quibus vnum alterun adſcribere licebit:

Hic, liberorum plurimorum qui parens,
Parens librorum plurimorum qui fuit,
Situs Jodocus Badius, *eſt* aſcenſius.
Plures fuerunt liberis tamen libri,
Quod iam ſeneſcens coepit illos gignere,
Aetate florens coepit hos quod edere.

* * * * * *

Κεῖνος ὁ καὶ Μούσαις καὶ Ἄρηϊ περισσὰ ποιήσας
Παρισίῳ Βάδιος κεύθεται ἐν δαπέδῳ.
Βίβλους μὲν Μούσαισιν, Ἄρηϊ δὲ ἄρσενας υἱούς,
Ἔργανα εἰρήνης, ἔργανα καὶ πολέμου.
Καὶ τάχα δ' ἔσκε πατὴρ ἴσων παίδωντε βίβλωντε,
Εἰ, ὅτε βιβλοτοκεῖν, ἤρξατο παιδοτοκεῖν.

A viris criticis, animaduerſionibus & emendationil ſuis, in auctores veteres claſſicos, non parem retu gratiam. Franciſcus ſane Floridus Sabinus paullo i quiore in eum fuiſſe videtur animo, cum L. II. *Lect num ſubciſiu.* Cap. XXII. in Jani Gruteri *Lamp ſiue face artium liberalium* Tom. I. p. 1153. hac rat ne de illo ſcribit: Jodocus Badius aſcenſius, *indo rum praeſegmen, barbariei columen, atque, vt in pa conferam*, Antonii Mancinelli *interpres, dignum ſa vt aiunt, patella operculum, inſigni fretus impuden* P. Virgilii *opera, coeno, ne dicam merda obuolu*

non pauca in eruditiſſimis viris, reprehendere auſus eſt, quae ob ſingularem inſcitiam, ſummis labris deguſtare non potuit &c.

Raphael Regius, natione Italus, vrbem bergomenſem patriam nactus eſt; Litteras graecas & latinas probe calluit, & a ſenatu veneto, publico conductus ſtipendio, tum Patauii, tum Venetiis, humanitatis ſtudia, publice profeſſus eſt. Inclaruit ſeculo XV. ad finem vergente, & initio ſeculi XVI. & varia in veteres auctores, in lucem emiſit commentaria, vid. Joſ. Simleri *Bibliotheca* p. 596. Chriſt. Schoettgenii *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & infim. Latinitat.* L. XVII. p. 141. Conf. quoque Joannis Britannici, brixiani, praefatio *Explicationibus in* Horatii *artem poeticam, ſermones & epiſtolas* praemiſſa, in Eminentiſſ. Principis ANGELI MARIAE R.E. Cardinalis Bibliothecarii QVIRINI, *Specimine variae litteraturae, quae in vrbe* Brixia, *eiusque ditione paullo poſt typographiae incunabula florebat.* P. I. *Brix.* 1739. in 4. form. mai. p. 84. vbi etiam de diſſidiis atrociſſimis, inter Calphurnium, Marinum Becichemum, ſcodrenſem, & Raphael. Regium agitatis p. 91. omnium optima exhibetur narratio. Raphael Regius ſane Calphurnium, veluti rabidus canis inuadit, cuius rei teſtis, *diſputationis* eſt inſcriptio, quam contra Calphurnium ſcripſit, & *Venetiis* 1490. euulgauit, vbi haec leguntur: Raphaelis Regii, *in nonnullos errorum, cuiusdam* Calphurnii, *beſtiae Diſputatio.* Conf. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Latinitat.* L. XII. p. 87 ſqq.

CXXCVI.

P. OVIDII Metamorphoſis, cum integris ac emendatiſſimis Raphaelis Regii enarrationibus & repraehenſione illarum ineptiarum quibus vltimus Quaternio primae editionibus (editionis) fuit inquinatus. in fol. folior. 167.

Editionem oppido raram, apud Mich. Maitta & alios fruſtra quaeſiuimus. In fine leguntur h verba: *Impreſſum anno domini M. CCCCC. V.* (15 *Die vero VII. Februarii.* Loci & typographi ind prorſus deſtituitur, litterarum autem characteres mani, in Italia hanc editionem, ſuos habere nat nos docent. Tituli verba indicio ſunt, illam ad phaelis Regii edit. *Venetiis per Bernardinum Bena* 1493. in fol. eſſe exſcriptam. *Epiſtola* Raph. R ad Franc. Gonzagam, P. OVIDII NASONIS *index* eorum, quae in libris *metamorphoſ.* ouidia continentur, quae omnia, in editione modo de pta, exſtare diximus, heic etiam locum inuener *Syſtema*, autem *mundi*, cuius fecimus ſimiliter n tionem, heic paulliſper mutatum eſt. Editioni a dunt 1) Raphael. Regii, *ad clariſſimos equites* A nium Buldonum, Joan. Franciſc. Paſchalicum, & minicum Bollanum, (qui idem ſine dubio eſt, c ſupra, *Tractatum de conceptione glorioſiſſimae Dei g tricis Virginis* Mariae, deſcripſimus) *eloquentiſſ aduocatores oratio*, ſiue vt eminentiſſ. QVIRI illam Tom. I. *ſpecimin. variae litteraturae* brix p. 92. ſatis quidem adpoſite nominauit, *indic quaedam clamitatio*, qua iuſtitiam ſibi adminiſtran petit, aduerſus ſuarum *enarrationum deprauatores* vocat, eo quidem furore atque verborum impet Raphael. Regium, mentis ſuae tunc temporis, ſatis fuiſſe compotem, ex illa colligas. Partic heic in lectorum tranſcriberemus gratiam, niſi illud ab eminentiſſimo patre purpurato, factum fu qui l. cit. excerptum ex illa dedit, ſatis luculent In calce *declamationis*, collocata conſpicitur 2) *ſtola* Raphael. Regii, *ad* Paullum Cornelium, *p cium* venetum, *doctiſſimum ſapientiſſimumque ſe rem.* In illa etiam conqueritur auctor epiſtolae, tionem primam ab *Octauiano Scoto* impreſſam, *q foediſſime, ſiue librariorum incuria, ſiue inuidorum ſpiratione* eſſe deprauatam. Exiſtimat eminenti

Quirinus l. c. p. 95. iſtam *epiſtolam* ſecundae editioni fuiſſe praefixam, quoniam Regius, errores, qui in ſecundam editionem irrepſerant, excuſat, & inter alia Cornelium his verbis compellat: *Tu namque es & illa modeſtia, & doctrina, vt quae bene ſcribuntur, ingenue commendes, quae vero feſtinatione, librariorumue incuria peccantur, illa benigne excuſes.* Minime autem editio anno 1497. euulgata, vt quidem eminentiſſimus Princeps exiſtimat, ſecunda eſt, ſed illam, niſi fallimur, ſecundam eſſe cenſemus, quam ſupra, auctore Mich. Maittaire Tom. I. *Annal. typogr.* p. 560. *Venetiis per Bernardinum Benalium* 1493. in fol. prodiiſſe diximus. Id heic ſilentio praeterire non poſſumus, quod editio, cui deſcribendae, iam impendimus operam, hypothetarum erroribus valde ſit deformata, a quibus, ne ipſius tituli verba, immunia fuerunt.

CXXCVII.

Quae hoc volumine continentur Annotationes in omnia OVIDII opera. Index fabularum, & caeterorum, quae inſunt hoc libro, ſecundum ordinem Alphabeti. OVIDII Metamorphoſeon Libri XV. *Aldus* in 8. folior. 47. & 203.

Pars *Operum* eſt OVIDII, quae *Aldus* plus vna vice ex officina ſua typographica, in lucem prodire iuſſit publicam. Tres editiones memorantur in den *Merkwürdigk. der königl. Biblioth. zu* Dresden Tom. III. p. 34 ſqq. Quo autem noſtra editio tempore in lucem exierit, pro certo adfirmare non ſuſtinemus, cum neque in duplici titulo, neque in fine adpoſitus annus fuerit. Praemittuntur noſtro volumini, *variantes lectiones, emendationes atque mutationes*, quas in antiquis libris ſe inueniſſe teſtatur Aldus in *praefatiuncula ad Lectorem.* Complent folia 31. neque

 ſolum

ſolum ad *Metamorphoſin*, ſed quoque ad reliqua O
DII *opera* ſpectant. Eas ſequuntur *Impreſſorum err*
ex omnibus tribus voluminibus folior. 6. *Index*
bularum 9. folia replet. Libros *metamorphoſeon*
praecedit titulus: OVIDII *Metamorphoſeon Libri*
Aldus. Si coniecturae locus fuerit, librum, qu
recenſemus, ſecundae editionis partem crediderin
quae anno 1516. & 1517. *ex officina aldina* e
fuit.

De PVBLII OVIDII NASONIS *Metamorpho*
& aliis, quos conſcripſit libris, variisque eorum
tionibus, vid. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. latina* T
Libr. I. Cap. XV. p. 265 ſqq. Tom. II. p. 364
Vitam P. OVIDII NASONIS, praeter duos auctc
antiquos, e Pomponii Laeti, & farneſiano coc
productos, & praeter Paull. Marſum, Raph. Regi
Aldum Manucium, Chriſtophor. Zarottum, Her
Ciofanum, Anton. Volſcum, quorum narrationes
OVIDIO, variis OVIDII praemittuntur editionil
ordine chronologico, ſic delineatam dedit Joann. Ma
vt poetae fata & opera, veris adſignentur annis, no
que philologicis & hiſtoricis illuſtrentur, atque Au
ſtei *aeui ritus moresque varii illuſtrentur. Amſte*
1708. in 8. pp. 240. ſi praemiſſa & indicem excepe
Eamdem poſtea *vitam ab auctore emendatam & auc*
Petrus Burmannus ſplendidiſſimae *operum* OVI
addidit editioni, quam *Amſtelod.* 1727. IIII. To
in 4. euulgauit. Exſtat Tomo IIII. in Append.
27-120. Conf. Filippo Argelati *Vita di* P. OVII
NASONE, quae OVIDII *libris Faſtorum* praem
conſpicitur, in *Corpore poetarum latinor. cum* betru
verſione editorum Tom. XXIII. *Mediolani* 1745. in
Jo. Nic. Funccii *de virili aetate lat. linguae Commen*
Marburg. Cattor. 1727. in 4. P. I. Cap. III. §. XXXI
ſqq. p. 251 ſqq. Adr. Baillet *Jugemens des Sav*
Tom. III. P. I. p. 240 ſqq. P. Baile *Dictionaire* T.
p. 2137 ſqq. Gottfr. Ephraim Müllers *hiſtoriſch-*
ti

tiſche. Einleitung zu nöthiger Kenntniſs und nützlichem Gebrauche der alten lateiniſchen Schriftſteller Tom. IIII. L. I. Cap. XIII. p. 1-208.

CXXCIIX.

CATVLLVS. TIBVLLVS. PROPERTIVS. in 8. folior. 151.

Locus impreſſionis in fine libri his deſignatur verbis: Venetiis *in aedibus* Aldi. *Menſe Januario MDII.* (1502) *Nec ſine priuilegio, vt in Caeteris.* Aldus Manucius hanc editionem Marino Sannuto ſequenti epiſtola dicauit:

Al. Ma. Ro. Marino Sannuto *Patritio* Veneto Benedicti *Filio*. S.

VALERIVM CATVLLVM Veronenſem *his diebus cura noſtra impreſſum & libentius ad Te legendum mittimus* Marine Sannute *humaniſſ. quoniam in vrbe iſta doctorum virorum parente, & altrice ingeniorum* Verona, *vnde oriundus* CATVLLVS *quaeſturam agis. Scimus enim munus noſtrum Tibi gratiſſ. fore, tum ipſo munere, Quid. n. gratius* CATVLLIANO *lepore? tum quia, quoties poſt occupationes publicas relaxare animum voles, percommode & haberi in manibus, & euolui arctatus cura noſtra* CATVLLVS *poterit. Delectabit te praeterea, quod longe alius, quam qui erat, videbitur ob multas emendationes, & verſus tum additos, tum in priſtinum locum reſtitutos. in qua re adiutus ſum maxime ab* Hieronymo Auantio, veronenſi, *homine doctiſſ. & ſummo ingenio, tibique deditiſſimo. Qua re vel eo gratiorem tibi* CATVLLVM *putamus futurum, quoniam* Auantius *tuus* veronenſis, *vel noſter potius illi corrigendo, & in priſtinum candorem reſtituendo, & olim per ſe diu, & multo labore, & vna mecum inter imprimendum accuratiſſ. incubuimus. Quae tamen aſteriſco videbis notata, ea in fine operis aliter,*

 atque

atque aliter legi excudenda curauimus, vt poſſit ſtudi quisque quod melius viſum fuerit, eligere pro arb ſuo. Idem & in TIBVLLO *&* PROPERTIO *mus, quos ad tria millia voluminum, & plus eo minima forma excuſos in manus tuas, & caeterı commode, aſſidueque vna cum* CATVLLO *& ire redire ſperamus. Vale.*

Ea, quae in hac epiſtola Aldus promiſit *in fine ris aliter atque aliter legi excudenda*, in nullo ex plari, (tria enim ante oculos verſantur, dum ſcribimus) inueniuntur. Vnus ex hiſce tribus li variis virorum doctorum verſatus fuit manibus, nomina ſua titulo adſcripſerunt. Poſſedit ne illum Petrus Moſellanus, qui hoc codice dor fuit a Franciſco Haller; cracouienſi. Moſell illum dono dedit M. Hieron. Ruperto, Canonico Paſtori eccleſiae cathedralis budiſſinenſ. e cuius nificentia, tranſiit ad Georgium Rothingium, c thium. Tandem ad Rudolphum Agricolam peru In fine CATVLLI Hieronymi Auancii *nouae e dationes* in Lucretium, quem Aldus, vt ſupra p. 99 adnotauimus, anno 1500. in 4. ex Auancii *rec tione* ediderat, repoſitae ſunt. Praecedit illas ep la Auancii, ad Marin. Sannutum. Omiſſae *eme tiones* in Lucretium fuerunt, in editione CATV TIBVLLI & PROPERTII repetita, quae *Ve in aedibus Aldi, & Andreae Soceri, menſe Martio* 1 in 8. excuſa fuit. Vid. die *Merkwürdigkeiten de nigl. Bibliotb. zu* Dresden Tom. I. p. 425 ſqq. vbi res aliae editiones rariſſimae recenſentur. CA LVM emendatum ab Auancio iam ante *aldinam* tionem in lucem exiiſſe, epiſtola Hieron. Auanc Auguſtinum Morauum, olemucenſem teſtatur Id. Octobr. 1493. ſcripta, quae in Eminentiſſ. RINI *Specim. variae litteratur.* brixienſ. P. I. p. 6c legi poterit. Minime vero emendationibus ſu veteres auctores, ſatisfecit viris criticis Hieron. A

cius, quod praeter alios, diſertis Janus Brouckhuyſen prodidit verbis, qui in *Notis* ad PROPERT. L. II. Eleg. VII. v. 76. p. 116. edit. *Amſtelod.* 1702. in 4. illum in officina aldina, multos ſcriptores bonos, malo mangonio interpolaſſe, ait. Conf. L. III. Eleg. IIII. v. 25. p. 234. L. III. Eleg. VII. v. 16. p. 257.

C. VALERII CATVLLI, vitam, haud ita pridem viri tres, inter Italos doctiſſimi, deſcriptam dederunt. Joannes nimirum Antonius Vulpius, cuius *vita* CATVLLI, *cum veterum teſtimoniis de* CATVLLO, *&* *diatriba de metris* CATVLLI, praemiſſa eſt CATVLLO *cum* J. A. Vulpii *Commentario locupletiſſimo*, *Patauii excudit Joſ. Cominus* 1737. in fol. minor. form. Secundus eſt Jo. Franc. Corradini de Allio, qui edidit C. VALERIVM CATVLLVM *in integrum reſtitutum ex Manuſcripta, nuper* Romae *reperto, & ex* gallicano, patauino, mediolanenſi, romano, Zanchi, Maffei, Scaligeri, Achillis Voſſii *& aliorum, critice* J. F. Corradini de Allio *in interpretes veteres, recentioresque grammaticos, chronologos, etymologos, lexicographos, cum vita poetae nondum edita, Venet.* 1738. in fol. min. Tertius Phil. Argelati *vitam* CATVLLI ſermone hetruſco conſcriptam, praefixit CATVLLI *carminibus*, in *Corpore veterum poetar. latinar. cum verſione* hetruſca Parmindi ibichenſis, *Paſtoris* Arcadis, *editis* T. XXI. *Mediolan.* 1740. in 4. Conf. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. latin.* Tom. I. L. I. Cap. V. p. 51 ſqq. T. II. p. 67 ſqq. Jo. Nicol. Funccii *de virili aetate lat. linguae Tractat.* P. I. Cap. III. §. 11 ſqq. p. 174 ſqq. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. III. P. I. p. 81 ſqq. Gottfr. Ephr. Müllers *hiſtoriſch - critiſche Einleitung zu nöthiger Kenntnis und nützlichen Gebrauche der alten lateiniſchen Schriftſteller* T. II. Cap. V. p. 191 ſqq. 237 ſqq. 260 ſqq. 284 ſqq. 294 ſqq. P. Baile *Dictionaire* T. I. p. 815 ſqq.

De ALBIO TIBVLLO, Equite & poeta romano, prae aliis legi merentur Chriſtoph. Frider. Ayrmanni

vita ALBII TIBVLLI, *Equitis* romani, *poetaru* *elegiacorum Principis, poematum eius enarrationi, porumque, quibus ille vixit, ac* Meſſalae *in p vitae rerumque geſtarum illuſtrationi inſeruiens. I ex officina gerdeſiana* 1719. in 8. Filippo Argelati *di* ALBIO TIBVLLO l. cit. Jo. Alb. Fabricii *bliotb.* Tom. I. L. I. Cap. XIIII. p. 256 ſqq. Tom p. 349 ſqq. Jo. Nicol. Funccii l. cit. §. VII p. 186 ſqq. Adr. Baillet l. cit. p. 238 ſqq. Gc Ephr. Müller l. cit. p. 204 ſqq. p. 247 ſqq. p. 271 p. 296 ſqq.

Res, quae ad SEXTVM AVRELIVM PROI TIVM pertinent, inter alios expoſuit Thadd Donnola J. C. Hiſpellas in *percurioſa diſſert.* c conſcripſit *de patria* SEX. AVRELII PROPE *poetae, in qua cum nonnulla de* Hiſpelli *antiquitate multa alia ſcitu digna enodantur & explicantur, gineae* 1629. in 4. Ob inſignem raritatem Hen Leonardus Schurzfleiſchius *denuo edidit, prolego & Annotationibus auxit & indices adiecit Vitemb formis creuſigianis* 1713. in 8. Gillet de Moivre *de* PROPERCE *Chevalier* romain, *& la traducti proſe & en vers* François *de ce qu'il y a de plus i eſſant dans ſes poëſies, avec des remarques & l' bi des principaux evenemens de ſon ſiécle, qui ont ra à ſes Ouvrages. à Paris chez André Cailleau* 1 in 12. Conf. Filippo Argelati *Vita di* SESTO RELIO PROPERZIO l. cit. T. XXII. *Mediolan.* 1 in 4. Jo. Alb. Fabricii l. cit. Tom. I. L. I. Cap. X p. 257 ſqq. Tom. II. p. 352 ſqq. Jo. Nicol. F l. cit. §. X ſqq. p. 193 ſqq. Adr. Baillet l. cit. 215 ſqq. Gottfr. Ephraim. Müller. l. cit. p. 21 p. 253 ſqq. p. 276 ſqq. p. 284 ſqq. p. 296 ſqq.

CXXCVIIII.

P. TERENTII *aphri comicorum elegantiſſimi* Comedie a Guidone Juuenale viro perquam litterato familiariter explanate: & ab Jodoco Badio aſcenſio vna cum explanationibus rurſum annotate atque recognite: cumque eiusdem Aſcenſii prenotamentis atque annotamentis ſuis locis adhibitis quam accuratiſſime venundant impreſſe. in 4. form. maior. folior. 199.

Inſignis iſtius editionis raritas, ex eo colligi poterit, quod neque Jo. Alb. Fabricius, neque Michael. Maittaire, nec Arnoldus Henric. Weſterhouius, qui, ſi recte poſuimus calculum, 248. editiones enumerauit, memorata fuit. Litteris illa gothicis exſcripta eſt; Tituli verbis ſubiectum eſt inſigne, ſine dubio Bibliopolae, his circumſcriptis verbis: DEVM. TIME. PAVPERES. SVSTINE. MEMENTO. FINIS. MARTIN BOILLON. In fine codicis haec leguntur verba: PVBLIII (Publii) TERENTII aphri *comicorum elegantiſſimi comedie a* Guidone Juuenale *viro perquam litterato familiariter explanate: & ab* Jodoco Badio aſcenſio: *vna cum explanationibus ſuis locis adhibitis rurſum annotate atque recognite: ſolerti cura caſtigate: impenſaque non leui per egregium virum* Steph. Baland *caracteribus mandate. Anno ab Incarnatione domini M. CCCCC. VI.* (1506) *die XXV. Auguſti. Finiunt feliciter.* Ex his verbis adparet librum *Lugduni* eſſe impreſſum, quoniam Mich. Maittaire in *Annal. typogr.* Tom. II. p. 145. Stephanum Baland inter vrbis lugdunenſis refert typographos. In epiſtola Jodoci Badii, ad magiſtrum Herueum Beſiuum, *iureconſultum & litteris eruditiſſimum*, ſcripta *ex illuſtri* parrhyſiorum *gymnaſio ad Kalendas Januar.* 1501. elucidamenta ſua, Lugduni, eo animo collecta ſcribit, vt in vernaculam Gallorum linguam conuertantur.

De GVIDONE IVVENALE *interprete* TER TII, ex ſententia Henrici Loriti, *haud ſatis i*c vid. Symphorian. Champerii lib. *de viris illuſt* *nec non praeclaris totius* Galliae *ſcriptoribus* fol. edit. *Lugduni* 1507. in 4. impreſſae, vbi hoc ei ſtat elogium: GVIDO IVVENALIS *patria* C manus *vir vndecunque doctiſſimus*, *ſacrarum lit* *rum ſtudioſus*, *humanitatis ſtudia percallens*, *n* *exercitatus & proſa*, *multo tempore bonas littera* pariſienſi *gymnaſio gratis docuit. Sed poſtmodum o* *bus mundanis peſſumdatis*, *habitum monaſticum in* *nobio* S. Benedicti *haud procul a ciuitate* bituri *adſumſit*, *vbi paucis elapſis diebus*, *in Abbatem*, *o* *tae probitatem electus eſt*. *Verbum Dei feruente* *publice praedicauit*, *ſed immatura mors illum a* *lit*. Variis ſcriptis & latino, & vernaculo Gallo ſermone, editis inclaruit. Conf. Joſ. Simleri *Bi* *theca* p. 251. Antoine du Verdier *Bibliothequ* France, *Lyon*, 1585. in fol. p. 533. Franc. la C du Maine *Bibliotheque de* France *Paris* 1584. in p. 135. Anton. Poſſeuini *Apparat. ſacer* Tor p. 603. vbi illum *philoſophum ac theologum* pari ſem, & *monachum* cluniacenſem adpellat; die *M* *würdigkeiten der königl. Biblioth. zu* Dresden To p. 235 ſqq.

Auctores veteres, qui vitam P. TERENTII litteris conſignarunt, collegit, notis illuſtrauit, & tioni TERENTII *Hag. Comitum* 1726. II. Tor 4. emiſſae, praemiſit Arn. Henric. Weſterhouius T I. p. XXVII. ſqq. Cum iis coniungi poterunt ſpar. Sagittarii *Commentatio de vita & ſcriptis* RENTII, quae cum eiusd. *Commentat. de vita*, *ptis*, *editionibus*, *interpretibus*, *lectione & imita* Plauti & Ciceronis. *Altenb. ap. Georg. Conr. I* 1671. in 8. prodiit. Filippo Argelati *vita di* BLIO TERENZIO in *Corpore poetar. latinor.* *verſione* hetruſca *editor.* Tom. XVIIII. *Mediolani* 1 in 4. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. latin.* Tom. I.

Cap

Cap. III. p. 29 ſqq. Tom. II. p. 27 ſqq. Jo. Nicol. Funccii *de adoleſcentia lat. linguae Tract. Marburg.* 1720. in 4. Cap. III. §. XXIIX ſqq. p. 135 ſqq. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. III. P. I. p. 36. ſqq. Gottfr. Ephr. Mullers *Einleitung zu nöthiger Kenntnis and nützlichen Gebrauche der alten latein. Schriftſteller* Tom. II. Cap. III. p. 107 ſeqq. Eminentiſſimi Cardinalis QVIRINI *ſpecimen variae litteraturaa* brixienſis P. I. p. 50 ſeqq. die *Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu* Dr. Tom. I. p. 234 ſqq. 245 ſqq. 253 ſqq. 260 ſqq. 267 ſqq. *Analecta litterar. de libris rar.* p. 944 ſqq. vbi partim de TERENTII *vita* exponitur, partim variae *comoediarum* quas conſcripſit, recenſentur editiones.

CXC.

LVDOVICI BIGI PICTORII, *Ferrarienſis* Opuſculorum Chriſtianorum, libri tres eloquentiſſimi ſanctiſſimique. Quorum Primus Jo. Franciſco Pico, Mirandulae domino, & Concordiae comiti, Secundus Alberto Pio, Carporum Principi; Tertius vero Guidoni Vbaldo, Vrbinatum Duci dicatus eſt. PONTII PAVLINI Carmen Jambicum Chriſtianam pietatem commendans.

L. B. C.

Paruum opus eſt, ſed forte ſua breuitate putabis

Grandius e terris ſternit ad aſtra viam.

in 4. folior. 63.

Omnia LVDOVICI BIGI PICTORII ferrarienſis, poetae, illa aetate celeberrimi, opuſcula eſſe paullo rariora, diximus in *Analectis litterar. de libris rarior.*

rior. p. 685 ſeqq. vbi p. 687 ſeqq. hanc *opuſculor* *chriſtianorum* editionem in cenſum librorum ra rum retulimus. Cum autem tunc temporis libr nondum vidiſſemus, eiusque titulus e Niceroni *M* *moires* Tom. XXXIIX. p. 273. mutilus, a nobis ſcriptus eſſet, nos operae pretium facturos exiſti mus, ſi adcuratiorem iſtius libri, heic exhiberer recenſionem. Illius editionem curauit Beatus R nanus, & dicauit Arnoldo *gentili ſuo.* In epiſtol Heluero *K. Decemb.* 1508. ſcripta, haec in laud LVDOVICI BIGI PICTORII prolata legunt — *cuncta quae chriſtianum hominem perdecent,* *caſte, ita terſe, ſuauiſſimis numeris ſuis conſtrinxit* *extra omnem poetarum aleam, poni mereatur,* *que* marullianum *de eo conuenientiſſime dici poſſit*

Hunc ſiquis inter ceteros locat vates
Onerat quam honorat verius.

Epiſtolam excipit *index carminum*, quae per om tres libros reperiuntur. Sunt illa numero LXV. *pigrammata* vero, *epitaphia*, & *diſticha*, libro III. ſim inſerta, ſingula non numerata fuerunt. *Med* *tio in orationem dominicam*, & *hymnus in beatam* *ginem*, quae L. II. fol. 28. & 29. leguntur, ſine di eadem ſunt, quae ſeorſum cum *precatione ad C* *ſtum Dei filium*, prodiere *Venet.* 1502. in 4. *Analecta litteraria* p. 687. *Supplicatio, ſingulis* *bus, ante crucifixum, dicenda*, fol. 60. conſpicu III. oratione ſoluta conſcripta eſt. Exſtat eoden III. carmen fol. 55. b. ſqq. e quo colligimus, GVM ingraueſcente aetate poenituiſſe, quod iuu *amorum libros* conſcripſerit. Carmen inſcribitur titulo: *Amatoria carmina non eſſe ſcribenda, in* *tionem* Candidae. (de qua vid. *Analecta litterar* 686) vbi haec talia legimus:

Te tamen inprimis, & qui leget iſta monemus,
Ne me imitans aliquod ſcribat amoris opus:
Poenitet hic caecam me conſumſiſſe iuuentam:
Tamque diu ſummo diſplicuiſſe Deo

Nam quamuis ego coniugii ſpe ſemper amarim:
Et fuerit noſtro, nullus in igne dolus
Quin tamen interdum ratio ſuccumberet omnis
Senſibus: haud poteram continuiſſe ſatis
Quam melius vel chriſticolae miracula gentis
Vel patrum vitas concelebraſſe foret.
Scilicet haud cuiquam vatum: niſi cantet amores:
Fama datur nigros effagitura rogos:
Heu quam ſtulta nouos tenet aſſuetudo poetas
Concinitur primo carmine ſemper amor &c.

In tranſitu quaſi, heic etiam memorare licebit, quod nonnulla LVDOVICI BIGI *epigrammata* in Tomo I. *Paſquillorum*, *Eleutheropoli* 1544. in 8. legantur & quidem p. 73. *in Hypocritam, ad* Homerum & p. 95. Romana *venalis*, & Romae *luxus*.

PONTII PAVLLINI *carmini iambico*, praemiſit Beatus Rhenanus epiſtolam ad Jacobum Fullonium, *ex* Argentoraco *curſim Idib. Januar. anno a Chriſto nato* 1509. ſcriptam. Fuit MEROPIVS PONTIVS ANICIVS PAVLLINVS, patria burdegalenſis, epiſcopus nolanus in Campania hetruſca, Decimo Magno Auſonio, vt Plinii verbo vtamur, *iuratiſſimus* amicus, anno 431. defunctus. Scripſit *carmen* illud ad Auſonium, cum adhuc in Hiſpania viueret, religioni deditus chriſtianae, adſiduisque litteris Auſonii prouocaretur, vt in patriam rediret. *Opera* eius plus vice ſimplici, in lucem edita fuerunt, quibus & editores vitam praemiſerunt. Franciſci Sacchini *vita* S. PAVLLINI, *ex ipſius ſancti ſcriptis, & veterum elogiis concinnata*, ab Heriberto Rosweido, *operum* PAVLLINI, editioni *antwerpienſi* 1622. in fol. praemiſſa, & poſtea inſerta fuit, *cum notis* Danielis Papebrochii, & *Adpendice; de tribus* PAVLLINIS, Nolae *Epiſcopis ſanctis*, *Actis Sanctorum* antuerpienſ. Tom. IIII. *menſ. Junii* p. 202 ſqq. Eodem loco p. 198. reperitur Vranii *Prebyteri epiſtola, de Obitu* S. PAVLLINI, *ad* Pacatum, *e MS.* trecenſi *edita*, *a* Petro Franciſc. Chifletio, *& cum aliis MSS.* *conla-*

conlata, cum notis Daniel. Papebrochii. Inſeruit q
que Laurentius Surius *Vitis Sanctorum* ad d. 22. J
p. 285. Petri Franc. Chifletii PAVLLINVS *illuſt*
tus, ſiue adpendix ad opera & res geſtas S. PAV
LINI, nolani, prodiit *Diuione typis Philibert C*
vance 1662. in 4. Cum Joan. Baptiſta Brunus,
PONTII MEROPII PAVLLINI, nolani *Epiſc*
Opera, digeſta in duos Tomos, ſecundum ordinem te
porum, nunc primum diſpoſita, & ad MSS. codi
gallicanos, italicos, anglicanos, belgicos, *atque*
editiones antiquiores emendata & aucta, nec non v
riorum notis illuſtrata, Pariſ. apud Jo. Couterot
Ludou. Guerin 1685. in 4. in lucem emitteret, no
ſolum Tom. I. in praefatione, varias *operum* PAV
LINI editiones recenſuit, ſed etiam Tom. II. var
PAVLLINI *elogia*, e variis ſcriptoribus, collect
Vranii *epiſtolam, vitam* PAVLLINI a Franc. Sacch
no conſcriptam, & VII. *Diſſertationes, ad eius, &*
operum hiſtoriam ſpectantes adiecit. Reperiuntur etian
in Ludouici Ant. Muratorii *Anecdotis, Mediol.* 1697
in 4. Tom. I. p. 157 ſqq. *quinque Diſſertationes d*
S. PAVLLINI *dignitatibus; de* S. PAVLLINO Cam
paniae *conſulari*; *de reliquis* S. PAVLLINI *geſtis*,
de tempore ſuſcepti a S. PAVLLINO *epiſcopatus; &*
de aedificiis Nolae *a* S. PAVLLINO *conditis.* Cum
his conf poterunt Scriptores a Jo. Alb. Fabricio
in *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. XV. p. 606 ſqq.
citati, Anton. Poſſeuini *apparat. ſacer* Tom. III. p.
15 ſqq. Guil. Caue *Hiſtor. litterar. Scriptor. eccle-*
ſiaſtic. p. 240 ſqq. Olai Borrichii *Diſſertat. II. de*
poetis latinis p. 74. Polycarp. Leyſeri *Hiſtoria poe-*
tarum & poematum medii aeui p. 53 ſqq. Andr. Chri-
ſtian. Eſchenbach *Diſſertat. de poetis chriſtianis ſacris*
Sect. II. §. XI. inter *Diſſertation. academicas* iunctim
Norimb. 1705. editas, p. 101 ſqq. Adr. Baillet *Ju-*
gemens des Savans Tom. III. P. I. p. 413 ſeqq.

Sed iam e diuerticulo iſto, in viam, & ad noſtram editionem reuertimur. Adiecit illi coronidis loco, typographus hoc epiſtolion: Mat-

Matthias Schürerius Heluetenſis *Studioſis Sal. Mos fuit apud priſcos, minime ignobiles, ſtrenas aut xeniola Calendis Januariis pro foelici ineuntis anni auſpicio quotannis, amicis miſſitare, quod tum ex hyſtoriographorum, tum poetarum monumentis notiſſimum eſt. Ego itaque cum erga ſtudioſos omnes quam optime affectus ſim, Haec chriſtiana* BIGI *carmina bonarum litterarum ſectatoribus velut pro ſtrena, aut (vt vulgi more loquar) natalitio donario emiſi. Vos grati eſtote, & bene valete, ſemper quae meliora ſunt ſequentes. Ex* Argentoraco.

Haec Chriſtiana LVDOVICI BIGI *opuſcula ſtamneis calamis* Argentoraci *emendatiſſime exſcripta ſunt. Decimo ſexto K. Februar. Anno a Natali chriſtiano. M. D. VIIII.* (1509) *Inuicto Caeſare* Maximiliano. *P. F. Aug. Romani imperii Habenas moderante.* Conf. Mich. Maittaire *Annales typograph.* Tom. II. p. 197.

CXCI.

THEODOLVS cum Commentario, in 4. folior. 65.

Quis THEODVLVS, ſiue THEODOLVS, vt in noſtro exemplari, litteris romanis impreſſo, legitur, fuerit, nondum conſtat. Sunt qui cum Honorio, auguſtodunenſi L. III. *de Scriptor. eccleſ.* Cap. XIII. p. 86. edit. Jo. Alb. Fabricii, Sigeberto, gemblacenſi *de Scriptor. eccleſ.* Cap. CXXXIIII. p. 108. Guilielm. Caue in *hiſtor. litterar. Scriptor. eccleſ.* p. 368. Caſimir. Oudino in *Commentar. de Scriptor. & ſcriptis eccleſ.* Tom. II. col. 480. Polycarp. Leyſero in *hiſtoria poetarum & poematum medii aeui* p. 293. Chriſtian. Schoettgenio in *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & infim. Latinit.* L. XVIIII. p. 653. THEODVLVM, natione fuiſſe Italum ſtatuunt, qui Athenis, ſtudiis

litterarum operam dederit, & ibidem, ad Epiſc dignitatem peruenerit. Cum gentiles & chriſtia diſputantes audierit, illum vtriusque partis colleg rationes, & in illud opus, quod *eglogam* ſiue *eclog* vocauit, contuliſſe memorant. Alii contra, vt Jo Trithemius *de Scriptor. eccleſ.* Cap. CLXXXV. p. Sixtus, ſenenſis, in *Biblioth. ſancta* L. IIII. p. 3 Anton. Poſſeuinus in *Apparat. ſacr.* Tom. III. p. 2 Andr. Chriſtian. Eſchenbach in Diſſert. *de poetis ch ſtianis ſacris* Sect. II. §. XXIII. l. cit. p. 114. Pr byterum & Epiſcopum Coeleſyriae illum fuiſſe adf mant. Sed illos erraſſe, ex eo ſatis dilucide adpar quod Honorius, auguſtodunenſis L. II. Cap. XC. Th odorum, quem Gennadius cap. XCI. THEODVLV adpellat, Presbyterum & Epiſcopum in Coeleſyria, THEODVLO, de quo heic agitur, diſertis verbis d ſtinguit. Conf. Joan. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* V. Cap. XLV. p. 546. Jo. Henr. Leichii *Annal. t pogr.* lipſienſ. p. 65. not. x). Qua ratione Anto Poſſeuinus, mira plane oſcitantia, ex vno ſcriptore tre fecerit, diuerſos, quorum duos priores Theodoros vo cat, iam animaduertit Guil. Caue l. cit. Refert Chriſtian Schoettgenius l. cit. ex Anton. Sanderi *Biblioth.* belgica *MSta* I. p. 139. quod in codice quodam MSto Joannes Chryſoſtomus, hoc opus compoſuiſſe legatur qui vt adrogantiam vitaret, adſumto THEODVLI nomine opus euulgauerit. Eadem plane leguntur, in *Commentario* editioni, quam recenſemus adiecto, vbi fol. I. haec verba oculis ſe obiiciunt: *Cauſſa efficiens eſt pene ignota. dicunt tamen aliqui quod* THEODOLVS *ipſum compoſuit. Alii dicunt quod* Joannes Chryſoſtomus *doctor Theologus eminentis ſcientiae. Alii dicunt aliter. Sed ſuper hoc non eſt curandum multum. Et ego credo quod* THEODOLVS *non ſit proprium nomen auctoris: ſed nomen nouiter inuentum & fictum, ſecundum proprietatem rei & materie: ſicut in comediis* dauus *quaſi* dans vana. *Cauſa finalis eſt vt videatur qualiter a pſeudo praedicatoribus*

bus & peruerſis hominibus, veritas ipſa ſaepe criminetur: tamen ipſa vincit falſitatem. Ex quo patet vtilitas operis. Hortamur enim in iſto libello amare veritatem & fugere falſitatem & mendacium: & credere quod falſitas a veritate ſuperatur. — *Titulus eſt talis.* Incipit liber vel aegloga THEODOLI. *Et iſte Titulus innuit quod* THEODOLVS *ſit nomen auctoris. Vel dicatur ſic. Incipit* THEODOLVS *vt* THEODOLVS *ſit nomen huius* aegloge: *ſicut* eunuchus *nomen vnius comoediae: ſicut etiam tragoedie propriis nominibus nominantur: ſicut etiam intitulatur quaelibet* egloga Virgilii. *Dicitur autem* THEODVLVS, *a* theos *quod eſt* deus, *&* dolus doli; *quia in in hac* aegloga, *agitur de veritate, quae eſt ipſemet deus: deus eſt prima veritas. & de dolo i. falſitate. Et pro latiori declaratione ſciendum eſt, quod* aegloga *dicitur eſſe vana deſcriptio buccolicorum: vt eſt materia humilis, mores predicans, per introductionem ruſticarum perſonarum, vt paſtorum, & dicitur ab* egle, *quod eſt* capra: *&* logos ſermo, *quaſi ſermo caprinus. i. humilis: vel quia a capris & talibus ruralibus poſſeſſionibus talis ſermo ſumitur.* Auctorem *Eclogae*, quisquis ille demum fuerit, ad poetas Seculi X. referendum eſſe, cum Guil. Caue & Jo. Alb. Fabricio, in notis ad Trithemii l. cit. ideo exiſtimat Polycarp. Leyſerus, l. cit. quod hexametris rhythmicis, ſiue leoninis *ecloga* ſit conſcripta. Ad ſeculum VI. autem THEODVLVS relatus fuit ab Olao Borrichio Diſſ. II. *de poetis latin.* p. 81. Inchoatur *ecloga* hac ratione:

Aethiopum *terras, iam feruida torruit aeſtas*
In cancro ſolis dum voluitur aureus axis
Compuleratque ſuas tilie ſub vmbra capellas
Natus ab Athenis *paſtor cognomine* pſeuſtis &c.

Perſonae colloquentes ſunt, Pſeuſtis, Alithia, Pronefis.

Quod ad *commentarium* adtinet, illum ab homine barbaro, qui prima grammaticae neglexerit rudimen-

ta, compilatum eſſe, particula a nobis excerpta, I
res docere poterit. Quis ille fuerit, dicere non
nemus. Multos enim, in THEODVLI *eclogam*,
mentarios conſcripſiſſe, ipſe memorat *commen*
auctor anonymus, cum hac ratione illum inch
Multi licet magno excellenti ingenio viri ad praeſ
libelli expoſitionem, ſe applicauerunt, tamen hau
iuria labor iſte quem aggredior ſuperuacuus atque
perſluus videbitur &c. Eminet inter commentat
Bernardus Silueſtris, Clericus traiectinus, circa anr
1110. clarus, cuius mentionem faciunt Sigebert. g
blacenſis Cap. CLXVIIII. p. 114. Anton. Poſſeui
Tom. I. *Apparat. ſacr.* p. 229. Caſimir. Oudinus
Commentar. de Scriptor. & ſcriptis eccleſ. Tom.
col. 1006. Caſpar. Burmannus in Traiecto *erud.*
Traiecti ad Rhen. 1738. in 4. pag. 25 ſeqq. vbi eti
varias bibliothecas nominat, in quibus Bernardi *co*
mentarius MS. adſeruatur. Stephanum praeterea I
tringtonum ſiue Petringtonum, eboracenſem, The
logiae Doctorem oxonienſem, & monachum carm
litanum, *Commentarium* in THEODVLI *eclogam* ſc
pſiſſe, teſtantur ſcriptores, quos produxit Chri
Schoettgenius l. cit. pag. 592. Is ipſe Stephanus P
tringtonus eſt, quem Jo. Lelandus in *Commentar.*
Scriptor. britannicis P. II. Cap. DXIIII. p. 429 ſeq
Patrendunum, & Anton. Poſſeuinus in *Apparat. Sac*
Tom. III. pag. 249. Chriſtophor. Hendreich in *Pan*
dect. brandeburg. p. 193. & Polycarp. Leyſerus l. cit
p. 299. Stephanum anglicum nominant, & *commentarium* in THEODVLI *eclogam* conſcripſiſſe perhibent. *Commentarium* in THEODVLI *eclogam*, ab Anonymo confectum, in bibliotheca Academiae Juliae MS. exſtare, memorat Polyc. Leyſerus l. cit. qui a noſtro diuerſus videtur, quod diuerſum illius ſit initium. Etſi plures THEODVLI inueniantur editiones, omnes tamen hodie rariores ſunt, propterea quod ſeculo XV. ad finem vergente, & initio ſeculi XVI. impreſſae fuerunt. Recenſet illas Chriſt. Schoett-

Schoettgenius l. cit. Noſtra, quae ſine die, vt aiunt, & conſule in lucem exiit, inter illas, locum non invenit. Inſeruit *eclogam* etiam M. H. G. quae litterae deſignant Melchiorem Haiminsfeldum Goldaſtum, *manuali biblico, Francof.* 1620. edito p. 22 ſqq. quam editionem, cum codice MS. academiae Juliae contulit Leyſerus l. cit. p. 296 ſqq.

CXCII.

VALERIVS MAXIMVS, cum commento Oliverii Arzignanenſis Vicentini, in fol. folior. 209.

Praemittitur editioni, cuius iam mentio facta fuit, in den *Merkwürdigk. der königl. Bibliotb. zu* Dr. Tom. III. p. 114. Petri Bruti, epiſcopi catharenſis *epiſtola, ad* Oliuerium *ſuum Oratorem clariſſimum.* & huius ad Petrum de Brutis *epiſtola* dedicatoria. Illas excipit *index auctorum*, quibus in *commentario*, Oliverius vſus fuit, *compendioſa vita* VALERII MAXIMI, & *rubricae libri* VALERII MAXIMI. In fine leguntur haec typographi verba: *Opus* VALERII MAXIMI *cum nouà ac praeclara* Oliuerii Arzignanenſis *viri praeſtantiſſimi examinata interpretatione: impreſſum* Venetiis *accuratiſſime per* Albertinum Vercellenſem *anno noſtri ſaluatoris M. CCCCC.* (1500) *die V. menſis iulii.* Quod ad exempla adtinet XXIIII. quae communi, & quaſi peruulgata opinione, a Manucio primum reperta dicuntur, illa in hac editione deſiderantur. Iſtam autem inuentionis gloriam perperam Manucio tribui, iam oſtendimus in *Analectis litterar. de libris rarior.* p. 1020. VALERIVM MAXIMVM, *cum* Oliuerii arzignanenſis *commentario*, poſt editionem *venetam* 1488. in fol. ſaepius lucem vidiſſe monuit Joan. Alb. Fabricius in *Bibliothec. latin.* L. II. Cap. V. p. 333. Conf. *Bibliothec. med. & infim. Latinit.* L. XIIII. p. 476.

CXCIII.

VALERII MAXIMI Moralium Exemplorum Libri Nouem, Summa Diligentia caſtigati, Ac fideliſſimis eruditiſſimorum virorum Oliuerii. ſ. Arzignanenſis, Jodocique Badii Aſcenſii commentariis enarrati, Quibus addita ſunt quatuor & viginti exempla, nuper aldi Manutii induſtria inventa, eiusdem Aſcenſii commentariis exornata. Cum duplici Indice, Altero quidem capitum, altero vero eorum quae toto opere notatu digna viſa ſunt. Inſunt praeterea Theophili Viri Eruditiſſimi Perutiles Lucubrationes, quae tibi non mediocri erunt (ſi huius autoris virtutes optime noſſe volueris) adiumento, Adiunctis etiam autoritatibus Liuii, Juſtini, Plutarchi, Dionyſii & multorum aliorum illuſtrium hiſtoriographorum, quae in aliis deerant. *Venetiis M. D. LVIII.* (1558) in fol. folior. 222. ſi praemiſſ. indices folior. 16. exceperis.

Quid in editione nitida, quae raro occurrit, praeſtitum fuerit, lectores, titulus prolixus, ſatis ſuperque docere poterit. Patria Oliuerius fuit vicentinus, literasque humaniores Venetiis docuit. Jacobus Leonicenus, quem *ſpirituali quadam neceſſitudine* ſibi coniunctum, ait, auctor ei fuit, vt commentarium, in VALERIVM MAXIMVM conſcriberet. Cum enim editio VALERII MAXIMI in lucem exiret, quae in titulo Omniboni Leoniceni *commentario illuſtrata* dicebatur, Jacobus Leonicenus, filius, id admodum aegre tulit, & Oliuerio perſuaſit, vt boni viri, gratique diſcipuli officium tueretur, & praeceptorem ſuum, quo poſſet ſtudio vindicaret, & a turpiſſima, qua commaculatus fuerat, nota liberaret. Fuerunt autem

tem' Pallacini cuiuſdam imperiti hominis *nugae*, a Calphurnio, nonſolum damnatae, ſed cum eius correctioni traderentur, ita reiectae, vt diceret, *ſe malle nova componere, quam tam mendoſa corrigere.* Nihilominus tamen impreſſores ex auaritia adducti, Omnibono illas *nugas* adſcribere auſi fuerant, *vt eius auctoritate venalior fieret ac pretioſior editio.* Haec omnia nos docuit ipſe Oliuerius arzignanenſis, qui ea, in *epiſtola* dedicatoria ad Petrum de Brutis, epiſcopum catharenſem, refert. Quis Theophilus *vir* ille *eruditiſſimus* fuerit, cuius *lucubrationes*, in noſtra editione reperiuntur, nos cum auctore der *Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu* Dr. Tom. III. p. 115. ignorare fatemur. Quisquis ille fuerit, mirifice eum depexum dedit Antonius Lenas, in editione VALERII MAX. quae hoc prodiit titulo: *Nicolaus Gorgonzola.* VALERII MAXIMI *Opus cum interprete* Oliverio: *& paucis annotationibus: quas* Arcadicus *ille ſub* Theophili *nomine marginibus inſcripſit. Id* Antonius Lenas *praeclarae indolis adoleſcens recognouit. eo videlicet conſilio; vt per eam occaſionem bicipitis illius monſtri latratus: & plus quam cerbeream rabiem coerceret: ſed Praeceptoris modeſtiae obtemperans ab incepto deſtitit: grauitate vindictae praeſentem lenitatem compenſaturus. In quo quidem opere ſi quae memoratu digna facile inuenire cupis: Index quem* Franciſcus Puteolanus *excogitauerat, ſine vllo errore commonſtrabit. Accedit & alter index vocabulorum, qui in proxima editione promiſſus non proſtat. Vale lector. Mediolani* 1508. in fol. folior. 224. Multis ſane & acerbiſſimis in iſta editione, Theophilum conuiciis petit, & illum plus vna vice *aſinum* adpellat *arcadicum*. Vid. die *Merkwürdigk. der koenigl. Bibliotb. zu* Dresden l. cit. Editioni noſtrae, typographus quidem nomen ſuum non adpoſuit, ſed illam apud Joan Mariam Bonellum, in lucem exiiſſe, certiſſime nobis perſuademus, cum litterarum charactères, iis ſimillimi ſunt, qui in Terentio, Virgilio, aliis-

 que

que auctoribus, in eadem officina typographica excuſis, conſpiciuntur.

CXCIIII.

Epitomata ſuper nouem libros VALERII MAXIMI de dictis factisque memorabilibus diligenter & accurate a Mgro: JOHANNE HONORIO *Cubitenſi* recollecta.

Epigramma Magiſtri Andree Fabani Landauienſis ad Candidum Lectorem.

Vt datur hybleis apibus laus multa laboris
  Cum ſtipant denſis aurea mella fauis
Cum repetunt vernis redolentia floribus arua
  Condere celeſtis cum iuuat artis opus
Sic age: ne dubites: pigeat nec: candide lector
  Huic operi eternum contribuiſſe decus.
Hic labor & ſtudium patet: hic agitatio mentis.
  Hic viget hiſtorie non moriturus honos.
Nectareos docti preſſit quos cura magiſtri
  Guſtabit ſuccos: hicque peritus eris.
in 4. folior. 62. & index folior. 6.

Quis JOANNES iſte HONORIVS, cubitenſis, ſiue, vt ipſe nonnunquam ſcripſit JOANNES HONORIVS CRISPVS, cubitenſis fuerit, ignoramus. Quod ſeculo XV. ad finem inclinante, & initio ſeculi XVI. Lipſiae vixerit, antiquorum auctorum, Ciceronis, Horatii, Senecae, aliorumque teſtantur opera, quae tunc temporis a Jacobo Thanner, & Martino herbipolenſi, impreſſa, eius potiſſimum ſtudio correcta, & commentariis illuſtrata dicuntur. Conf. Joan. Henric. Leichii Diſſert. *de origine & incrementis typographiae* lipſien-

lipſienſis, & *Annales typogr.* lipſien. paſſim. Quod igitur ille, in recentiſſima *lexici eruditorum* editione, non inuenerit locum, eſt omnino, quod valde miremur. VALERIVM MAXIMVM, in Epitomen, redactum, dicauit Vrſino cracouienſi, *diſcipulo ſuo.* In fine libri haec leguntur: *Epitomata in* VALERII MAXIMI *libros nouem dictorum factorumque memorabilium diligenter, & accurate a Magiſtro* JOHANNE HONORIO Cubitenſi *recollecta impreſſit* Liptzik *vir diligentiſſimus* Jacobus Abiegnus (Thanner) Herbipolenſis *Anno ſalutis 1503.* Haec verba excipit *Rerum & verborum index.* Repetitam libri exſtare editionem *Lipſiae per Jacob. Thanner* an. 1514 nos docuit Jo. Henr. Leichius in *Annal. typogr.* lipſiens. p. 81. not. c.)

CXCV.

PETRI RAMI, *Veromandui,* pro philoſophica Pariſienſis academiae diſciplina oratio ad Carolum Lotharingum, Cardinalem. *Pariſiis ex officina Ludouici Grandini, e regione gymnaſii Rhemenſis,* 1551. in 8. pp. 125.

In fine legitur: Pariſiis *excudebat* Matthaeus David, *Quinto Kalend. Septemb.* 1551. Conqueritur PETRVS RAMVS, in *epiſtola* ad Carolum lotharingum, Lutetiae Pariſiorum *in* Praelleorum *gymnaſio, decimotertio Calend. Martii 1550. ante paſcha*, ſcripta, quod ad decimum quintum Calend. Martii, cum prouocationis, (in qua delitefcere cogitauerit) diem adcuſator anteuertiſſet, & ad decimum tertium, denunciaſſet, coactus fuerit, ſubito in ſenatum venire, & colligere tam breui tempore, quae e tam multis voluminibus, in hac contentione, cum philoſophiae ariſtotelicae defenſoribus, occurrerant. Cauſſam, quam, in

hac oratione perorauit, ipſis, heic RAMI verbis,
ponimus, quae leguntur p. 6 ſeqq. *Cum quatuo*
cim abhinc annis philoſophiae ſtudiis ac dialectica
primis me totum magna animi alacritate dediſſem
eius artis vſum veterum & philoſophorum & orato
exercitationibus tantopere celebratum noſtris ſcholis
ſtituerem, in illo animi ardore malum quendam Geni
Academiae pariſienſi *& publicis eius commodis D*
quinto abhinc anno oppoſuit, a quo voluntas & cupi
tas noſtra, tam vehementer ad Academiam illuſtrand
inflammata mille modis turbaretur & vexaretur, &
permiſſum eſſet, extingueretur. Vexationis illius ca
mitates non repeto, ſed Deo Optimo Maximo ſumm
gratias habeo, quod illi malo Academiae Genio, bon
Genium & contrarium ad me ſuſtentandum, ſubleua
dum, miſeriisque illis omnibus liberandum Carolum L
tharingum Cardinalem *dederit. Ergo quarto abhi*
anno ad inſtitutum philoſophiae laborem redii, omniaq
deinde conſequuta tempora, in illo ſtudio poſui, & po
tis, oratoribus, philoſophis, omnisque generis authoribu
& ſcriptoribus publice declarandis & explicandis vſu
Dialecticae quantumcunque acerrimis ac perpetuis vigi
liis aſſequi potui, tantum docui & demonſtraui. Inte-
rim malus ille Genius, vel turbandis rebus aliis impedi-
tus, vel nondum ſatis idoneum noſtri vexandi inſtrumen-
tum nactus, quietos nos eſſe ſinit. Quarto tandem hoc
anno publicae authoritatis quendam pugiunculum neſcio
quibus ſuis artibus adeptus furere in nos rurſus incipit.
Adoleſcentulum audacem magnae dignitatis inſignibus
& viribus elatum & ſuperbum, voluntatis ſuae famu-
lum & miniſtrum reperit, per quem nos confictis & com-
mentitiis criminibus accuſat, quod in philoſophico ſtudio
non philoſophos, ſed contra leges academiae, pro philoſo-
phis poetas doceamus. Primum huic accuſatori, alienae
libidinis miniſtro ſupplicamus, quia nobis vehementer
ſuſpectus eſſet, ne, dum cauſſa noſtra diſceptaretur, ſen-
tentiam de nobis diceret, neue idem noſtrae cauſſae & ac-
cuſator & diſceptator eſſe vellet: reliquis deinde caete-

rorum

rorum ordinum hominibus haec crimina ficta & falſa eſſe reſpondemus, legesque Academiae a nobis obſeruari confirmamus, rogamusque vt gymnaſium noſtrum per probos & doctos homines viſitetur, & de noſtra diſciplina quaeratur, vt falſo crimine nos accuſatos eſſe conſtaret, etſi quid a nobis humanitus offenſum eſſet, vt nobis non modo non repugnantibus, ſed optantibus emendaretur. Hoc die nil amplius actum eſt. Poſtridie malus ille Genius per iudicem illum miniſtrum ſuum & certos homines ex eodem ſinu appoſitos, diſcipulos noſtros nulla diſquiſitione prius habita, indicta cauſſa, nulla iudicii forma in ſuo & priuato cubiculo condemnat: publicis & ſcholis & ſigillis & tabulis prohibet, omnibus denique Academiae muneribus & praemiis excludit & eiicit. Ab hac ſententia tam noua diſcipuli noſtri prouocant. Res prouocatione ex priuato iudicio in Julianenſe *philoſophorum comitium deducitur. Illic duo capita deliberationis fuerant, alterum de philoſophici curriculi tempore, alterum de libris, de quo vtroque nulla inter nos erat diſſenſio. Itaque (credo quod minor in ſacro loco nocendi vis malis Geniis ineſſet) vna omnium philoſophorum voce diſcipuli noſtri abſoluuntur, dummodo praeceptor eorum iureiurando confirmaret libros Academiae legibus definitos a ſe praelectos eſſe: id iureiurando per eum confirmatur; ſed tamen paulo poſt contra* Julianenſe *decretum nouis machinis in eodem illo domeſtico & familiari accuſatoris & damnatoris noſtri conciliabulo non diſcipuli vt antea, ſed nos eorum magiſtri oppugnamur. Accuſator enim per fraudem & falſam relationem duobus publicae deliberationis capitibus de ſuo tertium addit, de forma legendi: nosque hac ſuppoſititia relationem quaſi legitimam legendi formam violaſſemus, triſti quodam ſupplicis traductionis genere damnamur, vt in publicis ſcholis diſciplinam noſtram ipſi deteſtemur & abnegemus, impoſterumque iureiurando nil tale facturos eſſe confirmemus: ad diſcipulorum perfugium confugimus & vna prouocamus. Cauſſa igitur ad ſuperiores Academiae ordines ſecunda prouocatione deuoluitur.*

Hic

Hic cum nos euitandi tumultus cauſſa abſentes ex ſcripto cauſſam dixiſſemus, & accuſator & accuſatoris miniſtri per illum Genium impulſi, quamuis noſtris duabus apellationibus excluſi, tamen tertio iudicant & condemnant. Medici non liquere reſpondent, Jureconſulti ſcholas aperiri iubent, nec quicquam tot apellationibus interpoſitis adbuc pendentibus innouandum cenſent: primo Theologi quidem accuſatori aſſentiuntur: deinde tamen ad conſilium delectorum iudicum qui amplius cognoſcant, remittunt. Accuſator igitur tam turbulentis, tamque implicatis hominum ſententiis elatus tertiae damnationis occaſionem arripit, a qua cum ad delectos iudices veniſſemus, priores appellationes ſequuti & diſcipuli & magiſtri prouocamus, & quarto ſupplicamus, ne accuſator qui nos toties & accuſaſſet, & tam iracunde damnaſſet, & tot appellationibus noſtris reiectus nullum ſibi in cauſſa noſtra iudicii locum reliquiſſet, impoſterum de nobis iudicaret. Quod cum mihi & ipſe & eius quidam emiſſarii denegarent, ad illud oppreſſorum commune perfugium confugimus, a tanta violentia poſtremum magiſtri diſcipulique prouocamus. Habetis, Judices, quemadmodum in iſta naufragio iactati, & quibus fluctibus poene obruti ſumus. Vna appellationum, prouocationumque tabula adbuc ſuſtentamur: atque, vt ſpero, ſi veſtra nobis aequitas aſpirabit, ad portum ſalui, & incolumes deducemur. Malus academiae Genius multis miniſtris abutitur, libidine, inuidia, ignorantia, falſa fama, impudentia, auaritia, hic libidinem & effraenatam cupiditatem adhibuit. Attamen de tam multarum damnationum iniuria, de tot appellationum iure nil mihi differendum putaui. Haec vos tacente me ſatis ſuperque conſideraturos exiſtimaui, de re ipſa atque cauſſa potius & libentius diſputabo. Pro diſcipulis noſtris primum reſpondebo, deinde noſtrae diſciplinae rationes & firmamenta collocabo; eamque diſciplinam quam ſequimur, Academiae diſciplinam eſſe demonſtrabo &c. Conf. Niceron *Memoires* Tom. XIII. p. 273 ſqq. Inſerta fuit haec P. RAMI *oratio*, libro, cui titulus:

PETRI

PETRI RAMI *Profeſſoris regii & Audomari Talaei Collectanea, Praefationes, Epiſtolae, Orationes, Pariſiis* 1577. in 8. it. *adiuncta* P. RAMI *vita, per* Joannem Thomam Freigium, *cum Teſtamento, eiusdem* Baſilea, *pro* Ariſtotele *aduerſus* Jacobum Schecium *comparatione,* Joan. Benae *&* Frid. Risneri *Orationibus, Marpurg.* 1599. in 8.

CXCVI.

PETRI RAMI *Regii Eloquentiae Philoſophiaeque profeſſoris* oratio, initio ſuae profeſſionis habita, anno 1551. octauo Calend. Septemb. Ad Carolum Lotharingum Cardinalem. *Pariſiis, Ex typographia Matthaei Dauidis, via amygdalina, ad Veritatis inſigne.* 1551. in 8. pp. 35.

Et haec etiam *oratio*, niditiſſime litteris, quas currentes vocant, impreſſa, in collectione memorata invenitur. Tanto hominum concurſu recitata fuit, vt multi, a multitudine paene fuerint oppreſſi. Ipſe id teſtatur PETRVS RAMVS, in epiſtolio ad Cardinalem lotharingum, quod tale eſt:

Carolo Lotharingo Cardinali, *Mecoenati ſuo* PETRVS RAMVS S.

Mitto ad Te profeſſionis noſtrae praefationem, in tanta hominum frequentia habitam. vt non modo de concione permulti pene exanimati ſubducti ſint, ſed ipſum oratorem ex tam multiplici tamque denſo ſpiritu halituque orta rauis propemodum oppreſſerit. Itaque leges nonnulla quae duo millia hominum laudem tuae virtutis audientium, non audiuere. Vale.

Vitam PETRI RAMI plures expoſuerunt, inter quos eminet Theophilus Banoſius, qui edidit PETRI RAMI *Commentarium de religione chriſtiana Libris IIII. Francof.* 1576. & 1577. in 8. cui RAMI *vitam* prae-

praemiſit. - Joannes Thomas Freigius, *vitam* RAMI adiecit eius *praelectionibus*, *in Orationes octo conſulares*, *Baſileae* 1574. & 1580. in 4. Inſerta etiam fuit *Collectioni Collectaneorum, Praefationum* &c. quam ſupra memorauimus. Compoſuit praeterea RAMI *vitam* Nicolaus de Nancel, Trachyenus, quam euulgavit, cum *libro Declamationum*, *Paris. ex officina Cl. Morelli* 1599. in 8. edito. Cum his conf. meretur P. Baile *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. III. p. 2424 ſqq. Niceron *Memoires* l. cit. & Tom. XX. pag. 64. Error ſine dubio typographicus eſt, cum is *orationem* poſteriorem, quam memorauimus *Pariſiis* 1557. editam eſſe ſcribit. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. III. p. 87. 168. 217. Mr. Gibert *Jugemens des Savans ſur les auteurs qui ont traité de la rhetorique* P. II. p. 33 ſeqq. Jo. Launoii *de varia* Ariſtotelis *fortuna in academia* pariſienſi *liber*, quem cum Jo. Jonſii *de hiſtoria peripatetica diſſertatione*, & *ſchediaſmate de varia* Ariſtotelis, *in ſcholis proteſtantium fortuna*, edidit Jo. Herm. ab Elswich *Viteb.* 1720. in 8. paſſim. Chriſtianus Fridericus Lenzius *Hiſtoriam* PETRI RAMI, *Profeſſ. regii* pariſienſis, e cathedra philoſophica lipſienſi, publice propoſuit, & in lucem emiſit *Lipſiae* 1715. in 4. Legi etiam poterunt Scaeuolae Sammarthani *Elogia* Gallorum *Seculo XVI. doctrina illuſtrium* L. II. p. 100 ſqq. edit. *Iſenac.* 1722. in 8. Paull. Freheri *Theatrum virorum eruditione claror.* p. 1467. Chr. Breithaupt *Diſſertat. de tribus Logicae inſtauratoribus* RAMO, Verulamio, *&* Carteſio *Jen.* 1712. in 4. Peruulgata plerumque omnium eſt opinio, Jacobum Carpentarium, philoſophum, pariſienſem RAMO infenſiſſimum, ſicarios ſubornaſſe, qui P. RAMVM, in laniena pariſienſi, e medio ſuſtulerint. Omnia vero alia elucent, *e narratione*, quam *de cyclopica illa atque inaudita & execranda laniena quae facta eſt* Lutetiae, Aureliis, Lugduni, *& aliis in locis* Galliae, ſub Carolo Rege VIIII. die, qui Bartholomaei nomine, in faſtis, notatus erat, an.

Chr.

Chr. 1572. conſcripſit Joan. Guilielm. a Bonheim Aſſeſſ. Camerae & poſtea Conſiliarius caeſar. qui Aureliis, omnia ipſe oculis percepit. Cum haec *narratio*, typis nondum fuerit vulgata, particulam iſtam e codice manu exarato, quem poſſidemus, heic adiicimus. Ita vero ille: *Quod ad Dominum* RAMVM *attinet, ita ſe res habet. Is primum lytro 2000. coronatorum, vitam ſuam redemit, quos etiam perſoluit. Poſtea cum rex intellexiſſet,* RAMVM *nondum occiſum eſſe, expreſſe ſuis iniunxit, vt idem etiam interficeretur. Fuit is in aedibus ſuis occultatus, & ſe poſuerat inter funes lecti ſui & ſaccum ſtraminis. Nihilominus inuentus, miſerrime confoſſus & per feneſtram proiectus. Poſtea virilia ei exſecta, funibus cadauer per ciuitatem traxerunt, in aquam tandem proiecerunt: tertio die flumen eum ad littus pepulerat, vbi infantes* lutetiani *cadauer virgis ceciderunt. Eius mors cum Domino* Carpentario *annunciaretur, quocum propter* Ariſtotelem, *ab altera parte impugnatum, ab altera vero defenſum, perpetua lis erat, lacrymas fundere coepit, indigne ferens, tam doctum virum, qui acumine ingenii praecellebat, & propter eruditionem vbique terrarum celebris erat, vita priuari. Fuere literae quaedam in muſeo* RAMI *inuentae, ex quibus, multa arcana, colligi poterant. Inter reliqua vero, quae habuit, etiam* Cuiacii *ſcripta reperta ſunt, quibus totum ſe euangelicum declarat, ita vt & de vita* Cuiacii *magnum ſit periculum. Varia quoque* RAMO, Lutetiae *affixa fuere epitaphia, in ſummam ſui ignominiam.* Iſta ſane narratio plane aduerſatur illi, quae reperitur in *Commentariis de ſtatu religionis & reipublicae in regno* Galliae, vbi P. IIII. Libr. X. fol. 42 b. PETRVS RAMVS, Jacobi Carpentarii, *aduerſarii, opera, a mactatoribus quibusdam, e cellula, in qua latitabat, extricatus, depenſa primum pecunia, acceptis aliquot vulneribus, e feneſtra deturbatus, ilibusque effuſis, anxiis ictibus enecatus dicitur.*

CXCVII.

Poetarum famoſiorum pluriumque celebratiſſimorum virorum OCTAVII CLEOPHILI, *Fanenſis*, catalogus, elimatus cura Geor. Dottanii, Menigenſis. in 4. folior. 21.

Verſibus elegiacis opuſculum conſcriptum eſt, vbi poetas graecos & latinos celebriores, aliosque antiquitatis heroas, per ſomnium ſe vidiſſe fingit auctor. Alio nomine a ſcriptoribus nonnumquam excitatur, *de poetarum* nimirum *caetu*, *libellus*. Ita vero poema inchoatur:

Nox erat, & pleno fulgebat Cynthia *cornu*
Ibat & arctoo tardior vrſa polo
Feſſaque iam multo reſolutum membra ſopore
Curarum domitrix ceperat alta quies.
Ecce vagans, tandem florentibus applicor oris
Aut ſuit: aut vacue ſomnia mentis erant
Acrius geminis petit ethera verticibus mons
Menia ſidonie *qua poſuere manus*
Hic tibi bache *pater rauco ſonat ere* Cytheron
Hic Helicone *ſacri ſunt tibi* Phebe *lares*
Hic habitant claris nimphe Libetrides *antris*
Hic eſt Pieridum Theſpiadum*que domus*
Hic fons conſpicuis vatum celeberrimus vndis
Gorgoneus *celeri quem pede fecit equus* &c.

Opuſculo quidem neque typographi, neque loci, neque anni indicium additum eſt, illud tamen *Lipſiae a Martino herbipolenſi* excuſum eſſe, iſtius typographi inſigne, in fine conſpicuum, docet. Aliam exſtare editionem, *Lipſiae* 1501. *per* eumdem *Martinum herbipolenſem* impreſſam, Jo. Henric. Leichii *Annales typograph.* lipſienſ. p. 79. teſtantur. Editio omnium ſine dubio prima eſt, quam Cornel. a Beughem in *incunabulis Typographiae* p. 48. 1474. in 4. prodiiſſe ſcribit. Editio *pariſienſis ex aedibus aſcenſianis, cum*

notis

notis Badii 1503. memoratur in Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. p. 165. In *Catalogo Bibliothecae* tellerianae p. 432. editionem *Paris* 1505. in 4. inuenimus. Libelli etiam editionem, *Baſileae apud Frobenium* 1518. in lucem exiiſſe, prodit Joſias Simlerus in *Bibliotheca* p. 530. Floruit OCTAVIVS CLEOPHILVS, fanenſis, Seculo XV. & in primis ea aetate, qua Petrus, Laurentius, & Julianus Medices vixerunt. Eos enim ſeculi ſui fuiſſe Maecenates, his praedicat in poemate fol. 11. verbis:

Sed quamuis raros dent ſecula noſtra poetas
Dant Mecenates ſecula noſtra tamen
Temporis hoc vicium eſt non muneris: arma canenti
Innumere noto carmine dantur opes.
Munera non deſunt: deſunt qui munera ſumant.
Viuit adhuc tuſcis *regibus ordus eques*
Vrbs eſt tyrrhenas *inter celeberrima gentes*
Quam rapidus celeri perfluit amnis aqua
Alma virum tellus: qua non formoſior alter
Splendidior toto non manet orbe locus.
Aurea marmorei tendunt ſuper aſtra penates
Et tangunt nitidi ſydera ſumma lares
Nobilis hec medica *generatus origine* petrus
Regna colit: tuſcae *gentis & vrbis bonos,*
Coſmus *erat genitor terra bene notus in omni*
Quo non immenſo ſanctior orbe fuit
Hic dum vita eſſet, ſublimia templa Deorum
Et media celſos ſtruxit in vrbe lares
Hic & cunctorum numeroſa volumina vatum
Alta laudatas aede coegit opes
Quem morem inſtituit romana *primus in vrbe*
Pollio *temporibus magne poeta tuis*
Hic igitur multo donauit munere vates
Et doctis patulam prebuit vsque domum
Tandem ſuprema clauſus pia lumina nocte
Ethereos inter poſſidet aſtra deos

Excedit patrem natus: vincitque parentis
Officium: vinci gaudet & ipſe parens.
Ille ſui aſpiciens celo facta inclita nati
Sydereo grates ſoluit agitque Joui
Ergo iter ad ſuperos patria ſibi preparat arte
Natus: & humanas ſpernit & odit opes.
Hoſpitibus donat noua munera: donat egenis
Magnaque ab hoc patrius munera ciuis habet
Juſticie cultor: verusque in crimine iudex
Antiquum excedit religione Numam.
Ocia amat: damnatque feri certamina martis
Sola habet hoſtilis quis cadat arma furor
Hic ergo eſt noſtro Mecenas tempore: cuius
Doctiloquis domus eſt ſemper aperta viris
Etruscae *decus eſt & gloria gentis vterque*
Ortus & ethrusca *eſt alter & alter humo*
Pierios *vates pariter dilexit vterque*
Laudibus immenſis dignus vterque cani
Vndique confugiunt ad Petri *limina vates*
Limina dirceo *nobilitata choro*
Huic etiam ſimiles natos pia fata dederunt
Qui decus & mores osque parentis habent.
Laudatas fortis didicit Laurentius *artes*
Nec ſe deſidiae luxuriaeue dedit
Doctus equi fodere eratis calcaribus armos
Marcia*que audaci bella ciere manu*
Doctus & aeripides curſu preuertere ceruos
Doctus & hirſutos figere primus apros
Hic etiam magni ſectans veſtigia patris
Diligit aonidum pieridum*que choros*
Tu quoque ſacrarum ſtudioſo pectore iuli
Aere camenarum *numen & antra colis*
Priſcorumque legis generoſa poemata vatum
Et quicquid pulcri muſa latina tulit.
Mitis in omne genus. ſociosque benignus in omnes
Officio: patrum qui bene tendis iter &c.

Conf. Gerard. Joan. Voſſius L. III. *de Hiſtoric. latinis* Cap. X. p. 739. vbi Coſmum Medicen 1464.

Petrum

Petrum 1472. Julianum 1478. Laurentium autem 1492. mortuum eſſe adſerit. CLEOPHILO praenomen fuerat FRANCISCI, quod autem depoſuit, & OCTAVII, quo pater vſus fuerat, poſtea adſumſit. Multa reliquit ſcripta, cuius ipſe catalogum dedit, in *epiſtola* quadam, *ad* Fanenſes, anno 1490. ſcripta. Enumerant illa quoque Gerard. Jo. Voſſius, & Jo. Simlerus ll. citt. Eminent, inter illa, *Faneis, ſiue de bello* fanenſi, *& parta vrbi libertate* L. III. carmine heroico conſcripti, & editi *Rom.* 1490. *Epiſtolas amorum, ad* Juliam, ſub Bernardini Cillenii nomine Melchior Goldaſtus, inter *Catalecta* Ouidii *Francof.* 1610 in 8. edidit. Vero autem auctori FRANCISCO OCTAVIO (CLEOPHILO) vindicavit Janus Gruterus in *Delitiis poetar.* Italorum Tom. II. p. 136 - 145. Diem obiit OCTAVIVS CLEOPHILVS, ex veneno, quod ab vxoris patre, cum Medinae (Ciuita vecchia) commoraretur, illi propinatum fuerat, qui hac ratione, promiſſi illum dote, fraudare exiſtimauerat, anno 1490. aetatis anno XLIII. Illius *vitam*, data, quod aiunt, opera conſcripſit Franciſcus Polyardus, quem in *eruditorum lexico* fruſtra quaeſieris, fanenſis, quae exſtat in Joannis Fichardi *vitis illuſtr. Viror. Francof.* 1536. in 4. fol. 71 ſeqq. Conf. Scriptores ſupra citat. & Joan. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. latinit.* L. XIIII. p. 438. Lilii Gregor. Gyraldi *Dialog. de poetis ſui temporis* I. Tom. II. *Oper.* p. 386. vbi illum *ſuauem amatorem, nec illepidum*, nominat. Marcus autem Antonius Sabellicus, *de reparatione linguae latinae* Tom. IIII. *Operum* col. 331. edit. Coel. Secund. Curionis, *Baſil.* 1560. in fol. *multum quidem ingenii in illo, ſed amorum cantatorem, & ob id, minus celebrandum eſſe*, ait.

De editore haec adnotauit Joan. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & inf. Lat.* L. IIII. p. 187 ſqq. Georgius Dottanus, Oſtro-Francus *Profeſſor Theologiae in Academia* Lipſienſi, *ſuperſtes adhuc an. 1514. cuius*

haec ſcripta referuntur in Centuria Maderiana Cap. XLIX. *Carmen de quatuor euangeliſtis. Sermo verſibus concinnatus de S.* Paulli *laudibus. Poema ad iuventutem de curſu & breuitate temporis.* Aliud *contra aſores poetarum. Epitaphia & Epigrammata. Epiſtolae. Opuſculum de coloribus rhetoricis.*

CXCIIX.

Conſenſus orthodoxus Sacrae ſcripturae & veteris eccleſiae de ſententia & veritate verborum coenae dominicae adeoque de tota controverſia ſacramentaria, in certa capita diſtinctus, in quibus praeter veram huius myſterii doctrinae explicationem, etiam vere ſacramentarii errores ex perpetua articulorum fidei analogia, & genuino patrum ſenſu excutiuntur, atque ſimul excogitatae Dipnoſophiſtarum impoſturae deteguntur: Nunc denuo multis in locis contra quorundam Mataeologorum recentes impoſturas, auctus & recognitus. Acceſſerunt duo indices: alter rerum & verborum, alter perſonarum, patrum, ſcriptorum, ſynodorum, confeſſionum, quorum teſtimonia & ſententiae in hoc Opere citantur: item & haereticorum. Irenaeus L. III. Cap. IIII. Quodſi de aliqua quaeſtione diſceptatio eſſet, nonne oporteret in antiquiſſimas recurrere eccleſias, in quibus Apoſtoli conuerſati ſunt, & ab iis de praeſenti quaeſtione ſumere, quod certum & liquidum eſt? Hieronymus in Epiſt. ad Minerium Tomo IIII. Meum eſt propoſitum antiquos legere, probare ſingula, retinere quae bona ſunt, & a fide

ſide verae eccleſiae catholicae non recedere. *Tiguri apud Froſchouerum MDLXXXV.* (1585) in fol. pp. 411. exceptis praemiſſ. & indicibus folior. 36.

Titulus libri eſt, qui iamdudum rariſſimus, in auctione ittigiana, pretio 8. thalerorum, in Joan. Ludolph. Bünemanni *Catalog. libror. rariſſ.* p. 52. & in *Catalogo bibliothecae* Daniel. Salthenii p. 245. venditus dicitur. Originem illi dedit controuerſia vbiquiſtica, tanta animorum contentione, ſeculo inprimis XVI. ad finem labente, agitata, vt forte minus ſufficerent, multis in bibliothecis loculi, libris reponendis, qui a lutheranis & caluinianis Theologis, hac in controuerſia, euulgati fuerunt. Hiſtoriam controuerſiae, praeter alios dedit Rodolphus Hoſpinianus, tigurinus, qui anno 1598. in lucem emiſit *Hiſtoriam Sacramentariam, Hoc eſt libros quinque de coenae dominicae prima inſtitutione: eiusque vero vſu & abuſu in primitiua eccleſia: tum de origine, progreſſu, ceremoniis & ritibus miſſae, transſubſtantiationis, & aliorum pene infinitorum errorum, quibus coenae prima inſtitutio horribiliter in papatu polluta & profanata eſt: Cum refutatione Sophismatum & Argumentorum* Rob. Bellarmini Jeſuitae, *& aliorum, quibus profanationem hanc defendere conantur. Tiguri apud Jo. Wolphium Typis Froſchou.* in fol. pp. 603. & anno 1602. *Hiſtoriae ſacramentariae partem alteram, de origine & progreſſu controuerſiae ſacramentariae, de coena domini, inter* Lutheranos, Vbiquiſtas, *&* Orthodoxos, *quos* Zwinglianos *ſeu* Caluiniſtas *vocant, exortae ab anno nati in carne Chriſti Salvatoris M. D. XVII. vsque ad annum M. D. C. II. deducta; in qua etiam de origine & progreſſu* Vbiquitatis, *&* Libro Concordiae *agitur. ibid.* folior. 403. Conf. Chriſtophori Matth. Pfaffii *introduct. in hiſtoriam theologiae litterar.* L. III. in Epilog. p. 405. & 412ſqq.

412 ſeqq. & eiusd. *Commentarius de actis & ſcriptis publicis eccleſiae* wirtembergicae, *Tubing.* 1720. in 4. p. 76 ſeqq. *Conſenſus orthodoxus*, in nouem capita diſpertitus eſt, quorum argumenta retulit Rodolph. Hoſpinianus P. II. *Hiſtor. ſacramentar.* fol. 365. & Joan. Fabricius in *Hiſtoria bibliothecae* fabricianae Tom. II. p. 151. Praemittitur iſtis capitibus: *Ad omnes* Germaniae *eccleſias reformatas piorum, qui ſub* zwingliani & caluiniani *nominis inuidia, vim & iniuriam patiuntur, praefatio apologetica.* Primum liber lucem viderat *Heidelb.* an. 1574. in 4. quam editio excepit *tigurina* 1578. in fol. Editio, quae apud Chriſtophor. Matth. Pfaffium in *Hiſtor. litterar. Theolog.* l. cit. p. 415. memoratur, *tigurina* 1605 in fol. ſine dubio typothetarum errori originem debet, & noſtra eſt anni 1585. Cum Jacobus Andreae, librum, Theologorum würtenbergenſium, nomine, confutare adgrederetur, auctorem illius ignorabat, & a Theologis tigurinis compilatum eſſe, ſibi perſuadebat. Sed iam extra omnem dubitationem poſitum eſt, eum a Chriſtophoro Herdeſiano, halberſtadienſi, JCto, & ſyndico reipubl. norimbergenſis, viro magnae & excellentis eruditionis, fuiſſe compoſitum. Vita illius, data deſcribitur opera, in den *nützlichen und auserleſenen Arbeiten der Gelehrten im Reiche, Nürnberg* 1733. in 8. P. I. p. 11 ſeqq. Conf. praeter ſcriptores iam citatos Vincentii Placcii *Theatrum Anonymorum* p. 16. p. 101. & 102. Paull. Freheri *Theatrum viror. eruditione claror.* p. 898 ſqq. Eſromus Rüdingerus, Joachimi Camerarii gener, ob Caluiniſmum ſatis ſuſpectus, inter Annam Burgum, qui Annas du Bourg, ex Aluernia riomenſis, Conſiliarius parliamenti pariſienſis eccleſiaſticus, Pariſiis an. 1559. ob fauorem, erga Huguenotas, *au place de Greve*, e patibulo ſuſpenſus fuerat, vid. Burchard. Matthaei *Oratio de* Anna Burgio, *martyre, Viteb.* 1573. in 8. & Chriſtophorum Herdeſianum, inſtituit *paralleliſmum*, qui legitur in Ludouici Miegii *Monumentis*

pieta-

pietatis & litterariis, Francoſ. 1702. in 4. P. II. p. 61 ſeqq.

Inter confutationes *Conſenſus orthodoxi*, praecipuum tenet locum, opus quod inſcribitur: *Solida refutatio compilationis* Cinglianae *&* Caluinianae *quam illi* Conſenſum orthodoxum, ſacrae ſcripturae, & veteris eccleſiae, de controuerſia ſacramentaria, *appellarunt, in lucem ediderunt, & aliquoties recoxerunt. Conſcripta per Theologos* wirtembergicos: *in gratiam eorum, quibus gloria* Chriſti *ſeruatoris, & ſua aeterna ſalus cordi eſt. Acceſſerunt quoque duo indices: Alter rerum & verborum, alter perſonarum, patrum, ſcriptorum, ſynodorum, Confeſſionum, quorum teſtimonia & ſententiae, in hac refutatione citantur.* Tit. I. Cap. *Sunt enim multi inobedientes, vaniloqui & ſeductores, maxime qui de circumciſione ſunt; quos oportet redargui: qui vniuerſas domus ſubuertunt, docentes; quae non oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis, proprius ipſorum propheta:* Cretenſes *ſemper mendaces, malae beſtiae, ventres pigri. Teſtimonium hoc verum eſt. Quam ob cauſam increpa illos dure. Editio altera. Tubingae Excudebat Georg. Gruppenbachius MDXCIII.* (1593) in fol. pp. 530. except. praemiſſ. & indic. In opere, quod noſtra aetate ſatis rarum eſt, praefationi *Conſenſus orthodoxi*, praefatio, & nouem capitibus, totidem capita opponuntur. Prima editio in lucem exierat, *Tubingae* 1584. in fol. Auctor confutationis, vt iam diximus, fuit Jacobus Andreae, Waiblinga würtembergicus, Cancellarius tübingenſis, & theologus, qui linguarum latinae, graecae, & hebraicae cognitione, & multarum rerum ſcientia excelluit. Fatis conceſſit anno 1590. aetatis fere LXII. Vid. de illo Melchior. Adami *vitae Theologorum* germanorum p. 302 ſqq. Paulli Freheri *Theatrum virorum eruditione clarorum,* p. 277. qui ea, quae de illo commemorant, depromſerunt ex Jacobi Heerbrandi *oratione funebri, de vita & obitu* Jacobi Andreae *Tubing.* 1590. in 4. Cum illa, ibidem, & eodem tempore

prodiit Anton. Varenbuleri *Oratio de virtutibus* Andreae. Nepos Jacobi, Joannes Valentinus A dreae, edidit *Famam* andreanam *refloreſcentem*, Jacob. Andreae, *vitae, funeris, ſcriptorum, peregr tionum, & progeniei recitationem*, *Argentorati* 16 in 12. cui inſerta fuit p. 372 ſqq. Lucae Oſia *Predigt bey der Leiche* Jacob Andreae, *ſamt einen k zen ſummariſchen Bericht, welchergeſtalt derſelbe nen Abſchied von Magnif. D. Rectore und Senatu Vniverſitæt zu* Tübingen *chriſtlich und ſeelich gen men.* Idem Jo. Valentin. Andreae nomine ficti Leui Sutoris adſumto, euulgauit Jacobi Andreae *tam, hexametris expoſitam*, *Lunaeburg.* 1649. in Conf. Ludouic. Melchior. Fiſchlini *Memoria Theolo* wirtenbergenſ. P. I. 1710. in 8. p. 95 ſqq. Chriſto Matth. Pfaffii ll. citt. Joan. Fabricii l. cit. p. 152 die *unſchuldigen Nachrichten* an. 1716. p. 583 ſqq. ex MSto edita fuit *eine genaue Nachricht wegen* D. Andreae *Abſchieds von* Dresden. In Joach. Mül *Staatscabinet* VIII. *Oefnung* Cap. VIIII. p. 322 leguntur *beſondere Nachrichten von* D. Jacob. Andr *Herkunfft und Conduite in* Sachſen.

CXCVIIII.

ANDREAE FRICII *Modreuii* de Repub emendanda Libri quinque, recogniti & au Quorum Primus, de Moribus ſecundus, de L bus. Tertius, de Bello. Quartus, de Eccl Quintus, de Schola. Ad Regem, Senatum, P tifices, Presbyteros, Equites, populumque P niae, ac reliquae Sarmatiae. Quibus hac editi Secunda acceſſerunt praeter alia: De Eccleſia L ſecundus, lectu digniſſimus. Orationes item Epiſtolae. Cum locuplete rerum & verborum

morabil

morabilium indice: *Baſileae*, *per Joannem Oporinum 1559*, in fol. pp. 807. excepto indice, typographi *epiſtola* ad Daniel. Schilingum, & ANDR. FRICII carmine ad Nicol. Dluſium. in fine conſpicuo folior. 29.

Editionem libri oppido rari, optimam, data deſcripſimus opera, in epiſtola, ad Virum clariſſ. Abrah. Gotth. Kaeſtnerum, Matheſeos in Academia lipſienſi Prof. publ. extraord. amicum aeſtumatiſſ. quae legitur in *Geſammelten Briefwechſel der Gelehrten auf das Jahr* 1751. p. 737 ſqq. quam videſis. De editione prima imperfecta, *Baſil.* 1554. in fol. edita, vid. Jo. Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 288. *Analecta litteraria de libris rarior.* p. 352. die *Nachrichten von einer hälliſchen Biblioth.* Tom. VI. p. 546 ſqq.

CC.

ANDREAE FRICII *Modreuii*, *Secretarii Regii*, ſyluae quatuor. I. de tribus perſonis & vna eſſentia Dei, ad Sigismundum Auguſtum Regem Poloniae &c. II. de neceſſitate conuentus habendi ad ſedandas religionis controuerſias ad eundem Regem. III. de Jeſu Chriſto filio Dei & hominis, eodemque Deo & domino noſtro, ad Pium Papam V. IIII. de Homouſio, & de iis, quae huc pertineant, ad Jac. Vehanium Archiep. Gneſnenſem. Ex ipſius autographo expreſſae: Adiecta eſt quaeſtio theologica non diſſimilis argumenti, ab eodem auctore examinata. Omnia nunc primum in lucem edita. *Anno MDXC. menſe Julio*, in 4. pp. 274. ſi praefatio pp. 16. non numerata fuerit.

Inter ANDR. FRICII ſcripta, hoc eſſe rariſſimum teſtantur die *Nachrichten von einer* halliſchen *Biblioth.* l. cit. p. 324. vbi etiam argumenta, & fata libri ſatis prolixe & adcurate exponuntur, quam ob rem ab vberiore recenſione, nos abſtinemus. *Quaeſtio theologica*, cuius in titulo facta mentio, haec eſt p. 266 - 273. *quomodo vnio diuinae & humanae naturae* Chriſti *facta ſit in perſona non in natura, cum tamen eaedem prorſus res ſint natura & perſona in Domino Deo noſtro.* Quo liber loco impreſſus fuerit, nondum extra omnem dubitationem poſitum eſſe videtur. Chriſtoph. Sandius, qui librum in *Bibliotheca Anti-Trinitariorum Freiſtad.* 1584. in 8. p. 36 ſqq. deſcribit, ſe ex maiorum relatione accepiſſe, perhibet, editionem huius operis factam eſſe *Racouiae.* Sed contradicit illi Guſtau. Georg. Zeltnerus, in *Adnotat.* ad Martin Ruari *Epiſtolar.* Centur. I. Ep. XLVI. p. 177. & id *Baſileae* factum eſſe adfirmat. Quae Martini Ruari & Fauſti Socini, de FRICII *ſyluis* fuerit ſententia, e lo cis, ex eorum *epiſtolis*, in den *Nachrichten von eine* halliſchen *Biblioth.* l. cit. p. 325. prolatis, intellig poterit. Conf. Staniſlai Lubieniecii, *Hiſtoria refor mationis* polonicae, *in qua tum reformatorum, tum an titrinitariorum origo & progreſſus in* Polonia, *& fin timis prouinciis narrantur, Freiſtad*, 1685. in 8. L. II Cap. IIX. p. 221 ſqq. Chriſtian. Auguſt. Saligs *Vollſtä dige Hiſtorie der* augſpurgiſchen *Confeſſion* P. II. *Ha* 1734. in 4. L. VI. Cap. IIII. §. 26. p. 668. Sam. Fri Lauterbachs pohlniſcher *arianiſcher Socinismus*, *F & Lipſ.* 1725. in 8. p. 105 ſqq. P. Baile *Dictiona hiſtorique & critique* Tom. III. p. 1992 ſqq. not. B.

CCI.

Examen libri pontificalis, ſiue vitarum romana rum Pontificum, quae ſub nomine Anaſt Bibliothecarii, circumferuntur. Cuius occaſi

id

idem Anaſtaſius a calumniis Heterodoxorum vindicatur, ac in fine Bibliothecariorum apoſtolicae ſedis foecundus catalogus apponitur, ex quo nonnulla pro illuſtranda Hiſtoria eliciuntur. *Auctore* JOANNE CIAMPINO, *Romano*, *Magiſtro breuium gratiae*, *nec non maioris praeſidentiae abbreuiatore, ac in vtraque ſignatura Referendario. Romae, ex typographia Joannis Jac. Komarek MDCLXXXIIX.* (1688) *Superiorum permiſſu*, in 4. pp. 120. & 119. non numeratis foliis 7. prioribus.

JOANNES JVSTINVS CIAMPINI Romae anno 1633. natus, variis muneribus in curia romana admotus fuit, & multa edidit ſcripta, quibus magnam nominis famam ſibi parauit. Mortuus eſt anno 1698. aetatis anno LXV. Cum inter paſtores arcadas romanos, dum viueret, eſſet receptus, eo mortuo, Vincenzo Leonio, eiusdem ſocietatis paſtor, *elogium* illius, lingua hetruſca ſcripſit, quod legitur inter *le vite degli* Arcadi *illuſtri publicate da* Giov. Maria Creſcimbeni, *in Roma* 1710. in 4. P. II. p. 195 ſqq. Ex iſto *elogio* hauſit, quae retulit de CIAMPINI vita Niceron in *Memoires* Tom. IIII. p. 193 ſqq. & in der *deutſchen Ueberſetzung* Tom. IIII. p. 361 ſqq. *Opera* eius *omnia*, haud ita pridem, in vnum corpus collecta, *Romae apud Carol. Giannini* III. Tom. in fol. hoc titulo edita fuerunt: JOANNIS CIAMPINI, Romani, *Magiſtri breuium gratiae*, *litterarum apoſtolicarum maioris abbreuiatoris*, *ac in vtraque ſignatura referendarii, Opera in Tres Tomos diſtributa. Editio nouiſſima ceteris correctior & auctior. Acceſſerunt eiusdem* CIAMPINI *opuſcula quaedam ſelectiora: item Appendix, ſeu notae, in quibus nonnulla poſt eius obitum innouata recenſentur: ac demum auctoris vita, nunc primum ipſius operibus addita.* Sed ea non impedit editio, quo minus a rerum antiquarum aeſtimatoribus, ſtudioſe hodierno

dierno die conquirantur editiones priores, quae vam collectionem, & litterarum characteribus, qu exſcriptae ſunt, nitore, & figurarum quibus ſunt ornatae, elegantia, longe ſuperant.

Liber, qui ante oculos verſatur, raritatis iam gio notatus fuit a Cl. Vogtio, in *Catalogo libror.* p. 198. Dicauit illum CIAMPINI Raymundo C ſucchio, & Laurentio Brancato de Laurae R.E. dinalibus. Demonſtrat per XII. libri ſectiones v argumentis, *librum pontificalem*, non vnius eiusc que auctoris opera eſſe compoſitum, & Anaſta Bibliothecarium, nonniſi paucas romanorum Pon cum, nimirum Gregorii IIII. Sergii II. Leonis Benedicti IIII. & Nicolai I. vitas expoſuiſſe, ce autem, quae Gregorium praecedunt, & Nicol ſequuntur, diuerſis ab auctoribus fuiſſe conſc Verumtamen licet a pluribus exaratum codicem manorum Pontificum exiſtimet, nihilo minus v tographo, genuinisque e ſcripturis excerpto, n mam, ac ſummam fidem, ei, habendam eſſe ce praecipue cum propter antiquitatem, eximiae v rationis ſit liber, conſtantemque hiſtoriam conti quam tot ſeculorum conſenſu, eccleſia romana perit, vtpote quae litteris conſignata fuerit, a ptoribus, qui vel pontificibus, quorum geſta ſcrip coaeui, vel paullo iuniores fuerint. Conf. Nic ll. citt. p. 204 ſqq. & 369. Quae Friderici Spanh & Caſimir. Oudini, de *libro pontificali*, eiusqu ctore, fuerit ſententia, vid. in illius *diſſertatio papa femina, Lugd. Bat.* 1691. in 8. §. LX. p. 27 & *Miſcellaneor ſacrae Antiquitatis* L. V. Cap. IIX. *Operum Lugd. Bat.* 1703. in fol. col. 647 ſqq. in autem *Commentario de Scriptor. & ſcriptis eccleſ.* col. 258 ſqq. Conf. Emanuel. a Schelſtraten *D de antiquis* romanorum *Pontificum catalogis, ex q* liber pontificalis *concinnatus fuit, & de* libri po calis *auctore & praeſtantia*, quae in eius *Antiq*

ec

eccleſiae illuſtrata Tom. I. *Rom.* 1692. in fol. tertium locum occupat, Franciſci Blanchini, veronenſis *praefatio*, ſplendidiſſimae Anaſtaſii editioni, *Rom.* 1718. 1723. II. Tom. in fol. editae, praemiſſa.

In *Adpendice*, quam JOANNES CIAMPINI huic operi adnexuit, exhibet *R. E. Bibliothecariorum Catalogum*, ſecundum *chronologicum ordinem*, *cum nonnullis Diplomatum Datis*, *ex quibus varia eliciuntur, quae eccleſiaſticae Hiſtoriae plurimum lucis afferunt.* In prooemio in bibliothecae apoſtolicae originem inquirit, & Angeli Roccae, & Onuphrii Panuinii exponit argumenta, quibus ille bibliothecam iſtam a diuo Petro, hic vero ab eius ſucceſſore Clemente I. ortum habuiſſe, & a *bibliorum codicibus*, praeſertim *euangeliis*, *epiſtolis* Petri, Paulli, Jacobi, Joannis & Judae, nec non *apoſtolorum actis*, & Joannis *apocalypſi*, deinde *epiſtolis decretalibus*, vel *conſultationibus*, ſiue *conſtitutionibus ſynodalibus*, vel aliis id genus rebus, per ſummos Pontifices, Chriſti vicarios, & Petri ſucceſſores, incrementum paullatim accepiſſe, contendunt. Cum recentioribus temporibus munus ſubſcribendi diplomata, praecipue *Cardinalibus Bibliothecariis* fuerit demandatum, CIAMPINI demonſtrat, quod priſcis temporibus, id etiam ab aliis officialibus curiae romanae v. c. *primiceriis*, *diaconis*, *ſubdiaconis*, *ſcriptoribus apoſtolicis*, *cancellariis*, *vicecancellariis*, *Cardinalibus* & *Capellanis Pontificis*, adminiſtratum fuerit. Primus, quem *apoſtolicae ſedis Bibliothecarii* titulo inſignitum inuenit, eſt Laurentius, Presbyter Cardinalis tituli . . . . ſub Pelagio II. anno 580. Vltimus in CIAMPINI catalogo, qui dignus ſane eſt, qui ad noſtra tempora ab earum rerum perito perducatur, eſt Laurentius Brancatus, de Lauraea nuncupatus, qui munus *Presbyteri Cardinalis Bibliothecarii*, per liberam dimiſſionem Flauii Chiſii in manibus Innocentii XI. ſponte factam anno 1681. adeptus eſt, & eo, quo CIAMPINI librum edidit, illi adhuc praefuit. Hoc

quo

quo iam viuimus tempore, Bibliothecae vaticanae curam, eminentiſſimo ANGELO MARIAE, Cardinali QVIRINO, Principi, ad litterarum incrementa & immortalem Muſarum gloriam, vere nato, eſſe demandatam, nemo eſt qui neſcit.

CCII.

Parergon ad Examen Libri Pontificalis, ſiue Epiſtola Pii II. ad Carolum VII. Regem Franciae Ab Haereticis deprauata, & a Launoiana calumnia vindicata. *Cura & ſtudio* JOANNIS CIAMPINI *Romani Magiſtri Breuium Gratiae, Nec non Maioris Praeſidentiae Abbreuiatoris, Ac in vtraque ſignatura Referendarii. Romae Ex Typographia Ioannis Iacobi Komarek MDCLXXXIIX.* (1688) *Superiorum Permiſſu* in 4. pp. 38. exceptis tribus foliis prioribus.

Ediderat Fr. Vincentius Baro, Dominicanus, *Libros V. apologetici, pro religione, vtraque theologia, moribus, ac iuribus Ordinis Praedicatorum, aduerſus* Theophili Rainaldi *tres, totidem* Petri de Alua *libros, aliquot epiſtolas* Joannis Launoii, *expoſtulationes* Carterii, *aliosque*, in quibus, inter alia §. IIX. & §. XI. Launoium incuſat, quod *epiſtola* VII. verba *Epiſtolae* Pii II. ad Carolum VII. Galliae regem; *vnum a Te petimus chariſſime fili, vt* detractoribus *ſedis apoſtolicae, ſemper non credas, multa illorum paſſionibus tribuas,* interpolauerit, & pro voce *detractoribus*, ſubſtituerit *doctoribus*. Purgauit ſe ab hac Baronis criminatione Joan. Launoius Cap. XVI. *epiſtolae* VIIII. Partis V. ad Thomam Fortinum p. 471 ſqq. edit. *Cantabrig.* 1689. in fol. Illaque verba, ex editione *Operum* Pii II. *quae extant omnium, nunc demum poſt corruptiſſimas editiones, ſumma diligentia caſtigatorum, & in vnum*

corpus

corpus redactorum, Baſil. ex officina Henricpetri 1571. ſe excerpſiſſe, ibique pro *detractoribus, doctoribus* legi, adfirmauit. Impugnauit igitur Joannem Launoium denuo JOAN. CIAMPINI, & huius vocis immutationem in editione *Henricpetrina* 1571. *ab haereſi*, vt ait, *lutherana, profectam eſſe* pronunciare ſuſtinuit. Prouocat ad editiones *epiſtolarum* Pii II. antiquiores, nimirum ad *norimbergenſem impenſis Anton. Koberger* 1496. *mediolanenſem* eodem anno impreſſam; *lugdunenſem per Joannem Molin alias de Cambray* an. 1518. & tandem *Baſileenſem Henricpetrinam* an. 1551. *Operum* Aen. Syluii editionem, quae omnes pro *doctoribus* referant *detractores*. Dicauit hoc opuſculum ſuum CIAMPINI, Hieronymo Caſanata, R. E. Presbytero Cardinali. Conf. Niceron ll. citt. p. 205. & 369.

CCIII.

Ad Sanctiſſimum, Et Beatiſſimum Patrem D. N. Innocentium XI. Pont. Max. Coniecturae De Perpetuo Azymorum Vſu In Eccleſia Latina, Vel ſaltem Romana, Qua Occaſione Vox Fermenti in Melchiadis, & Siricii Decretis, Ac in Epiſtola Innocentii I. Rom. Pont. Aliique Veteres Eccleſiaſtici Ritus declarantur. *Auctore* JOANNE CIAMPINO *Magiſtro Breuium Gratiae, Ac in vtraque Signatura Referendario. Romae, Ex Typographia Joannis Jacobi Komarek. MDCLXXXIIX. Superiorum Permiſſu.* in 4. pp. 291. ſi folia 9. priora non computata fuerint.

Inſcripſit hoc opus JO. JVSTINVS CIAMPINI, vt e titulo iam patet, nomine Innocentii XI. Pontificis rom. In fronte, oculis ſe offert auctor, genibus flexis, Pontifici librum obferens, ab Arnoldo V. Weſter-

Weſterhout, nitidiſſime aere expreſſus. Imagini ſcripta ſunt verba: *Feretis primitias meſſis veſtrae ſacerdotem Leuit. XXIII, 10.* Quatuordecim liber ſoluitur capitibus, quorum argumenta haec ſi I. *Breuis diſſertatio quaeſtionis de* Azymo *a* Mich Cerulario *Patriarcha* conſtantinopolitano, *contra* tinos *excitatae, cum illius obiectionibus, ac* latino *reſponſionibus, ex quibus clare deducitur,* Jeſum C ſtum *dominum noſtrum, ſanctiſſimum eucharistiae ſa mentum, in* Azymo *inſtituiſſe.* II. *Qualis panis a ethnicos* romanos, *tempore primitiuae eccleſiae vſit fuerit,* azymusne *an* fermentatus. III. *Eccleſiam* nam, *ſingulis ſeculis in* Azymis *celebraſſe oſtend.* IIII. *Vox* Fermenti *in* Melchiadis *&* Siricii *decr ac in epiſtola* Innocentii I. *ad* Decentium *Epiſco contenta, in quo ſenſu a nonnullis ſcriptoribus acc ſit?* Examinantur in hoc capite ſententiae de Fermenti Anonymi apud Pamelium in *Liturgico la* Tom. I. p. 489. Petri Epiſcopi vrbeuetani, Fran Mariae florentini, Claudii Eſpenſaei, Latini Lat Jacobi Sirmondi, Cardinalis Bonae, Chriſtiani L Nicolai Cardinalis de Cuſa, Caeſaris Cardinalis ronii, Seuerini Bini, Theophil. Rainaldi, Fran a S. Auguſtino Macedo, Antonii Dadini Alteſſer Joannis Cabaſſutii, Antonii Auguſtini & Joannis billonii. V. Proponitur Joſephi Mariae Thon *Presb. regii priſci* Fermenti *noua expoſitio.* VI. *R luntur argumenta Eminentiſſimi* Bonae, *quibus pro intendit* Fermentum *in eccleſia* latina, *vsque ad ſchi* Michael. Cerularii, *vel per ea tempora, vſitatum fi* VII. *Auctoris ſententia de* Fermento *proponitur.* *De mixtione ſacrati vini cum vino non conſecrato, dicendum ſit?* VIIII. *Quid eſſet* Fermentum, *quod batur Sabbato in Conſiſtorio* lateranenſi; Thomaſi Fermento, *quod dabatur ante Palmas in Conſiſt* lateranenſi, *opinio.* X. *Sententia* Amalarii Fortun metenſis *eccleſiae Diaconi, de antiquo ritu immiſſi duarum particularum ſacrati panis, in calicem.* XI.

Bel

Beleth, *Theologi* pariſienſis, *&* Gulielmi Durandi, mimatenſis *Epiſcopi iudicium ſuper mixtione Corporis* Chriſti, *cum vino non conſecrato, in die paraſceues.* XII. *An antiquitus permiſſum eſſet Acolythis, ſacratiſſimam Eucharistiam deferre?* XIII. *de antiquitate* ordinis romani, ſiue *ritualis romani*, vbi illud, cum Melchiore Hittorpio, qui *Coloniae* 1568. in fol. ediderat, immemorialis antiquitatis, & a magiſtris romanae curiae, praeſcriptum eſſe, ſibi perſuadet, cum nimirum Stephano III. & Pipino primum, ac deinde Carolo M. adnuentibus, diuinas laudes & obſequia, romanis cantibus pſallere, gallica eccleſia exorſa eſt. XIIII. *de voce* Ruga. Haec vox non ſolum in *vitis Pontificum* rom. quae Anaſtaſio tribuuntur, ſaepiſſime occurrit, ſed in *ordine* etiam *romano* inuenitur, cum proceſſio deſcribitur, quae miſſa finita fieri ſolet, e presbyterio, in ſecretarium, vbi inter alia haec leguntur: *Poſt epiſcopos presbyteri, deinde monachi, deinde ſchola, deinde milites draconarii, id eſt qui ſigna portant: poſt eos baiuli, & ceraſtatarii, poſt quos acolythi, qui* Rugam *conſeruant, poſt eos extra praesbyterium, cruces portantes, deinde manſionarii iuniores, & intrat* (ſcil. Pontifex) *in ſecretarium.* Sub cenſuram vocata, quam de hac voce *Ruga* protulerunt, ſententia Jul. Caeſ. Bulengeri *de donar. Pontif.* L. II. Cap. 43. Claud. Salmaſii in *notis* ad Tertullianum *de pallio* cap. V. Franc. Mar. Torrigii *delle ſacre grotte* vaticane, *cioè narratione delle coſe più notabili, che ſono ſotto il pavimento della baſilica di* S. Pietro *in* Vaticano, *in Roma* 1635. in 8. P. II. p. 442. 471. & 500. Dominici Macri, in *Hierolexico*, Octauii Ferrarii in tr. *de origine linguae* italicae, Caroli du Freſne Domini du Cange in *gloſſario med. & infim. Latinit.* ſub voce *Ruga*, & in *Deſcript. vrbis* conſtantinopolitan. L. III. Cap. 73. Ciampini *Rugam* vocem, non latinam, ſed barbaram eſſe exiſtimat, quae ab Gallorum *rue*, quae latinis *via* eſt, originem ducat. *Rugam* igitur in *romano ordine* expreſſam nihil aliud omnino deno-

tare contendit, niſi *viam*, per quam iter, ac tran
ſit pontifici; ideoque munus Acolythorum fuiſſe
Pontificibus tranſitus a quopiam impediretur, c
officium, noſtra aetate, demandatum nouimus
moniarum magiſtris, qui veluti *ſpeculatores* inuigi
vt libera pateat via, per quam Pontifex tranſire p
Conf. Niceron p. 208 ſqq. & 368.

CCIIII.

Anti-Lutherus IVDOCI CLICHTOVEI, *portuenſis. Doctoris Theologi, Academiae rhiſienſis.* Tres Libros complectens. Primus, c tra effrenem viuendi licentiam, quam falſo lil tatem chriſtianam, ac euangelicam nominat therus, oſtendit eccleſiam ſanctam & eius pra des, conſtituendarum ſanctionum (quae oblig populum chriſtianum, & transgreſſores, p cati mortalis reos eſſe definiant) poteſtat habere. Secundus contra abrogationem miſ quam inducere molitus Lutherus, demonſtrat ſtinctos officiorum gradus, ac ordines eſſe in ecc ſia. Non omnes itidem chriſtianos eſſe ſacerdo & ſanctiſſimum euchariſtiae ſacramentum, quoc miſſa conſecratur, eſſe vere ſacrificium. Tert contra eneruationem votorum monaſticorum, qu inuehere contendit Lutherus, declarat religio rum vota, etiam perpetua, atque pro toto vi curriculo, recte fieri, idque viuendi in monaſt diſciplina inſtitutum, ſummopere eſſe comm dandum. Inſunt & primo egregii huius op libro, diſſolutiones quaedam contra Eraſmum I terodamum, de vno, aut tribus Dionyſiis, mi

b

bene ſentientem. *Anno M. D. XXV.* (1525) in 4. folior. 215. non numerat. praef. & indice folior. 12.

Titulus longo inſtructus ſyrmate, libri minus frequenter obuii, ab vberiore recenſione nos abſtinere iubet. Prior editio, quae poſteriorem raritate ſuperat, a JODOCO CLICHTOVEO *Pariſiis apud Simon. Colinaeum* 1524. in fol. edita, & Carolo Guilliardo, pariſienſis ſenatus Praeſidi dicata fuit. Vid. *Catalogus Bibliothec.* tellerian. p. 44. & Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. p. 648. In fine editionis, qua vtimur, haec legimus verba: *Expletum eſt hoc opus, contra* Lutherum, *in tres libros diſſectum, atque proelo excuſum apud florentiſſimum* colonienſis *academiae gymnaſium. In officina honeſti ciuis* Petri Quentell. *Anno ab incarnatione domini (qui obedientiae pietatis & religionis eſt amator) viceſimo quinto ſupra milleſimum & quingenteſimum* (1525) *ſexto kalendas Martias.* In Mich. Maittaire *Annal.* editionem fruſtra quaeſiuimus. Plura, qui de hoc libro ſcire cupit, adeat Adr. Baillet *Traité des Satyres perſonelles*, qui conſtituit Tom. VI. des *Jugemens des Savans* P. I. Chap. IIX. p. 400 ſqq. Louis Ellies du Pin *Bibliotheque des Auteurs eccleſiaſtiques* Tom. XIIII. p. 162 ſqq.

CCV.

De veneratione Sanctorum libri duo JUDOCI CLICHTOVAEI, *Neoportuenſis. excellentiſſimi Pariſienſis academiae Theologi.* Primus, honorandos eſſe ab eccleſia ſanctos, & ſedulo a nobis orandos, oſtendit. Secundus, rationes eorum, qui contendunt non eſſe venerandos, nec orandos a nobis ſanctos, diſſoluit. *Anno M. D. XXV.* (1525) in 4. folior. 68.

Liber, raritate minime ſecundus antecedenti libro, eodem anno 1525. *Pariſiis* primum editus eſt. Auctor illum inſcripſit nomine Ludouici Guilliardi, Epiſcopi tornacenſis. In fine haec pauca oculis ſe obiiciunt typographi verba: Coloniae *in officina honeſti ciuis* Petri Quentel, *Anno M. D. XXV. menſe Aprili.*

JODOCVS CLICHTOVEVS, ſiue, vt Gallorum lingua pronunciari ſolet, JOSSE CLIQVEDOVË, Neoportuenſis, (Newport) Flander, Jacobi Fabri, ſtapulenſis diſcipulus, collegii pariſienſis nauarraei, Doctor, & Canonicus carnotenſis, primus inter Gallos fuit, qui, vt Joan. Launoius P. II. *Ep.* V. p. 148. edit. *cantabrig.* 1689. in fol. teſtatur, e theologis pariſienſibus, contra Lutherum inſurrexit. Mortuus eſt Carnuti (Chartres) die XXII. Septembr. an. 1543. Vitam eius praeter ſcriptores iam citatos, breuibus expoſuerunt verbis Anonym. in *Addition. ad* Joan. Trithemii *Catalog. Scriptor. eccleſiaſt.* Cap. XXI. p. 238. edit. Jo. Alb. Fabricii, Anton. Poſſeuinus in *Apparat. ſacr.* Tom. II. p. 272. Joan. Launoius in *Hiſtoria gymnaſii* nauarraei, *Paris.* 1682. in 4. P. II. p. 668 ſqq. Conf. Joſ. Simleri *Bibliotheca* p. 429. Hermanni von der Hardt *autographa* Lutheri P. I. p. 42. Jo. Fabricii *Hiſtoria Biblioth.* fabric. P. I. p. 141. Theoph. Sinceri *Nachrichten von lauter alten vnd raren Büchern* p. 110 ſqq. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Lat.* L. VIIII. p. 507 ſqq.

CCVI.

Summa philoſophie Naturalis ALBERTI MAGNI per Tractatus Capitula & particulas pulcherrime diſtincta. Ita quod cuilibet legenti facile appareat quid quodque capitulum queque etiam particula in effectu ſibi velit.

Primus

Primus		Phiſicorum I
Secundus	Tractatus corre	de celo & mundo
Tertius	ſpondet libris	de generatione
Quartus		Metheororum
Quintus		de anima.

in fol. folior. 73.

A Joanne Henric. Leichio, liber litteris gothicis impreſſus, memoratur in *Annal. typogr.* lipſienſ. p. 76. Praemittitur illi *Epitaphium venerabilis* ALBERTI, *predicatorum Ordinis patris religioſiſſimi ac ſacrae theologie profeſſoris profundiſſimi, olimque* Ratisponenſis *eccleſie epiſcopi digniſſimi*, quod hic adſcribimus, quia paullo prolixius illo eſt, quod ab Iſ. Bullart, in *Academie des Sciences & des arts, contenant les vies & les eloges hiſtoriques, des hommes illuſtres, qui ont excellé en ces profeſſions, depuis environ quatre ſiécles, parmy diverſes nations de l'* Europe &c. *Bruxel.* 1682. in fol. Tom. II. L. III. p. 145. a Jacobo Burckhardo *de linguae latinae in* Germania *fatis* P. II. Cap. III. p. 120. a Chriſtophor. Aug. Heumanno in *actis philoſoph.* P. XVII. p. 757. & ab aliis adducitur:

Fenix doctorum. paris expers philoſophorum
Princeps verborum vas fundens dogma ſacrorum
Hic iacet ALBERTVS *preclarus: in orbe diſertus*
Pre cunctis certus aſſertor in arte repertus.
Maior Platone *vix inferior* Salomone
Quem tu Chriſte *bone doctorum iunge corone*
Annis bis denis minus actis mille tricenis
Chriſti *naſcentis. de corporis erit habenis*
Quinta poſt feſtum Martini *luce moleſtum*
Ore petendo Deum tranſiuit agens iubileum
Qui legit hos verſus mox ad tumulum retrouerſus
Inclina dicat collectam cum requieſat
Condidit iſte chorum preſul qui philoſophorum
Flos & doctorum fuit ALBERTVS *ſchola morum*

 Lucidas

Lucidus errorum deſtructor obexque malorum:
Hunc rogo ſanctorum numero Deus adde tuorum
Pontificum medius iacet ALBERTVS *tumulatus*
Hic ſtudium rexit quem Chriſtus *ad etbera vexit.*

Codici typographus, in fine ſua adpoſuit ſcuta, iisque verba adſcripſit: *Finis ſumme naturalium magni* ALBERTI *curſorie emendate in almo vniuerſitatis* Lyptzenſis *gymnaſio.* *Per baccalarium* Martinum Lanszperg *de* Herbipoli &c. *Anno incarnationis domini &c. 1. 4. 99.*

Vitam ALBERTI magni, lauingenſis Sueui, Doctoris pariſienſis, & Epiſcopi ratisbonenſis, qui aetatis anno LXXXVII. Coloniae diem obiit ſupremum, anno 1280. data, quod aiunt, deſcripſit opera Petrus de Pruſſia. Rudolphi de Nouiomago ord. Praedicator. *vitam* ALBERTI M. *Colon.* 1490. prodiiſſe teſtatur Michael Maittaire in *Annal. typogr.* Tom. I. p. 529. & Val. Andreas in *Biblioth.* belgic. pag. 800. Librum titulo *legendae* B. ALBERTI *magni Epiſcop.* ratisponenſ. *Colon. apud Jo. Koelhof* in 4. litteris gothicis non addito anni indicio, euulgatum eſſe memorat. Jacob. Quetif *de Scriptor. ordinis Praedicator.* pag. 871. Conf. Chriſt. Schoettgenii *Continuat. Biblioth.* fabrician. *med. & infim. Latinit.* L. XVII. p. 98. *Lexicon eruditorum* Tom. III. col. 1870. Recentioribus temporibus eius dedit *vitam* Bernardinus Gauslinus, feltrenſis, cognomine de Taruiſio celebris, Ordinis praedicator. hoc titulo: *Beatus* ALBERTVS Magnus, *gente* teutonicus, *natione* Sueuus, *patria* lauingenſis; *Epiſcopus* Ratisbonae *ex familia praedicatorum, recens laudibus illuſtratus, a religioſo einsdem familiae. Venetiis typis Georg. Valentini* 1630. in 8. Cum Ludouicus Viues ALBERTVM M. plus vice ſimplici ALBERTVM adpellauit *Grotum,* Chriſtoph. Auguſt. Heumannus l. cit. & Joan. Albert. Fabricius L. I. *Biblioth. med. & infim. Latinit.* p. 113. in eam inducti fuere ſententiam, vt crederent *Groti* ſiue *magni* cognomen, ALBERTO fuiſſe a familia inditum.

Cum

Cum vero extra omnem dubitationem poſitum ſit, ALBERTVM e nobili Comitum Bolſtadenſium ſtirpe, ortum fuiſſe, in medio relinquimus ſententiam, ab hiſce viris doctiſſimis prolatam. Nobis ſane eorum perplacet opinio, qui ob ſingularem rerum diuinarum humanarumque ſcientiam, *Magnum* illum dictum fuiſſe exiſtimant. Dicitur a beata Maria virgine quinque annis ante obitum impetraſſe, vt omnia, quae in philoſophia, rebus naturalibus, & mathematicis didicerat, obliuiſceretur, vt ſcilicet in ſola fide & charitate, non in philoſophorum opinionibus moreretur. Conf. Caeſar. Egaſſ. Bulaei Tom. III. *Hiſtor. academ.* pariſienſ. p. 162. Henric. gandauenſis *de Scriptor. eccleſ.* Cap. XLIII. p. 125. Jo. Trithemii *de ſcriptor. eccleſ.* Cap. CCCCLXVI. p. 114 ſqq. Anton. Poſſevini *Apparat. ſac.* Tom. I. p. 31 ſqq. Guil. Caue *Hiſtor. litterar. Scriptor. eccleſ.* p. 731. Joſ. Simleri *Bibliotheca* pag. 18. Jacob. Quetif. *de Scriptor. Ord. Praedicat.* Tom. I. p. 162 ſqq. & p. 275. Ambroſii de Altamura *Bibliotheca dominicana* p. 49 ſqq. Chriſtophor. Hendreichii *Pandect.* brandeburg. p. 85 ſqq. P. Baile *Dictionaire* Tom. I. p. 128 ſqq. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Latinit.* l. cit. A magiae ſuſpicione ALBERTVM liberare ſtuduit Gabriel Naudé in *Apologie pour tous les grands perſonnages qui ont été fauſſement ſoupçonnez de Magie* Chap. XIIX. p. 512 ſeqq. edit. *pariſ.* 1625. in 8. *Opera* ALBERTI M. in vnum corpus collecta prodierunt cura Petri Jammy, monachi Ord. Praedicat. gratianopolitani *Lugduni* 1651. XXI. Tomis in fol. Multa vero adhuc in Bibliothecis latent, opera MSS. quae lucem nondum viderunt publicam.

CCVII.

Excellentiſſimi artium & ſacre theologie doctoris domini EGIDII *Romani, Archipreſulis bituricenſis, ordinis heremitarum ſancti Auguſtini* in libros poſteriorum Ariſtotelis expoſitio. in fol. folior. 127.

In *prologo* AEGIDIVS romanus *ad venerabilem virum, ex* Anglorum *ſpectabili proſapia oriundum, dom.* Stephanum de Maulay, ſcribit, illius ſe potiſſimum, hoſce in Ariſtotelis *poſteriorum libros, commentarios*, hortatu compoſuiſſe. Antonius Poſſeuinus in *Apparat. ſacr.* Tom. I. pag. 22. *commentaria* vocat *egregia*, illa vero impreſſa eſſe. ignoraſſe videtur, ſicuti & Guilielmus Caue, qui in *Operum* AEGIDII romani indice, ne titulum quidem libri adtulit, quam ob rem in eam adducimur ſententiam, vt exiſtimemus, reliquis AEGIDII operibus, hunc librum eſſe rariorem. In fine editionis, litteris gothicis exſcriptae, quae a Michaele Maittaire in *Annal. typograph.* non memorata fuit, haec leguntur verba: Venetiis *per* Bonetum locatellum, *ſumptibus* Domini Octauiani Scoti *ſexto idus Maii* cIɔ *CCCCLXXXIIX.* (1488).

Si quis ab inſtanti circo defendere ſeſe
Aegida *vel cupiat* pallados *armigerae*
Hirſuta qui pelle tegor me vendicet & ſic
Romanum AEGIDII *nouerit ingenium*

Ramuſius Armi Catai. S.

AEGIDIVS COLVMNA, romanus, e ſplendida & illuſtri Columnenſium familia prognatus, Joannis de Columna, R. E. Cardinalis, qui anno 1244. obiit, abnepos fuit, & ob inſignes progreſſus, quos in philoſophia & theologia fecerat thomiſtica, *Doctoris fundatiſſimi* adeptus eſt cognomen. Varia munera geſſit eccleſiaſtica, tandemque anno 1296. a Bonifacio IIX. bituricenſium in Gallia Archiepiſcopus, & prouinciae aquita-

aquitanicae Primas conſtitutus fuit. Sunt inter Scriptores eccleſiaſticos, qui cum Auguſtino Oldoino in *Athenaeo* romano p. 32. illum in R. E. Cardinalium collegium cooptatum, & a Leone X. purpura cum titulo S. Matthaei in Merulana, quem poſtea cum titulo S. Marcelli commutauerit, ornatum fuiſſe perhibent. Sunt autem alii, qui illis contradicunt, inter quos eminet Ludouicus Donius d'Attichy in *Floribus hiſtoriae Collegii S. R. E. Cardinalium ab anno 1049. vsque ad annum 1660. Lutet. Paris.* 1660. III. Tom. in fol. Tom. I. pag. 371. Diem obiit ſuum AEGIDIVS Auenione, XI. Kalend. Jan. an. 1316. aetatis anno LXVIIII. Corpus Lutetiam Pariſiorum translatum, in auguſtinianorum aede repoſitum, & ſepulchrum hoc epitaphio ornatum fuit;

> HIC JACET AVLA MORVM, VITAE MVNDITIA; ARCHIPHILOSOPHIAE. ARISTOTELIS. PERSPICACISSIMVS. COMMENTATOR; CLAVIS. ET. DOCTOR. SACRAE. THEOLOGIAE; LVX. IN. LVCEM. REDVCENS. DVBIA, FRATER. AEGIDIVS. DE ROMA. ORDINIS. FRATRVM. EREMITARVM; S. AVGVSTINI. ARCHIEPISCOPVS. BITVRICENSIS, QVI. OBIIT. ANNO DOMINI. MCCCXVI. DIE XXII. DECEMBRIS.

Vid. de illo Anton. Poſſeuini *Apparat. ſacer* l. cit. Guil. Caue *Hiſtor. litterar. Scriptor. eccleſ.* pag. 753. Auguſtin. Oldoini *Athenaeum* romanum pag. 28 ſeqq. Caeſ. Egaſſii Bulaei *Hiſtoria academiae* pariſiens. Tom. III. pag. 671. Fratr. Sammarthanorum Gallia *chriſtiana* Tom. I. pag. 179 ſeqq. Natalis Alexandri *Hiſtoria eccleſiaſtica Secul. XIIII.* Cap. V. Artic. II. Tom. VII. p. 152 ſeqq. Jo. Alb. Fabricii *Bibliothec. med. & infim. Latinit.* L. I. p. 51 ſqq.

CCIIX.

Duodecim libri Metaphiſice ab ARESTOTELE *ſummo philozophorum principe* pro conſumacione tocius philoſophie editi: Per tractatus & capitula diſtincti. Summa denique diligentia emendati incipiunt. in fol. folior. 122.

Adornauit editionem litteris gothicis exſcriptam JOANNES PEYLICK de Czeytz, id quod haec verba in fine conſpicua teſtantur:

Condita pulchra iacent archana hic philoſophie
Magno que ſtudio ſcripſit ARISTOTELES.

Accipe iucundiſſime lector hoc preclarum opus ac diuinum ſummi dei auxilio foeliciter ad finem vsque perductum. Summo denique ſtudio Magiſtri JOANNIS PEYLICK *de* Czeytz, *vbi mendoſum viſum eſt! elimatum. Atque pro ſcholarium manuductione (vt vides) per tractatus & capitula diſtinctum. In quo ſiquid ad rem pertinens neglectum inueneris! gratioſe interpretare: quoniam non omnia poſſumus omnes. Impreſſum* Lyptzick *per baccalarium* Martinum Landspergk *de* Herbipoli. *Anno ſalutis Milleſimoquadringenteſimononageſimonono* (1499) *Die vero quartadecima menſis Martii.* His verbis typographi ſcuta adpoſita ſunt. Recuſum eſſe hoc opus anno 1503. & 1509. ſcripſit Jo. Henric. Leichius in *Annal. typogr.* lipſiens. pag. 75.

JOANNES PEILICKE, cizenſis, patre Bartholomaeo, ciuitatis cizenſis conſule prognatus, artium magiſter lipſienſis, Jureconſultus, Decretalium Profeſſor, Concilii Scabinorum Adſeſſor, & Senator lipſienſis fuerat. Eius *compendium philoſophiae naturalis* lucem vidit *Lipſiae* 1491. in fol. typis *Melchioris Lotteri* impreſſum, vid. Jo. Henr. Leichii *Annal. typogr.* lipſienſ. p. 65. Idem ſine dubio liber eſt, qui titulo *Compendii philoſophiae moralis* adducitur a Jo. Alb. Fabri-

Fabricio in *Bibliotb. med. & infim. Latinit.* L. VIIII. p. 333. & in *Lexico eruditorum* Tom. III. col. 1347. Poſterius nos docet illum ſeculo XV. exeunte, & initio Seculi XVI. floruiſſe. Herman. Buſchii *Epigramma in* JOHANN PEYLICK *Mamilinum, alias* Czeytz *art. doct. &* Miſnenſis *Juuentutis moderatorem*, exſtare L. III. *Carminum* adnotauit Jo. Henr. Leichius l. cit. not. r). Hoc cognomen *Mamilinus* ſine dubio a ſimilitudine vocis *Zeitz* cum Teutonum *Zitze*, quae latinis *mamma* eſt, originem duxit.

CCVIIII.

Libri duo Elenchorum ARISTOTELIS *philoſophorum principis*: per tractatus: capitula: & particulas diſtincti. oculataque elimati diligentia incipiunt.

Magiſter Johannes Martini Saganenſis ad Lectorem.

Sis memor etatis paucos que durat ad annos
  Humanis opibus nec reparanda venit
Ocia preterias celeſti odioſa zophie
  Mente ſub indocta nam fugit omnis honor
Quam cito laxa cutisque ignauos occupat artus
  Plorabis vacuos preteriiſſe dies.

in fol. folior. 28.

In calce libri legitur: *Finis ſecundi Elenchorum* ARISTOTELIS. *Anno dni. M. CCCCCIII.* (1503). Etiamſi typographus nomen ſuum non adpoſuit, gothicus tamen litterarum character ſatis luculentus, librum e Martini herbipolenſis typographica officina prodiiſſe, oppido teſtatur.

CCX.

CCX.

Summi philoſophorum principis ARISTOTELIS libri octo de phiſico auditu phiſicorum appellati. Nouiter correcti & bene emendati. Quibus vniuerſaliter & in genere totum negocium phiſicum & vniuerſalia philoſophie principia per que propter quid aliorum oſtenditur Continentur. in fol. folior. 90.

Codex litteris gothicis impreſſus, haec in fine refert verba: *Habes amate lector textum* ARIS. *de phiſico auditu denuo ſatis laborioſe emendatum vigilique diligentia Baccalarii* Martini herbipolenſis: Liptzenſis *ciuis. ibidem a nouo preſſum. Si quid tamen vicij humano errore. admiſſum fuerit cum beniuolentia radito atque inter legendum caſtigato. Non enim eſt qui omnia poſſit* &c. Hiſce verbis typographi inſignia conſpiciuntur ſubiecta.

CCXI.

Incipiunt libri *glorioſiſſimi Philoſophorum principis* ARISTOTELIS de Anima. in fol. folior. 30.

Neque a Michaele Maittaire, neque a Jo. Henr. Leichio, editionis, charactere gothico impreſſae, mentio facta fuit. In fine haec leguntur verba: *Expliciunt glorioſiſſimi libri* ARISTOTELIS Stragerite (Stagyritae) *filii* Nichomaei *de anima intitulati.* Liptzk *impenſis* Jacobi Thanners impreſſi. *Anno* 1502.

CCXII.

CCXII.

Textus quattuor librorum Meteororum ARISTOTELIS *philoſophorum facile principis* bene emendatus. Impreſſionum Ignee Aeree Aquee Terree docens cauſas & principia exquiſitiſſime. in fol. folior. *66*.

Praemittitur codici, charactere litterarum gothico exſcripto, cuius Jo. Henr. Leichius in *Annal. Typogr. Lipſienſ.* mentionem fecit p. 81. epiſtola, in qua *meteorologiam* hanc, Petrus Sidororius, hallenſis *minimus inter artium magiſtros, academie* Lipczenſis, *mendis etſi non omnibus: complurimis tamen: eripuiſſe*, atque in *officina:* Melchiar Lotters *oppidani* Lipczenſis *ad Dei laudem & ſtudioſorum profectum, caracteribus effigiari feciſſe* dicitur. In fine haec leguntur verba: *Libri quatuor Meteororum* ARISTOTELIS *philozophorum principis atque monarche.* Lypczk *in officina* Melchiar lotters *Anno MCCCCCIII.* (1503) *quinto ydus Mayas finem feliciter cepere.*

CCXIII.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ τα ἐυρισκομενα. ARISTOTELIS opera quae exſtant. Addita nonnunquam ob argumenti ſimilitudinem quaedam Theophraſti, Alexandri, Caſſii, Sotionis, Athenaei, Polemonis, Adamantii, Melampodis. In Tomi cuiusque fine adiecta varians locorum ſcriptura, e praecipuis editionibus; nonnunquam etiam e manuſcriptis codicibus: Emendationes quoque non paucae ex interpretum verſionibus, aliorumque doctorum virorum animaduerſionibus. Praeterea capitum index; & duo rerum ac verbo-

rum

rum notatu digniorum inuentaria, Latinum & graecum. Initio praemiſſa quaedam de ARISTOTELIS vita & ſcriptis, ex auctoribus tum veteribus tum recentioribus. Opera & ſtudio Friderici Sylburgii Veterenſis. *Francofurti apud Andreae Wecheli heredes, Claudium Marnium, & Joannem Aubrium MDLXXXVII.* (1587). Tom. XI. in 4.

Ita inſcribitur Tomus I. collectionis omnium *operum* ARISTOTELIS, quam ſatis raram eſſe, docet Joan. Ludolph. Bünemannus, in *Catalog. libror. rariſſ.* p. 105. Gottlieb. Stolle in der *Hiſtorie der Gelahrheit Jena* 1736. in 4. p. 376. not. d). *Supellex librorum* Maurit. Georg. Weidmanni P. I. p. 120. & *Catalog. Biblioth.* Salthen. p. 312. A recenſione omnium partium, e quibus omnis collectio componitur, nos abſtinemus, cum id multa ſollertia & adcuratione factum fuerit a Viro Cl. Dauid. Clement, in *Bibliotheque hiſtorique & critique* Tom. II. p. 95 ſqq. Duplex exemplar nobis ad manus eſt, quorum alterum e bibliotheca portenſi publica, alterum ab amico nobiſcum communicatum fuit. Vtrumque Tomo VII. qui *problemata* ARISTOTELIS complectitur, deſtituitur, qui etiam in iſtis exemplaribus deſiderabatur, quae cum Cl. Clement e bibliotheca electorali hanouerana, & bünemanniana, communicata fuerant. In exemplari, quod in bibliotheca adſeruatur portenſi, titulus, quem adſcripſimus, non legitur, ſed Tomo I. hic praefigitur titulus: ἈΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ Ὄργανον. ARISTOTELIS *Organum, ſiue Logicae Tractationes Omnes: Quarum numerum & ordinem ſequens pagella indicabit. Ad exemplaris fidem quod poſtremum* Lutetiae *excuſum eſt, diligenter emendatum, & in capita diſtinctum. Francofurti excudebat Andreas Wechelus, ſibi & Thomae Guarino M.D. LXXVII.* (1577). Praefationem praemiſit Simon

mon Grynaeus latinam, *ad Philologum.* Paginis hoc volumen conſtat 465. Deſiderantur etiam, quae in altero exemplari reperiuntur, ſi *excerpta de* ARISTOTELE *ex* Suida *&* Diogene laërtio exceperis, *praemiſſa de* ARISTOTELIS *vita & ſcriptis, ex auctoribus tum veteribus, tum recentioribus.* Cur Cl. Dauid Clement *ſcripta* ARISTOTELIS *rhetorica, ſecundum logices* adpellauerit *Tomum*, ignoramus. Tertiae partis titulus, exemplar. bibliothecae portenſis, ab altero etiam exemplari differt. ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ φυσικῆς ἀκροάσεως, βιβλία Θ. περὶ Οὐρανοῦ Δ. περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς Β. Μετεωρολογικῶν Δ. περὶ κόσμου Α. περὶ ψυχῆς Γ. περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν βιβλ. Α. περὶ Μνήμης καὶ ἀναμνήσεως Α. περὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως Α. περὶ ἐνυπνίων Α. περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς Α. περὶ νεότητος καὶ γήρως, καὶ ζωῆς καὶ θανάτου Α. περὶ ἀναπνοῆς Α. περὶ μακροβιότητος καὶ βραχυβιότητος Α. ARISTOTELIS *de phyſica auſcultatione, lib.* 8. *de Coelo* 4. *De Gener. & Corruptione* 2. *Meteorologicorum* 4. *De Mundo* 1. *De Anima* 3. *De Senſu & ſenſibilibus, lib.* 1. *De Memoria & reminiſcentia* 1. *De Somno & vigilia* 1. *De Inſomniis* 1. *De Diuinatione per ſomnum* 1. *De Juuentute, ſenectute, vita, & morte* 1. *De Reſpiratione* 1. *De Longitudine & breuitate vitae* 1. *Ad exemplaris fidem, quod poſtremum* Lutetiae *excuſum eſt, emendati. Francofurti Ex Typographia Andreae Wecheli M. D. LXXVII.* (1577). Ex praefatione Andreae Wecheli patet, quod hac parte initium operis imprimendi fecerit & ſpeciminis quaſi loco in lucem emiſerit. Tractatuum, qui in hac parte reperiuntur, quemlibet, nouo paginarum numero, Typographus orditur. *Varia* autem *locorum lectio*, in altero exemplari, in tractatus cuiusque fine addita, *index capitum, & rerum ac verborum notatu digniorum bina inventaria alterum graecum, alterum latinum* heic deſiderantur. Tomo VIIII. hic praefigitur titulus: ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ Ἠθικῶν Νικομαχείων βιβλία δέκα. ARISTOTELIS *Ethicorum, Siue De Moribus Ad* Nicoma-

comachum, *Libri Decem, Opera doctiſſimi Viri* Petri Victorii *emendati. Francofurti Ex Typographia Andreae Wecheli M. D. LXXVII.* (1577) p. 192. Petrus Victorius *praefationem*, & *diuerſitatem variarum lectionum* praemiſit, quae omnia quinque folia complent. Nullus huic parti index adiectus eſt. *Oeconomica* & *politica* ARISTOTELIS, quae in altero exemplari, vnum conſtituunt volumen, binas in exemplari portenſi faciunt partes ſingulares. Illa hac ratione inſcribitur: Ἀριστοτέλους οἰκονομικά. ARISTOTELIS *Oeconomica Siue de Rebus domeſticis. Francofurti. Ex Typographia Andreae Wecheli M. D. LXXVII.* pp. 33. Haec talem praefert titulum: Ἀριστοτέλους Πολιτικῶν βιβλία ὀκτώ. ARISTOTELIS *Politicorum, Siue de Optimo Statu Reipub. Libri Octo, Ex caſtigationibus* Petri Victorii *emendatiores facti. Francofurti Ex Typographia Andreae Wecheli. M. D. LXXVII.* (1577) pp. 230. Petri Victorii *praefatio* latina, ſcripta eſt *Idib. Quintil.* 1552. *Variae lectiones* praemiſſae, duas paginas & dimidiam complent. Reliqua omnia, quae in altero exemplari adiiciuntur, hic deſiderantur. Nonne haec titulorum diuerſitas, indicium eſt lucuIentiſſimum, duplicem exſtare *operum* omnium ARISTOTELIS editionem, quae *ex typographia Wecheliana francofurtenſi* in 4. in lucem emiſſa fuerit? Id quidem extra omnem poſitum dubitationem eſt, editionem poſteriorem, multo perfectiorem auctioremque eſſe priore: ſed litterarum characteres, quibus exſcripta eſt, paullo obtuſiores ſunt illis, qui in partibus conſpiciuntur anno 1577. editis.

CCXIIII.

ARISTOTELIS *Stagyritae* de arte rhetorica Libri Tres, Cum M. ANTONII MAIORAGII Commentariis. Additis nuper Graeco textu ad

ad ipſius MAIORAGII verſionem, & Petri Victorii ſententiam emendato: Noua Capitum diuiſione: Suis in ſingula capita argumentis: ſingulorum librorum, per tabulas oeconomia: nec non repletis lacunis, praeſertim in ſecundo, vbi multorum contextuum commentaria deerant. Per Fabium Paulinum Vtinenſem Philoſophum, & Graecarum Literarum Pub. Venetiis Doctorem. Cum duplici Indice, altero Capitum, altero Rerum, & verborum locupletiſſimo. Ad Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. S. R. E. Cardinalem Ampliſſimum Auguſtinum Valerium Epiſcopum Veronenſem. *Venetiis Apud Franciſcum de Franciſcis, Senenſem, M. D. XCI.* (1591) in fol. folior. 270. praemiſſis & indicibus folior. 28. exceptis.

Liber in Germania nunquam recuſus, raro, noſtra aetate, inuenitur, quae enim *paraphraſis* MAIORAGII *Baſileae* 1554. expreſſa in fol. a Jo. Alb. Fabricio L. III. *Biblioth. graec.* Cap. VI. p. 127. memoratur, non ad *libros* ARISTOTELIS *rhetoricos* ſpectat, vt quidem vir Cl. Joan. Petrus Kohlius, in praefat. *de vita & ſcriptis* MAIORAGII, *Deliciis epiſtolicis Lipſ.* 1731. in 8. editis, praemiſſa, exiſtimare videtur. *Paraphraſin in libros* eſſe ARISTOTELIS περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, & περὶ οὐρανοῦ, diſerte prodidit Jo. Alb. Fabricius l. c. & Niceron in *Memoires* Tom. XLI. p. 283. Conf. *Catalogus librorum per* Joannem Oporinum *excuſorum*, Andr. Jociſci *Orationi, de ortu, vita, & obitu* Joan. Oporini, adiectus, vbi *paraphraſis* memorata quidem adducta, nulla autem in *libros rhetoricos* adlata fuit. *Explanationes* ſiue *commentarii* MAIORAGII, *in libros tres* ARISTOTELIS *rhetoricos*, primum in Italia, MAIORAGIO iam mortuo, in lucem prolati fuerunt, ab eius amitino

Primo Comite *Venetiis* 1572. in fol. pp. 458. vid. Niceron l. cit. p. 284. Editionem, quam e bibliotheca portenſi publica perluſtrauimus, vt titulus prodit, Fabius Paulinus, qui philoſophus & medicus vtinenſis, non *typographus* fuit, vt Cl. quidem Kohlius l. cit. p. 83. exiſtimat, curauit. In ſecunda tituli pagina, conſpicitur M. ANTONII MAIORAGII imago, anno 1555. cum annum ageret aetatis XLI. nitidiſſime ligno inciſa. Sub illa collocatus fuit, *Operum* MAIORAGII *editorum*, *edendorum* & *inchoatorum elenchus*. Fabii Paulini *epiſtolam* dedicatoriam excipit, Primi Comitis *epiſtola*, *Mediolani Kal. Januar.* 1571. ſcripta, qua Fratribus Arcimboldiis, Antonello Protonotario apoſtolico, & Senatori regio, & Joanni Candiae & Vallegii domino, eam potiſſimum ob cauſſam, editionem primam, *explanationum* MAIORAGII dicauit, quod MAIORAGIVM domus Fratrum Arcimboldiorum, alumnum olim exceperat. Hanc *epiſtolam* ſequitur, MAIORAGII *praefatio*, *in tres* ARISTOTELIS *libros*, *de arte rhetorica*, *index capitum*, & *tabula oeconomiam trium librorum complexa*. Operi ipſi adiicitur *index rerum & verborum locupletiſſimus*, *quae in toto opere continentur*. Niceronus nullam huius optimae editionis notitiam habuiſſe videtur, id quod inſignem illius raritatem valde confirmat. Recentiorem editionem *Patauii apud Joan. Cagnolum* 1689. in 4. *nitide* quidem, ſed *vitioſiſſime* impreſſam, a Joan. Alberto Fabricio, habuiſſe ſecum communicatam teſtatur Cl. Kohlius l. cit. Incredibile eſt, quot virorum doctiſſimorum elogiis hoc MAIORAGII opus condecoratum fuerit. Silentio iam praeterimus Andreae Schotti, Daniel. Georg. Morhofii, Ludouici Moreri, aliorumque teſtimonia, & vnum, quod illi tribuit Cl. Kohlius heic repetimus encomium. *Theſaurus*, ait l. cit. p. 82. *potius eloquentiae variaeque eruditionis*, *quam liber appellandus eſt hic* MAIORAGII *commentarius. In hunc enim quidquid propemodum habuit doctrinae quodcunque*

cunque ſibi comparauerat artificii rhetorici longo rerum vſu acquiſiti ac confirmati, non ſine ſumma diligentia congeſſit. Nec falluntur profecto illi, qui eorum omnium, quae nobis reliquit MAIORAGIVS, *ſcriptorum princeps ac praecipuum hoc appellant, omnium recentiorum* Hermolai Barbari, Georgii Trapezuntii, Caroli Sigonii, Petri Victorii *commentariis, doctiſſimis licet multoque ſtudio elaboratis, doctrinae non tantum apparatu, ſed & nitore ſtili, interpretationisque perſpicacia longiſſime anteponunt* &c. Inter tot autem MAIORAGII admiratores, aduerſariùs quidam inſurrexit Natalis Comes, qui paullo iniurioſior in eum fuiſſe videtur, cum L. VIIII. *Mythologiae* Cap. V. p. 970. edit. *wechel.* 1574. in 8. plagii eum poſtularet, & ſcriberet: *qui locus* (ARISTOTEL. L. III. *rhetor.*) *cum ante noſtram aetatem legeretur deprauatus,* Petri Victorii *Patricii* florentini, *ac viri clariſſimi ingenio eſt integritati reſtitutus, vt mihi, cum eſſem* Florentiae, *multis rationibus probarunt viri quidam eximiae integritatis & eruditionis, atque in primis* Vincentius Borghinus, *vir omnium, quos vnquam cognoui, multiplici rerum cognitione praeſtantiſſimus, horum grauium teſtium auctoritate commotus non potui non ſummopere improbare* M. ANTONII *cuiusdam* MAIORAGII, *neſcio impudentiam ne appellem, an exquiſitam ambitionem; qui omni explicatione prope* ariſtotelicae *artis ipſius* Victorii *ſcriptis accepta, vt ex iisdem viris illuſtribus cognoui, ex hac emendatione elatus, mox alibi in* Victorium *ipſum non ſemel inſultauit, & per loci huius correctionem viros omnes clariſſimos ſuae aetatis inſectatus eſt: atque in primis* Hermolaum Barbarum, *virum praeſtantiſſimum* &c. Veſtigia Natalis Comitis legiſſe videtur Mr. Gibert, Academiae pariſienſis Rector, & rhetorices in Collegio mazariniano Profeſſor, qui in *Jugemens des Savans ſur les Auteurs, qui ont traité de la Rhetorique* P. I. p. 65. cum de commentatoribus in *libros* ARISTOTELIS *rhetoricos*, exponit, de MAIORAGIO

 hac

hac ratione ſcribit: *Cet auteur* (Petrus Victorius) *eſt également profond, judicieux, exact & modeſte. Il n'a pas fait la traduction de l'Ouvrage, qu'il commente; on peut la tirer de ſon Commentaire.* MAIORAGIVS *l'a faite, & l'a accompagnée d'un Commentaire auſſi long que celui de* Victorius. *Il copie même* Victorius *presque par-tout mot pour mot; il a pourtant cela de propre, qu'il ramaſſe les idées de divers Auteurs, ſur les mêmes préceptes, & qu'aux préceptes, il joint ſouvent des exemples: il montre beaucoup d'érudition:* Victorius *n'en a pas moins.* Conf. P. Baile *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. III. p. 1883. not. H. Sed dedit MAIORAGII defenſionem Cl. Kohlius l. cit. p. 84 ſqq.

Catalogum Scriptorum, qui vitam ANTONII MARIAE COMITIS, ſiue DE CONTI, qui a patria Maioragio, pago haud procul ab vrbe mediolanenſi ſito, MAIORAGII adſciuit cognomen, & cum Academiae Hetruſcorum *degli Transformati* adſcriberetur, nomen ANTONII MARIAE, in MARCI transformauit ANTONII, anno 1514. nati, & poſteaquam Profeſſoris eloquentiae mediolanenſis munere, magna nominis fama functus fuerat, anno 1555. aetatis autem anno XLI. mortui, ad poſteros transmiſerunt, inuenies in *Memoires* de Mr. Niceron l. cit. p. 285. in praefatione Cl. Kohlii, ſaepius citat. p. 2 ſeqq. Conf Marquardi Gudii *epiſtolae*, in quibus non ſolum nonnullae M. ANTON. MAIORAGII, ſed etiam virorum doctiſſimorum & clariſſ. ad MAIORAGIVM, & ad alios paſſim inſertae fuerunt epiſtolae, quibus vita MAIORAGII mirifice illuſtratur.

CCXV.

PETRI VICTORII Commentarii in VIII. Libros ARISTOTELIS De optimo Statu Ciuitatis.

tatis. Poſitis ante ſingulas declarationes Graecis verbis Auctoris: iisdemque ad verbum Latine expreſſis. Acceſſit rerum & verborum memorabilium Index pleniſſimus. *Cum gratia & priuilegio. Florentiae, apud Juntas* cIↄIↄ LXXVI. (1576) in fol. pp. 698. exceptis praemiſſis & indic. folior. 23.

Librorum, quos conſcripſit PETRVS VICTORIVS, editiones in Italia excuſae, non ſolum litterarum elegantia, qua editiones in Germania repetitas, ſuperant, ſed etiam raritate, rerum aeſtimatoribus ſe commendare ſolent. Hunc ſane librum, inter rariſſimos iam retulit Joan. Ludolph. Bünemannus, eique ſatis magnum in *Catalogo libror. rariſſimor.* p. 95. ſtatuit pretium. Conf. Cl. Vogtii *Catalog. libror. rariſſ.* p. 709. Is autem Gabrieli Naudaeo in *Bibliographia politica* p. 247. edit. quae cum Degorei Whear *Relectionibus hyemalibus, Cantabrig.* 1684. in 8. euulgata fuit, *recte & doctrinae facilitati, & ſtudiorum praeterea ſuorum vtilitati conſuluiſſe videtur, qui* Danielis Heinſii *paraphraſin, in libros* ARISTOTELIS *politicos, vna cum editis e regione* Zwingeri *&* P. VICTORII *commentariis, ſibi addiſcendum & euoluendum propoſuerit.* Quibus cauſſis PETRVS VICTORIVS adductus fuerit, vt Franciſco Medici, Magno Etruriae Duci, hoc opus ſuum nuncuparet, hiſce verbis, initio *epiſtolae* dedicatoriae expoſuit: *Multae ſunt cauſae, & illae quidem magnae, ac iuſtae princeps optime, quae me hortatae ſunt, vt hoc vigiliarum mearum munus, ad te mitterem: &, ſiquid honoris inde ac laudis ad me peruenire poteſt, tibi largirer, atque honeſtiſſimo tuo nomine conſecrarem. vt autem omittam nunc, quod tibi multis modis debeo: liberalitateque tua grandi ſum vſus in neptibus collocandis, quod beneficium quam magnum ſit, intelligere facile potuere, qui aliquando eguerunt, benignitateque ali-*

cuius ſubleuati ſunt, illud me magis mouet, quod fungor officio, facioque, quod neceſſe eſt ab omnibus probetur, ac magno conſilio geſtum eſſe exiſtimetur: ſum enim cupidus verae laudis, laetorque non parum, cum audio iudicium meum commentari. Quomodo autem non probabitur, opus de optimo ſtatu ciuitatis, a ſummo philoſopho ſcriptum, ad eum miſſum eſſe, qui clauum tenet trium ampliſſimarum ciuitatum, vt alias multas relinquam, antiquas ac nobiles, ſiue quae ſe in fidem his commendarint, ſiue quae in ditione ipſarum poſitae ſint: & , vt illae rectum curſum faciant, ſaluaeque in portum vehantur, plurimum laborat: idemque excultum animum habet ſcientia artium optimarum, ceteraque monimenta magni huius doctoris cognouit; in primis autem ſapientiae partem illam, quae bene viuendi praecepta dat, & non ſolum tradit priuatae vitae, cum laude degendae rationem, ſed etiam reipublicae, recte regendae prudentiam: Latinum *vero* Graecum*que ſermonem, neceſſarium ſcientiis exquiſite perdiſcendis, puer adhuc hauſerit. Haec igitur, non inuitum tamen, me traxerunt ad hoc faciendum;* &c. Matrimonio ſibi iunxerat iſte Franciſcus Medices vxorem, Maximiliani Caeſaris ſororem, qui illum, vt PETRVS VICTORIVS, ait, *decreto ſuo magnum* Etruriae *ducem adpellauit, itaque adpellari ab omnibus voluit*, quo ſimili gradu honoris, antea Coſmus, pater Franciſci, a Pio V. pontifice maximo decoratus fuerat. *Indicem rerum ac verborum* fecit, vt VICTORIVM hoc labore leuaret, Benedictus Bectius, *latinarum*, vt a Victorio vocatur, *& graecarum litterarum, vt artis quoque dicendi bene peritus, ipſarumque doctor adcuratus.* Iſtum *indicem* ſequuntur, tres alii, primus *graecarum vocum*, ſecundus *locorum e veteribus auctoribus, ab* ARISTOTELE *in libris politicis; citatis*, & tertius denique qui *auctorum nomina* complectitur, *quorum teſtimonia in* P. VICTORII *commentariis citantur, aut loci emendantur, aut explicantur. Impreſſus* typis, in fine liber dicitur,

dicitur, *apud heredes* Bernardi Iuntae *Menſe Auguſto MDLXXVI.* (1576). Quanti Ioannes Caſelius librum aeſtimauerit, verba eius docent, quae leguntur *Epiſtolar.* L. V. *Epiſtol.* V. *ad* PETRVM VICTORIVM p. 285. edit. Juſti a Dranſfeld *Francof.* 1687. in 8. *Deinceps reuertar ad* ARISTOTELEM, *& auditoribus meis forte illius libros de optimo ſtatu reipubl. interpretabor, illuſtratos a te; diuinis commentariis, quo facilius ampliſſimas illas doctrinas aſſequeremur, magisque emergeret illa cana veritas,* Atticae *philoſophiae alumna, ſecundum* Varronem. De PETRO VICTORIO alio tempore dicendi locus erit.

CCXVI.

CONSTANTINI *Porphyrogennetae Imperatoris,* Opera. In quibus Tactica Nunc primum prodeunt. Ioannes Meurſius collegit, coniunxit, edidit. *Lugduni Batauorum, ex officina Elzeuiriana anno MDCXVII.* (1617) in 8.

Scripta Joannis Meurſii omnia, & in primis auctorum graecorum, quas euulgauit editiones, raro hodie inueniuntur. Imperatoris CONSTANTINI Porphyrogennetae *opera*, quae heic reperiuntur, iam antea ſeorſum a Meurſio edita fuerant, nunc vero additis *Tacticis* collegit, & vt in praefatione ait, *diſparſos veluti artus vnum corpus eſſe fecit.* Omnem collectionem Joanni ab Oldenbarnevelt Holl. & Weſtfr. Aduocat. Archiuor. Praef. magni ſigilli Cuſt. Reipublicae dicauit. Scripta CONSTANTINI hoc ordine poſita fuerunt.

I. *De Adminiſtrando imperio liber ad* Romanum Porphyrogenitum, *filium.* Illum iam anno 1611. fuiſſe editum, verba teſtantur in fine obuia: Lugduni Batauorum *typis* Johannis Balduini, *impenſis vero*

Ludouici Elzeuirii. *Anno MDCI.* Primus fuit Joannes Meurſius, qui hunc CONSTANTINI librum, luce donauit publica. Vſus fuerat codice, qui a Baptiſta Egnatio, in Bibliothecam transmigrauerat palatinam, *Verſionem latinam*, & *notas breues* adiecit. Cum caput libri XXIII. & XXIIII. περὶ Ἰβηρίας καὶ Ἰσπανίας nimis corruptum, e graeco, non conuertere auderet Meurſius, id poſtea praeſtitit Anſelmus Bandurius, Presbyter ac monachus benedictinus, e congregatione melitenſi, qui integrum librum, ex editione meurſiana recudendum curauit Tom. I. Operis, quod partem *corporis hiſtoriae byzantinae* conſtituit, & hoc inſcribitur titulo: *Imperium Orientale, ſiue antiquitates* conſtantinopolitanae, *in quatuor partes diſtributae, quae ex variis ſcriptorum* graecorum *operibus & praeſertim ineditis adornatae, commentariis & geographicis, & topographicis, aliisque quam plurimis monumentorum ac numiſmatum tabellis illuſtrantur, & ad intelligentiam cum ſacrae tum profanae hiſtoriae apprime conducunt. Paris. e typograph. regia* 1711. in fol. form. maior. & *Venet. ex typograph. Barthol. Jauarina* 1729. II. Tom. in fol.

II. *Liber Tacticus, terra marique pugnantium ordinationem continens.* Huic libello Meurſius nullam verſionem ſed tantummodo *notulas* quasdam addidit. Emendatione igitur indigent verba Niceroni Tom. XII. des *Memoires* p. 190. vbi CONSTANTINI *Tactica* a Meurſio *graece & latine Lugd. Bat.* 1617. in 8. edita dicuntur. Communicatus fuerat e bibliotheca palatina, cum Meurſio codex, e codice Bibliothecae vindobonenſis deſcriptus, quem Petrus Lambecius Tom. VII. *Commentarior. de Bibliotheca* vindobonenſi p. 201. deſcripſit.

III. *De Thematibus Imperii Orientalis Liber I. Ex Bibliotheca & verſione* Bon. Vulcanii, *cum Notis eiusdem.* Prodierat Bonauenturae Vulcanii editio *Lugduni Batauor. ex officina Franciſci Raphelengii* 1588. in 8. Codicem ille nactus erat, qui Mechliniae, apud medi-

medicum quemdam, Anglum, Thomam Clementem, *parum clementer habitus*, *multos annos*, *in Bibliothecae vel potius* βιβλιοταφῆς *ſquallore & puluere delituerat; poſtea in altera miſerae illius vrbis direptione* αἰχμάλωτος, *militari violentiae obnoxius*, *perierat*, *niſi periiſſet*. *Nam* Vulcànio *tandem*, *vna cum* Procopio *de aedificiis* Juſtiniani, *&* Agathia *oblatus*, *perſolutis* λύτροις *ſeruatus eſt*. Retulit haec ipſe Vulcanius in *epiſtola* dedicatoria ad Janum Douſam, Paul. Buſium, & Abraham. ab Almonda. Secundum quidem librum

IIII. *de Thematibus imperii occidentalis ſiue* Europae, in lucem etiam emittere animo conſtituerat Bonau. Vulcanius, ſed fato, neſcimus quo, deterritus, a propoſito deſtitit, illamque gloriam Federico Morello reliquit, qui primus *Librum II. cum verſione* ſua *& notis* in vulgus edidit *Paris.* 1609. in 8. Sunt vero *themata* apud CONSTANTINVM Porphyrogennetam, iſtae prouinciae, in quibus militum legiones, in praeſidiis, locatae fuerunt. Vtrumque libellum e codice regis Galliae 2431. in charta bombycina exarato, caſtigatum, & addita verſione noua publici poſtea iuris fecit Anſelmus Bandurius Tom. I. *Imperii oriental.* Adiecta conſpicitur tabula geographica aere expreſſa Guilielm. de l'Isle, quae imperium conſtantinopolitanum, quale ab Heraclii aetate, per θέματα fuit digeſtum, ob oculos ponit.

V. CONSTANTINI Porphyrogennetae *Nouellae Conſtitutiones aliquot*. Sunt numero XIII. quas iam in lucem exire, cum *verſione latina*, iuſſerat Joannes Leunclauius, *in Jure* Graeco-romano *tam canonico*, *quam ciuili*, *ex variis monumentis* Europae *&* Aſiae *eruto*, *Francof.* 1596. in fol. Tom. I. L. II. p. 103. ſeqq. & Tom. II. p. 139 ſeqq. His *emendationes* & *caſtigationes* quasdam adiecerat Joan. Leunclauius, quas etiam Meurſius in ſua editione adiecit, & illis

VI. ſubiunxit, CONSTANTINI Porphyrogennetae, *Imperatoris nouellas conſtitutiones IIII.* quas e codicibus regiis, *auctiores melioresque*, cum *noua verſione*

ſione & caſtigationibus iam antea ediderat Carolus Labbeus *Paris.* 1606. in 8.

Conf. de CONSTANTINO Porphyrogenneta, eiusque editis ſcriptis Martin. Hanckii de *Scriptoribus byzantinis* L. I Cap. XXV. p. 461 ſqq. Jo. Alb. Fabricii *Bibliotheca graeca* L. V. Cap. V. p. 486. ſeqq. & qui nuper *Lipſiae* 1751. in fol. form. maioris iſtius Imperatoris, *de ceremoniis aulae byzantinae* L. II. primum cum viris doctis e bibliothecae ſenatoriae lipſienſis codice, cum viris doctis communicauit Joannis Henrici Leichii *Commentatio de vita & rebus geſtis* CONSTANTINI *Porphyrogeniti*, *imperatoris byzantini Lipſ.* 1746. in 4. edita, & operi memorato Tom. I. praemiſſa.

CCXVII.

Του Σοφωτατου ΚΟΥΡΟΠΑΛΑΤΟΥ, περι των ὀφφικιαλων τοῦ παλλατίου Κωνςαντινουπόλεως, καὶ τῶν ὀφφικίων τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας. *Sapientiſſimi* CVROPALATAE, de officialibus Palatii Conſtantinopolitani, & officiis magnae Eccleſiae. Libellus Graece & Latine nunc primum in lucem editus, ad hiſtoriae ciuilis, eccleſiaſticae, & totius antiquitatis intelligentiam perutilis & neceſſarius. Ex bibliotheca viri clariſſ. & conſultiſſ. Julii Pacii J. V. D. Additus in fine Notarum libellus. Cum indice rerum & verborum locupletiſſ. *Apud Joannem Mareſchallum Lugdunenſem MDLXXXVIII.* (1588) in 8. pp. 425. ſi epiſtola dedicatoria pp. 9. non numerata fuerit.

Librum eſſe raro obuium, *catalogus* teſtatur *bibliothecae* ſalthenianae p. 394. Duplex praefigitur dedica-

dedicatio, altera Julii Pacii, qui Hippolyto a Collibus I. C. & Profeſſori Heidelbergenſi, tali inſcriptione librum dicat.

Nob. V.
Hippolyto a Collibus *J. C. clariſſ.*
Collegae Opt.
Hunc CVROPALATIS *de Officiis*
Conſtantinopolitan.
Libellum
Ex ſuo κειμελιαρχῳ *in publicam*
Vtilitatem nunc
primum editum
Officii & Amicitiae non
Vulgaris publicae teſtandae
Cauſa. Jul. Pacius Beriga
D. D.

altera editoris Nadabi Agmonii, ſiue Franciſci Junii, qui epiſtola *conſulibus ac ſenatui inclytae reipubl.* Francofurdenſis, *Francof. an. 1588.* ſcripta, librum ſacrum eſſe voluit. Is librum e graeco conuertit, & notas, & indicem adiecit. Ignorauit autem verum auctoris GEORGII CODINI nomen, & *Curopalatae* dignitatis nomen, pro proprio venditauit. Quo loco editio prodierit, non conſtat, veriſimile eſt, illam *Heidelbergae* natales ſuos debere, quamuis Martin. Hanckius *de Scriptoribus byzantinis* Lib. II. Cap. X. pag. 683. & Henric. Wharton in *Adpendice ad* Guil. Caue *Hiſtor. litterar. Scriptor. eccleſiaſt.* p. 147. librum *Francofurti* eſſe euulgatum exiſtiment. Niceron in *Memoires* Tom. XVI. p. 197. id *Lugduni Batauorum* factum eſſe, adfirmat. Exſtant exemplaria, quae nouo ornata titulo, & additis aliquot pagellis Franciſci Junii nomen in fronte gerunt, & *ex Hieron. Commelini officina* 1596. prodiiſſe dicuntur. Conf. Niceron l. cit. vbi ait: Junius *publia le premier cet Ouvrage ſous le nom hebreu de* Nadabus Agmonius; *ſon travail n'a pas eu l'approbation du public, qui a trouvé ſon édition très défectueuſe, & les con-*

conjectures dont il s'eſt ſervi dans ſes corrections & ſes notes, fort peu heureuſes. Il en donna une nouvelle à Heidelberg *en 1596. in 8. & la dédia à* Marquard Freher, *qui lui avoit procuré des manuſcrits par le moyen desquels il y a rempli pluſieurs lacunes de la précedente. Il en préparoit une troiſiéme plus exacte, lorsqu'il mourut, & cette circonſtance en a privé le public.* Male inprimis excepit Franciſcum Junium, Jacobus Gretſerus, qui illum non ſolum Tom. II. *de ſancta cruce*, locis a Jo. Alb. Fabricio L. V. *Biblioth. graec.* p. 478. memoratis perſtrinxit, ſed etiam in *variis lectionibus, & explicationibus, in libellum* GEORGII CODINI Curopalatae, *Ingolſtad.* 1602. in 8. & in *Facula* GEORGIO CODINO Curopalatae *accenſa, Ingolſtad.* 1604. in 8. mirifice depexum dedit. Ipſe Jacobus Gretſerus, nouam GEORGII CODINI dedit editionem, hoc titulo inſignitam: GEORGIVS CODINVS Curopalata *de officiis & officialibus magnae Eccleſiae, & aulae* conſtantinopolitanae, *latine verſus, adiunctis tribus Commentariorum, obſeruationum, & emendationum libris, & ſyntagmate de imaginibus manu non factis, deque aliis a* S. Luca *pictis, Paris.* 1625. in fol. Ad tres codices potiſſimum recenſuit librum, duobus nimirum boicae bibliothecae, tertio lauteriano. In prooemio his verbis, in duplicem Franc. Junii editionem inuehitur: CODINVM *ne plane otioſus eſſem, in manus ſumpſi, verti, commentaria adieci, errores grauiſſimos* Junii *detexi: vtique id aut non facturus aut parce facturus (quamuis innumeros eius errores diſſimulauerim) niſi* Junius *homo arrogantiſſimi ſupercilii, & catholicae fidei immaniſſimus hoſtis fuiſſet, qui cum a ſuis haberetur, & venditaretur omniſcius, perſpicue oſtendit, edito* CODINO, *ſibi hac opinione & fama fieri iniuriam, ſi tamen volenti fieri poteſt iniuria, quia* Junius *hanc de ſe opinionem, & famam volebat & fovebat, qui* Curopalatam *primum edidit, anno redemptoris LXXXIIX. ex bibliotheca* Julii Pacii, *ſuppreſſo ſuo*

ſuo nomine, *vel potius in* iudaicum *commutato* - - - *Poſtea nactus* Junius *a* Marquardo Frehero *integriora exemplaria*, *adiectis priori editioni aliquot pagellis, quibus lacunas nonnullas expleuit ; nomen ſuum profeſſus eſt*, CODINVM*que* Frehero *inſcripſit*, *ita vt* Curopalata *iam tribus patronis ſtipatus in publicum venerit. Merito tamen culpandus eſt* Junius, *quod nouam editionem non adornarit*, *& a ſe pleno ſacco ſparſos errores non correxerit*, *adiutus codicibus bibliothecae* palatinae, *&* Raphaelis Seileri *exemplari; quod erat apographum optimi codicis* auguſtani: *nam* CODINVM *olim fuiſſe: iam enim non eſt; ſed amiſſus eſt; vt ante aliquot annos ex ampliſſimo domino* Marco Velſero *IIuiro* Auguſtano *intellexi: neſcitur cuius negligentia vel fraude perierit. Tot ergo ſubſidiis inſtructus* Junius, *praeſertim translatione* Seileriana, *debebat* CODINVM *a capite ad calcem recognoſcere, plurima & grauiſſima menda emendare, librumque ab erroribus liberum lectori proponere. Verum nihil horum praeſtitit, niſi quod vt antea dictum, pauculas pagellas, primae ac mendoſiſſimae ſuae editioni aſſuit, mutato titulo, addito nouo patrono, appoſitoque ſuo nomine. Quo ipſo fucum lectoribus fecit, quaſi nouam editionem promeret, anno MDXCVI. cum non fuerit noua, ſed prima, illa nimirum ipſa, quae anno M. DLXXXIIX. prodierat*, &c. Cum & in *commentariorum* libris, Gretſerus, Junio non pepercisset, ſocerum ſuum defendere, & Gretſero dicam ſcribere ſuſtinuit Gerard. Joan. Voſſius in *praefat.* libr. *de hiſtoricis latinis* fol. 13 b. ſeqq. edit. *Lugd. Bat.* 1627. in 4. Sub limam vocata ipſa Gretſeri editio, & denuo edita fuit, a Jacobo Goar hoc titulo: GEORGIVS CODINVS Curopalata *de officiis magnae eccleſiae, & aulae* Conſtantinopolitanae, *ex verſione* P. Jacobi Gretſeri, *Soc. Jeſu, cum eiusdem in* CODINVM *Commentarior. libris tribus*, *& de imaginibus non manufactis opere. In hac editione praeter. comparatum cum regiis MSS.* Graecum *textum, & reparatam* la-

tinam

tinam *verſionem*, *accedunt inediti ex Regia & Mazariniana bibliotheca officialium catalogi, & ad* CODINI *mentem locupletes notae. Adiunguntur recentiores orientalium Epiſcopatuum notitiae, voces honorariae, appellationes dignitatum indices, quibus poſtremis ſaeculis Eccleſiaſtici vel aulici proceres ſalutabantur. Cura & opera* P. Jacobi Goar, Paris. *Ord. Praedic. Congreg. reform.* S. Ludouici. *Pariſiis e typographia regia MDCXLIIX.* (1648) in fol. form. maior. pp. 425. exceptis praemiſſ. & indicibus. Conſtituit editio optima & ſplendidiſſima partem *Corporis Scriptorum hiſtoriae byzantinae*, vid. *Bibliotheca* hamburgenſis *hiſtorica* Centur. VIIII. p. 112 ſqq. Recenſetur etiam ex editione repetita *Venet. ex typographia Barthol. Javarina* 1729. in fol. in den *Nachrichten von einer* halliſchen *Bibliothek* Tom. V. p. 449 ſeqq. In praefatione inter alia monet Jacobus Goar, quod *primum caput de officialibus eccleſiae magnae*, illi non videatur eſſe CODINI, cuius ſententiae rationem ſubiungit, nimirum *Catalogum*, in quo officialium nomina recenſentur, a reliquis CODINI capitibus, ſaepius in regiis gallicis MSS. diſtinctum reperiri, & integrum opus, absque *catalogo*, in ſua, recto ordine, capita eſſe diſtributum, quod & ipſi, quibus Gretſerus, vſus fuerit, comprobent codices.

GEORGIVS CODINVS floruit ſub vltimis Imperatoribus conſtantinopolitanis, & poſt ipſam vrbis conſtantinopolitanae expugnationem adhuc vixit, quo *Curopalatarum* officium eſſe iam deſierat. Petrus igitur Lambecius, in eam inductus fuit opinionem, illum *Curopalatae* titulum tantummodo obtinuiſſe, quia *de officiis palatii* ſcripſerit. Vid. *breuis* eius *diſſertat. de* GEORG. CODINI *vita & ſcriptis*, quae praemittitur *Animaduerſionibus in* GEORGII CODINI *& alterius cuiusdam* anonymi *Excerpta de antiquitatibus* conſtantinopolitanis, inter *ſcriptores hiſtoriae byzantinae* pag. 135 ſqq. edit. *Paris.* 1655. Nullum autem reperit P. Lambecius codicem, cui *Curopalatae* cognomen

gnomen additum fuerit. Illi autem, qui *Curopalatae* dignitatem gerebat, aulae cuſtodia, & cura demandata erat, auream virgam geſtabat, primus in comitatu Imperatoris, eiusque auctoritas, imperatoriae proxima erat. Vid. de denominatione & dignitate *Curopalatae* Joan. Meurſii *gloſſarium graeco-barbarum Lugd. Batau.* 1614. in 4. pag. 279 ſeqq. Caroli du Freſne Domini du Cange *Gloſſarium med. & infim. Graecitatis Lugd.* 1688. col. 739. Eiusd. *Gloſſarium med. & infim. Latinit.* Tom. II. *Paris.* 1733. col. 1242. Jacobi Goar *Commentar. ad* GEORG. CODINVM Cap. II. pag. 24. edit. *pariſ.* Jacob. Gretſeri Lib. II. *Obſeruat. in* GEORGII CODINI *Cap.* II. p. 190. & *ad Cap.* V. p. 208. edit. *pariſ.* 1648.

Franciſcus Junius ſiue de Jon, ſenior, Theologus leidenſis, natus an. 1545. & mortuus anno 1602. *vitam* ſuam ipſe deſcripſit, quam primum in lucem edidit Paullus Merula *Lugdun. Batauor. ex officina plantiniana* 1595. in 4. Praemiſſa poſtea fuit *operibus* eius *theologicis Geneu.* 1607. & 1613. II. Tom. in fol. editis. *Praefatione* illam ornauit, & *breui narratione, de eius morbo, obitu, & ſcriptis* auxit Daniel Gerdeſius in *Miſcellaneis* groning. Tom. I. *Amſtelod. & Duisburg.* 1736. in 8. P. II. p. 201 ſeqq. Legi etiam poterunt Franc. Gomari *oratio funebris in obitum* Franc. Junii *Lugd. Bat.* 1602. in 4. Jo. Meurſii *athenae* batauae *Lugd. Bat.* 1625. in 4. pag. 163. Paull. Colomeſii *Gallia orientalis* p. 94 ſeqq. edit. Hag. Comit. 1665. in 4. Melchior. Adami *vitae Theologor. exteror.* p. 96. Paull. Freheri *Theatrum viror. eruditione claror.* p. 322. de *Lebensbeſchryving van geleerde en beroemde Mannen* P. VI. *Amſterd.* 1733. in 8. p. 601 ſqq. Niceron *Memoires des hommes illuſtres* Tom. XVI. p. 171 ſeqq. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. II. p. 132 ſqq. Tom. V. P. II. quae complectitur *les Auteurs déguiſez*, P. II. Cap. VII. p. 167 ſeqq. P. Baile *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. II. pag. 1585. ſeqq.

CCXIIX.

CCXIIX.

Opuſculum MICHAELIS COCCINII *Tubingenſis alias* KÖGHLIN *dicti*, De imperii a Graecis ad Germanos translatione, in quo etiam diſſeritur, qui Galliae populi ſpectent ad ius & ditionem imperii. Item de Francorum origine ac de duplici Frcia. (Francia) De corona imperii, & pleraque alia ſcitu memoratuque digniſſima. Apologiae duae eiusdem COCCINII ſeſe a calumnioſa quorundam infamatione defendentis ac purgantis. Inſuper proteſtatio ad lectorem. in 4. folior. 30.

In hac paucarum plagularum collectione rara lectoribus ſe offert

1) Ringmanni Phileſii Vogeſinae τὸ δεκάστιχον, quo argumentum libelli exponitur:

Inclyta in Heluetiis *an* Argentina *ſit oris*
Alſatia *& poſſit dicier* Heluetia?
Semper ea populus fuerit Germanus *in vrbe*
Quamuis hoc eſſent Gallica *regna ſolo?*
Sique ibi ſint Francis (*verſus* Titana *cadentem*
Qui degunt) *quoquo iura relicta modo?*
Imperium Graiis *an* Gallus *habuerit ab ipſis*
Aut potius belli Theutonus *arte valens?*
COCCINIVS *querit cum* Bebelio *ipſa* MICHAEL
Scribitur horum iſto maxima parsque libro.

2) MICHAELIS COCCINII, *ad praeclarum iurium doctorem conſultiſſimum*, Jacobum Oesler Tubingenſem, *epiſtola*. Commemorat in illa epiſtola, quod duas ſcripſerit *apologias*, Argentinam chalcographo ad imprimendum delatas, in quibus, ſe aduerſus calumnioſam infamationem, defenderit, quae duobus in primis auctoribus, contra illum exorta fuerat, quorum alter erat Theologus, alter Jurisconſultus a maledicen-

ledicentia ac loquentia notiſſimus. Impingere autem volebant illi haereſeos notam, quam ob rem iſtas compoſuit *apologias.* Quia autem chalcographus de libelli paruitate conquerebatur, & eiusmodi parua opera, in emporio francofurtenſi venalia nõ ſolere exponi, adfirmabat, quaedam *de imperii translatione ad* Germanos, item, *qui* Galliae *populi ad ius & ditionem ſpectent imperii*, ſcribere tentauit.

3) Τὸ τετράστιχον Wolfgangi Richardi gislingenſis, *in argumentum libelli* COCCINII *de imperii tralatione.*

4) MICHAEL. COCCINII *epiſtola*, *ad diſertiſſimos iuriumque conſultiſſimos viros*, Joannem Reuchlin, phorcenſem, & Joann. Streler, vlmenſem, & Henric. Winckelhoffer, ehingenſem, *confoederatorum* Sueuorum *iudices conſiſtoriales, ac triumuiros.* In illa exponit, quae illum impulerint, vt hoc opuſculum conſcriberet. En! ipſa illius verba: *Cum viri ſitis doctiſſimi, ac humanitatis pleniſſimi, in conuictu inter epulas & pocula: tales itidem quaeſtiones nobis proponere ſoletis. Quocirca vt iſtiusmodi conſuetudinis fructum aliquem videatis: decreuimus eas queſtiones quas nouiſſime in conuictu ſimpoſioque philoſophico propoſuiſtis: diligentius pertractare, ac quid de ipſis ſentiamus ſcriptis noſtris id vobis explicare. Fuere autem queſtiones a vobis propoſitae haec: Prima an* Argentina *ſit vrbs* Heluetiorum? *& quos* alſaticos *appellamus ſint* Heluetii? *ſicut quidam arbitrantur. Secunda, an* argentinenſes *ſint, & ſemper fuerint* Germani *in* Gallia *tamen ſiti? Tertia: an* Argentina *& tota* Alſacia, *ad ius & ditionem pertineant* Francorum? *Quarta: an imperii tralatio de* Graecis *ſit facta ad* Francos *& non* Germanos? *Quinta: qui* Galliae *populi ad ius & ditionem pertineant imperii: tanquam feudatarii? Primas duas in preſentiarum* Bebelius *diſcutiendas aſſumpſit, cuius ſententiam; & meo quidem iudicio approbatam: cum ipſemet per ydoneos ſcriptores ſatis ſuperque munierit: nihil amplius mihi addendum re-*

liquum fuit. Ideo ad reliquarum queſtionum diſcuſſionem accedam &c. Huic epiſtolae opuſculum ipſum ſubiungitur. Inſertum fuit a Simon. Schardio, libro, qui inſcribitur: *Sylloge hiſtorico-politico-eccleſiaſtica, Argentorati* 1618. in fol. In *Catalogo Bibliothecae* bodleianae Tom. I. p. 168. duae aliae collectiones memorantur, quibus inſertum fuit. Scriptores alios, qui idem *de Translatione imperii a* Graecis *ad* Francos, pertractarunt argumentum, recenſet Gisbertus Voëtius, *Selectar. Diſputation. theologic.* P. II. *Vltraiect.* 1655. in 4. p. 891 ſqq.

5) Στιχίδια τοῦ Φιλεσίου περὶ ὄρεος πατρικοῦ. Carmine latino elegiaco montem celebrat Vogeſum.

6) *Tetraſtichon* Jacobi Henrichman. *in argumentum apologiarum* coccinarum.

7) *Pro* cocciniana *apologia*, *tetraſtichon*, Wolfgangi Richardi, gislingenſis.

8) Ad MICHAEL. COCCINIVM, *amicum ſingularem*, *epigramma* Leonardi Clementis, vlmen.

9) MICHAEL. COCCINII *ad* Leonardum Clementem, vlmenſem, *artium & philoſophiae magiſtrum, paroetianum* zwifaldenſem. *epiſtola*, in qua cauſſam, qua commotus duas conſcripſerit *apologias*, his exponit verbis: - - *quarto abhinc anno (qui quidem aetatis meae erat annus vigeſimus quartus) opuſculum quoddam lucubraui, de caeſarea papalique poteſtate, ac de cauſſis tantae imperii inclinationis: & reipublicae chriſtianae ruinae. Et quum idem opuſculum erat a me paullo concitatius incautiusque ac minus erudite conſcriptum; eam ob rem vt me ipſum emendarem: vt aliquid conſideratius eruditiusque quod aliquando aeditione eſſet dignum) elaborarem, dialogum ſcribere coepi, ſub titulo* de imperii iuribus, *in quo tu pontificis rhomani partem ſuſtinere ac defendere conaris:* Bebelius *Caeſaris:* Caſpar Humel *media quadam ac regia incedens via: medium pacis & concordiae excogitare laborat. Verum praefatum opuſculum per quendam poetaſtrum & erronem furtim ad manus cuiusdam biloſi rancoroſique theologi*

logi peruenit; qui rem mox cuidam iuriſconſulto dete-xiſſe fertur. Is theologus malae cuiusdam de me infamationis auctor & ſeminarium extitit praecipuum vt quod libellum conſcripſerim haereſi plenum, & quod de facto ſim excommunicatus. Illam equidem infamationem ego qui honeſtis hic ſum genitus parentibus, & inter gentiles ac ciues meos vita & moribus comprobatus animo, (vt debeo) iniquiſſimo ferens: hoc menſe Januario (1506) *duas apologias ad quendam canonicum* ſtutgardianum *dedi, vt me apud ducales ſenatores a tanta infamatione & criminatione defenſaret. Sed quia talis infamatio indies magis ac magis inualeſcit ideo conſtitui easdem apologias (vt omnibus eſſent teſtimonium & purgatio meae innocentiae) ſub tuo nomine publicare: vt cum infamatio ſit publica, defenſio itidem mea ſit publica* &c.

10) *Apologia prima ad quendam Canonicum* Stutgar. H. B.

11) *Apologia ſecunda ad eundem Canonicum* ſtutgardianum H. B.

12) *Proteſtatio* MICHAEL. COCCINII *ad lectorem.* Scripta illa eſt *ex Tubinga, XVI. Kal. Auguſti. Anno dni. M D V I.* in fine hoc legitur Diſtichon:

Preſſit apud Tribonos *ſolita limatius, illa*
Inclyta Grünigeri *calchographia. Vale.*

13) *In detrectatorem integerrimi viri,* MICHAEL. COCCINII Tubingen. *praeceptoris ſui doctiſſ. ἐπίγραμμα* Guolgangi Richardi gyslingenſis.

14) Jacobi Heinrichmanni, *philoſophi, ad doctiſſimum iuriſconſultum illuſtriſſ. principis* Würtenbergenſ. *ſenatorem praeſtantiſſimum,* Beatum Widman, *praeceptorem & doctorem ſuum, epiſtola.* Diriſſimas imprecationes in illa, in COCCINII Aduerſarios euomit, v. c. *Ab ſumme rerum opifex maxime Deus, hosce impuros & peſtiferos homines, vertigine, lippitudine, podagra & chiragra, ſtranguria & coryza afficias: omni denique mendicorum morbo (quibus afflicti eiulantes*

ante ſacras aedes ad ſtypem manum porrigunt) *caſtiges: vt tandem morbo ſuo impediti: bonos laceſſere deſinant.*

15) *Decaſtichon* Jacobi Heinrichman. *contra maledicum detractorem:*

Spurcus & infamis pereat detractor amarus
Linguam ammittat qui detrahit ingenuis
Et ſuſpendatur fiatque volucribus eſca
Merſus aquis hic ſit piſcibus atque cibus
Fulmine tangatur iactato ex aethere ſummo
Et pereant ſtatim grandine quaeque ſua
Et malus hunc ſurſum rapiens inque aere daemon
Pulueret & vento diſcutiatque ſcobes
Hunc tandem ſtygius daemon ſub balnea ducat
Aſſiduoque lauans hunc Acherontis *aquis.*

16) Jacobi Oesler, tubingenſ. *vtriusque iuris doctor.* Argentinae *conſiſtorialis cauſidici epiſtola ad* MICHAEL. COCCINIVM, *conterraneum & amicum ſuum.* In fine omnis collectionis haec leguntur verba: Joannes Grüninger *imprimebat* Argen.

De MICHAELE COCCINIO eiusque ſcriptis, apud omnes fere Hiſtoriae litterariae ſcriptores, altum eſt ſilentium, e quo ſingularem eorum raritatem colligimus. In gymnaſio tübingenſi illum Henrici Bebelii fuiſſe auditorem, ipſe profitetur in *epiſtola* Tubingae *anno 1505. d. V. Kal. Maii ad ſtudioſam iuuentutem* germanicam, ſcripta, quae legitur in Henrici Bebelii *opuſculis*, *Argentin.* 1516. in 4. editis p. 139. Cum poſtea varii, contra praeceptorem inſurgerent aduerſarii, innocentiam illius ſtrenue defendit in *apologia*, quae legitur in Appendice *Commentariorum* Henrici Bebelii *de Abuſione linguae latinae apud* Germanos, & *de proprietate eiusdem*, qui, vt alias editiones taceamus, *Argentin.* cum *opuſculis* Bebelii modo memoratis 1516. euulgati fuerunt. Circa annum 1511. Mutinae apud Gubernatorem Vitum de Furſt, Sueuum, Equitem auratum, atque iureconſultum, Cancellarii munere functum eſſe, patet ex *epiſtola* Henrici Bebelii, ad eum ſcripta, & huius *apologiae* l. cit. ſubiecta.

Annum

Annum vero 1506. *octauum fuiſſe, quo* COCCINIVS, tubingenſis *paedagogii rector antea fuerit*, ipſius *ad ſcholaſticos iuniores Collegii modernorum ſtudii* tubingenſis, docet *epiſtola*, Jacob. Hainrichmanni *grammaticae*, *Tubing.* 1506. in 4. & alibi ſaepius editae, adnexa. Conf. Viri clariſſ. Jacob. Burckhardi nuper, heu! quanto reipublicae litterariae detrimento, mortui *Commentar. de linguae* latin. *in* Germania *fatis* P. II. paſſim, inprimis p. 318. not. (tt). Burc. Gotth. Struuii praefat. in COCCINII libellum *de bello* Maximiliani *cum* Venetis *geſto*, apud Marqu. Freher. l. cit. Joſ. Simlerus in *Bibliotheca* p. 504. & *Catalog. Biblioth.* tellerianae p. 288. eius *de bellis* italicis L. I. excuſum *Baſileae*, cum Coriol. Cepionis, *de* Petri Mocenici *Imp. geſtis Lib. III. &* Cornel. Wengeri *de bello inter* Sigismundum *Archid.* Auſtriae *&* Venetos libello *ap. Robert. Winter* 1544. in 8. adfirmant. Idem ſine dubio libellus eſt, quem Marquard. Freher. tit. *de bello* Maximiliani *cum* Venetis, geſto anno 1511. inſeruit Tom. II. *Scriptor. rer.* germanic. p. 539 ſqq. edit. Burc. Gotth. Struuii. *Dialogus*, quem in *epiſtola*, loco 9) a nobis citata, memorat, ſine dubio lucem nunquam vidit publicam; quod ipſe teſtari videtur *apologia prima*, vbi operis in quatuor libros diſpertiti argumentum ſatis copioſe exponit, &, *dum quarti libri ſcriptioni*, ait, *inſiſterem*, *ſuaſioni cuiusdam amici*, *a ſcribendo abſtinui. Acres, quam elaborare decreueram, eſt indigeſta, atque ſepulta manebit cum perpetuo ſilentio.* In collectione *opuſculorum* bebelianorum, quae ſine loci & anni indicio in 4. prodiit, exſtat *Contra calumniatores* COCCINIVS *ad lectorem*, & MICHAEL. COCCINII *alias* KÖCHLIN *dicti*, tubingenſis, *ad ſtudioſam iuuentutem* germanicam, *epiſtola*, ſcripta *Tubingae d. XXV. April.* 1505. Et haec ſunt omnia, quae, apud ſcriptores, de illo inuenire potuimus.

CCXVIIII.

ALBERTVS *magnus*, de arte intelligendi. docendi. & predicandi. res ſpirituales & inuiſibiles per res corporales & viſibiles & e conuerſo pulcra & vtiliſſima. in fol. form. minor. folior. 18.

Inter opuſcula, quae ALBERTI M. nomen prae ſe ferunt, hoc e rariſſimis eſt, & in nulla *operum* ALBERTI M. quod nos quidem ſciamus, editione reperitur. Jo. Alb. Fabricius Lib. I. *Biblioth. med. & infim. Latinit.* p. 121. librum ALBERTO M. tribuit *de doctrina dicendi & tacendi, Paris* 1491. quem *de arte viuendi, loquendi & tacendi* inſcriptum eſſe Mich. Maittaire Tom. I. *Annal. typographic.* p. 531. prodit. Eumdem noſtrum librum eſſe cenſeremus, niſi Michael. Maittaire nobis obſtaret ſententia, qui non ſine ratione, ſuſpicari videtur, libellum falſo, nomine ALBERTI M. eſſe inſcriptum, qui potius ad Albertanum cauſſidicum brixienſem, de quo vid. *Analecta* noſtra *litter.* p. 1118 ſqq. pertineat. Chriſtoph. Hendreich. in *Pandectis* brandeb. p. 85 titulum, prout in editione, quae ante oculos verſatur, eum legimus, quamuis non integrum, adtulit, & libri antiquiſſimam exſtare in fol. memorauit editionem, quae ſine dubio haec noſtra eſt, cum omnia venerandae vetuſtatis indicia prae ſe ferat. Sine die & conſule in lucem exiit, litteriſque gothicis admodum inconcinnis expreſſa eſt. Si coniecturae locus eſt, illam ex officina Joannis Zaineri, vlmenſis euulgatam eſſe crediderimus, circa annum 1480. Habemus librum, qui inſcribitur *Scola caeli*, quem alio tempore deſcribemus, qui eodem anno, ex dicta officina typographica in lucem prolatus fuit. Non ouum ouo ſimilius eſſe poterit, quam alter liber alteri eſt. Magnitudo, craſſities chartae vna eademque, characteres litterarum iidem, eadem ſcribendi compendia, & vt paucis omnia complectamur, omnia in

vtroque

vtroque libro conſpirant. Chriſtophor. Hendreichius etiam l. cit. editionem recentiorem *Lipſiae* 1511. in fol. excuſam adtulit, quam Jo. Henr. Leichius in *Annal. typogr.* lipſienſ. ſilentio praeteriit. Capitum XIIX. quibus omnis liber abſoluitur, argumenta haec ſunt. Caput I. *de vtilitate huius artis.* II. *de Commiſſione veritatis euangelice.* III. *de locis & principiis huius artis.* IIII. *de ſcientia librorum nature artis & moris in rebus corporalibus.* V. *de ſcientia librorum nature artis & moris in rebus ſpiritualibus.* VI. *de faciebus Dei per quas intelligitur, docetur & predicatur.* IIX. *de faciebus anime per quas intelligitur, docetur & predicatur.* VIIII. *de faciebus peccati, per quas intelligitur, docetur & predicatur.* X. *de faciebus penitentie in genere, per quas intelligitur, docetur & predicatur.* XI. *de faciebus contritionis, confeſſionis & ſatisfactionis.* XII. *de faciebus virtutis.* XIII. *de vſu ſecundum quem huic operi ſeruit.* XIIII. *Quod deus vtitur mundo, vt ſigno, ad quinque ſenſus.* XV. *quomodo deus vtitur mundo vt inſtrumento.* XVI. *quod deus vtitur mundo vt medio morali.* XVII. *quomodo deus vtitur dyabolo, inferno & coelo empireo.* XIIX. *quomodo deus vtitur homine peccato, virtute & poenitentia.*

CCXX.

Liber de abundantia exemplorum *magiſtri* ALBERTI *magni Ratiſpa. epiſcopi* ad omnem materiam. in fol. form. minor. fol. 66.

Liber, qui priori & vetuſtate & raritate ſimilis eſt, ex eadem typographica officina originem ſuam ducere videtur. In ſeptem diuiſus eſt partes, quarum I. agitur *de timore mundano.* II. *de inferno.* III. *de purgatorio.* IIII. *de diuino iudicio.* V. *de timore mortis.* VI. *de peccati timore.* VII. *de timore periculorum.* Exempla, partim e profana, partim ex eccleſiaſtica

 hiſtoria

hiſtoria deſumta ſunt, quibus multae hiſtoriae abſonae, & putida figmenta immiſcentur. Sic v. c. P. I. *de timore ſervili* haec narratur hiſtoria, *de quodam ruſtico truſatore, qui cum duceret vaccam & vitulum, ad montem ſancti* Michaelis, *in littore maris intra fines* Britannie *&* normanie, *& appropinquaret ad locum & fluxus maris qui quandoque viam illam attigit, eum invaderet exclamans, dixit:* O beate Michael libera me & dabo tibi vitulum, *liberatus autem dixit:* Bene fatuus erat beatus Michael ſi credebat quod daretur ei vitulum meum: *& ecce fluxus iterum quaſi inuoluens eum, exclamauit dicens:* O beate Michael libera me & promitto tibi vaccam & vitulum. *Liberatus autem dixit.* O Michael nec vaccam nec vitulum habebis. *Cum autem ſic quaſi ſecurus cederet: ecce fluxus innolvens ſuffocauit eum, & vaccam & vitulum: iuxta illud* Theſſalonicen. 5. *Cum autem dixerit pax & ſecuritas, tunc repentinus ſuperueniet interitus. & iſte tunc perdidit vaccam & vitulum: hic ſe & omnia ſua.* P. III. *de ſuffragiis mortuorum* hoc relatum legimus: *Exemplum narrat magiſter* Nicolaus de Flanginei *archiepiſcopus* biſuntinus, *qui erant duo ſocii fideles. Cum autem alter prauiter peccaſſet ab alio animatus iuit cum eo* Romam *& data eſt ei triennis penitentia: qua aſſumpta grauem incurrit infirmitatem: & cum eſſet deſolatus grauiter eo quod non impleſſet penitentiam: promiſit ei ſocius quod vellet eam pro eo adimplere. Cum autem ipſo mortuo eam ageret in fine primi anni apparuit ei defunctus in tercia parte corporis albiſſimus, in duabus niger ad modum picis: in fine vero anni ſecundi apparuit in duabus partibus albiſſimus: in fine vero tercii totus albus ei gratias agens de ſua liberatione.* P. V. *de memoria mortis*, hoc adlatum eſt exemplum *de quadam vitula ſortilega, quae cum grauiter infirmaretur, mouebatur a filia ſua bona puella quod quereret ſacerdotem & ſacramenta eſſe: quod cum nollet facere vocauit filia vicinas, vt ei ſecum hoc perſuaderent, cum autem & ipſis nollet acquieſcere dixit quod non ita cito moreretur: quomodo*

modo hoc ſciret quaeſierunt: at illa. Hoc anno primo die marcii audivi cuculum canentem: quinque vicibus continue dixit cu: cu: *& ideo ſcio, quod non morior infra quinque annos. Cum autem ei perſuaderent ne haberet in hoc fiduciam & ipſa nollet acquieſcere: mortua eſt cito ſine ſacerdote & ſacramentis, & hoc contra illos, qui nimis confidunt in vita ſua.* Et eiusmodi floſculis omnis liber refertus eſt.

CCXXI.

Mariale ALBERTI M. ſiue quaeſtiones CCXXX. ſuper Euang. Miſſus eſt angelus Gabriel. in fol. formae max. folior. 66.

Operis ALBERTI M. quod ſaepe ſeorſum excuſum fuit, & in *omnium* eius *operum* collectione, a Petro Jammy Ord. Praedicator. monacho, *Lugd.* 1651. adornata, Tom. XX. primum occupat locum, haec eſt editio rariſſima, & niſi fallimur, omnium prima. Litteris codex impreſſus eſt gothicis, adeo rudibus, vt artis typographicae, quaſi infantiam, primo adſpectu prodere videatur. Scatet praeterea typothetarum mendis, totque implicitus eſt ſcribendi compendiis, vt inter tot libros, ſeculo XV. impreſſos, quos vnquam euoluimus, vix lectu difficilior, noſtris oculis oblatus fuerit. Nullus titulus, nulla littera initialis, nullum typographi, loci, aut anni indicium. *Prologus*, his inchoatur verbis, litteris maiuſculis valde deformibus expreſſus: INCIPIT. PROLOGVS. IN. OPVS. VIRGINIS. GLORIOSE. EDITVM. A. DOMINO. ALBERTO. THETONICO.(Teutonico) QVI. ALIO. NOMINE. MAGNVS. ALBERTVS. VOCATVR. *Prologum* ſequuntur *Tituli queſtionum.*

CCXXII.

Opus de laudibus beatae Virginis Libr. XII. in fol. form. max. folior. 223.

Quod de antiquitate & raritate, operis ALBERTI M. *ſuper euangelium: miſſus eſt angelus* &c. diximus, id etiam de hoc anonymi opere, quod illi, in codice, qui in Bibliotheca reperitur portenſi, iunctum eſt, valet, cum ex vna eademque officina typographica, vtrumque prodiiſſe librum, primus adſpectus, quemlibet docere poterit. Omnia certe, artis typographicae incunabula produnt. Liber nullo adlato auctoris nomine, his inchoatur verbis: PREFACIO. IN. OPVSCVLVM. DE LAVDIBVS. BEATE. MARIE. VIRGINS (virginis) INTITVLATVM. INCIPIT. FELICITER. Cum hoc *opus* teſte Caſimir. Oudino Tom. III. *Commentar. de Scriptor. & ſcriptis eccleſ.* col. 158. *egregium ſane eſt*, *atque omnimoda* B. *Virginis Dei*, Mariae, *laudes cumulate continet*, & inſignis eius raritas ex eo colligi poteſt; quod Aloyſius Nouarinus, ſe primum eſſe iactauerit, ad quem iſtius operis, cuius codicem tantummodo habuerat manu exaratum notitia peruenerit, in *elector. ſacror. Libr. IIII.* quem edidit titulo: *Electa ſacra*, *in quibus*, *qua ex linguarum fontibus*, *qua ex priſcis gentium ritibus*, *nonnulla ſacrarum litterarum loca*, *nouo explicatu donantur aut noua luce veſtiuntur*, *ſubque virginea vmbra ita virginis* Mariae *laudes exhibentur*, *vt etiam* Gabrielis *Nuncii*, Joſephi *ſponſi*, Joachimi *&* Annae, *genitorum eius imagines & vniuerſe vtilium monitorum colores vitae perficiendae huius vmbrae appoſitione venuſtiores oſtendantur. Lugd.* 1633. *Turnoni* 1640. *Lugd.* 1647. in fol. operae nos pretium facturos eſſe, exiſtimamus, ipſius auctoris verbis, cuiuslibet libri argumentum heic adſcribere. In I. *Libro exponitur angelica ſalutatio delata ad* Mariam. In II. *diſtinguitur, quo modo* Maria *ſeruiuit nobis in filio*, *de ſingulis membris & ſenſibus ſuis.* In III. *adſignantur primo dignitates & praerogatiuae*

rogatiuae carnis virgineae & duodecim ſpecialia priuilegia eius. In IIII. agitur *de virtutibus & preeminentiis eius.* In V. *de vtraque pulcritudine eius.* In VI. *de vocabulis vel adpellationibus eius Mater, amica, ſoror, cariſſima, filia, ſponſa, vxor, ſeu vidua, mulier, bona virgo, virago, princeps, regina, primas, ancilla, miniſtra.* In VII. *quomodo deſignatur per quaedam caeleſtia & ſuperiora, caelum, firmamentum, ſol, lunaque, ſydus, oriſon, Lucifer, aurora, lux, mane, dies.* In IIX. *de terra & hiis, quae ad terram pertinent quibus ipſa figuratur, terra, ſolum, tellus, humus arida, limus, & argilla, area, campus, ager, mons, collis, concaua, vallis, deſertum, ſolitudo, petra, paſcua, pratum.* In VIIII. *de receptaculis aquarum, quibus poteſt figurari, fons, puteus, flumen, fluuius, torrens, aqua, ſtagnum, alueus, & ſitula, lacus, ydria, concha, canalis, trames, aquaeductus, labium, piſcina, natatio, item natatoria, amnis, vena, latex, ciſterna.* In X. *de aedificiis, quibus ipſa figuratur in biblia, archa, thronus, ſolium, ferculum, ſella, tribunal, ſedes & cathedra, currus, lectica, ſcabellum, lectulus & requies, habitatio, cellula, nidus, cella & apotheca, gazophylacium, bibliotheca, aerarium, gynecaeum, locus, horrea, piſtrinum, furnus, clibanus, fornaxque, caminus, aula, tabernaculum, thalamus, domus.* In XI. *de munitionibus & nauigiis, vrbs ciuitas, caſtellum, villa, turris, munitio, murus, nauis, pericula maris, archa* Noae. In XII. *quare adpellatur hortus concluſus.* Libro finis imponitur indice 180. *rerum diuerſarum animatarum, & inanimatarum, quibus* Maria in hoc opere *comparatur.*

Exemplar operis noſtrum, vt iam diximus, non addito auctoris nomine, editum fuit, id tamen RICHARDO A SANCTO LAVRENTIO, Canonico, Archidiacono, & S. Mariae rothomagenſis poenitentiario, qui medio Seculi XIII. tempore, & circa annum 1230. inclaruiſſe dicitur, tribuere non dubitat Caſimir. Oudinus, l. cit. cum exemplar iſtius operis olim fuerit impreſſum,

impreſſum, in Bibliotheca Franciſcanorum de Bernaio in Normannia, hoc titulo conſpicuum: *Dominus* RICHARDVS A SANCTO LAVRENTIO, *qui ante 400. annos floruit de laudibus beatae virginis libri XII.* Praeter Caſimir. Oudinum ad eumdem auctorem id opus etiam retulerunt Aloyſius Nouarinus l. cit. Phil. Labbeus *de Scriptor. eccleſ.* Tom. I. p. 31. Theophil. Rainaldus *de libris bonis & malis* p. 121. & 235. & in *Nomenclatore* mariano paſſim. Franc. Pomeraye in *Hiſtoire de l'Egliſe cathedrale du* Rouen 1686. in 4. L. II. Chap. XXIII. p. 283. Diſſentire quidem videtur Michael Maittaire in *Annal. typograph.* Tom. I. p. 564. vbi cum Joſia Simlero in *Biblioth.* p. 96. Pellegrino Anton. Orlandi in *Origine e progreſſi della ſtampa, e Notizie dell' opere ſtampate da 1457. ſino al 1500.* p. 143. Cornel. a Beughem in *incunabulis typographiae* p. 37. auctorem operis Bernardinum de Buſtis, ſeu buſtienſem eſſe exiſtimat. Conſcripſit quidem Bernardinus iſte, mediolanenſis, ex ordine Minorum Opus *de laudibus* Mariae, *ſiue* Mariale, ſed diuerſum omnino, ab opere, quod recenſuimus, eſſe, docet deſcriptio in Theophili Sinceri *Nachrichten von lauter alten und raren Büchern* p. 40 ſqq. Henr. Wharton in *Adpendice ad* Guil. Caue *Hiſtor. litter. Scriptor. eccleſ.* p. 159. Bernardinum *iudicio parum valuiſſe, & ad ſuperſtitionem, & nugas pronum fuiſſe* ſcribit, *qui inſanis laudibus, & blaſphemiis lectori nauſeam, virgini* Mariae *faciat iniuriam.* Varias iſtius libri editiones recenſet Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infim. Latinitat.* L. II. p. 581. Conf. Anton. Poſſeuini *Appar. ſac.* Tom. I. p. 222. Henr. Wharton. l. cit. Quod autem ad editiones adtinet, operis, RICHARDI A S. LAVRENTIO, Petr. Lambecius Tom. II. *Commentar. de Biblioth.* vindobonenſi p. 777. antiquam exſtare adfirmat, *Argentorati*, ſine auctoris nomine, *per Martinum Simum, librarium & ciuem inclyte ciuitatis Argentine facta diligenti collatione praeuia eiusdem libri ad exemplaria ſcripta* 1493. in fol. impreſſam. Conf. Mich.

Mich. Maittaire *Annal. typograph.* Tom. I. p. 564. vbi editionem diuerſam eſſe ait, ab illa, quae iam anno 1483. ex eadem *Martini Simi* (qui vero nomine Flach dictus fuit) officina typographica *Argentorati* in fol. prodierat. Conf. p. 447. Editionem *Duaci* an. 1625. in 4. *ex antiquis Mſſ. factam*, memorauit Phil. Labbeus l. cit. & Jo. Alb. Fabricius L. I. *Biblioth. med. & infim. Latinit.* p. 119. & Chriſtian. Schoettgenius in *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & infim. Latinitat.* L. XVII. p. 230. ſed illam ſe non vidiſſe ſcribunt Lambecius & Oudinus ll. citt. Petrus Jammy opus tribuit Alberto M. &, hanc ob cauſſam, inſeruit collectioni *omnium* Alberti *operum* Tom. XX. Id perperam factum fuiſſe, ſcriptores ſupra citati, maxima ex parte, iam obſeruarunt, quos vide. Forte Petrus Jammy, eiusmodi exemplar habuit, quod recenſuimus, vbi Alberti M. *Commentarius, ſuper euangelium Miſſus eſt angelus* &c. vti iam ſupra monuimus, praemiſſus fuit, quod illum in eam adduxit ſententiam, vt vtrumque opus, Albertum habere auctorem, arbitraretur.

CCXXIII.

Summa angelica de caſibus conſcientie per *fratrem* ANGELVM *de Clauaſio ordinis Minorum vicarium generalem ciſmontanorum fratrum obſeruantie* compilata. in 4. folior. 369.

Abſit vt librum, ſemel iterum ſaepiusque editum, qui in eccleſia romana, libri inſtar claſſici, cum ſilveſtrina *ſumma*, reliquis caſuiſticis libris omnibus praelatus, illisque commendatus fuit, qui eiusmodi deliciis, delectantur, in raris reponamus, niſi haec ipſa editio id requirere videretur, quae, ſi non omnivm prima, tamen e prioribus aliqua eſt, & multis viris doctiſſimis incognita fuit, qui omnium primam

Vene-

Venetiis 1490. in lucem exiiſſe prodiderunt. Litteris gothicis illa exſcripta eſt, & litteris initialibus deſtituitur. In fronte gerit *epiſtolam* Hieronymi Tornielli, *Lectoris, ad R. P. F.* ANGELVM. de clauaſio, operis auctorem, in qua *orat eius reuerentiam: vt ipſum opus imprimi faciat, propter talem & tantam dicti operis excellentiam & vtilitatem.* In fine iſtius *epiſtolae*, precibus & hortamentis has Torniellus addit minas: *etſi quod abſit prefata reuerentia Tua, his agitata ſtimulis, vel recalcitraret, aut ſaltem tardior incederet, non dubito magnum eius capiti iudicium imminere. Noli igitur; qui fuiſti ſemper pius ac dulcis a nobis & Reuerentie tue hac in re eſſe crudelis*, &c. ANGELVS de Clauaſio, ad Torniellum haec pauca reſcripſit: Angelicam *Summam pro vtilitate confeſſorum, & eorum, qui cupiunt laudabiliter viuere, nuper a me diuina opitulante gratia compilatam: mi* Hieronyme *frater ſuades vt arti imprimentium tribuam. Tardiuſculo quoque & pigritanti animo, minarum dulcia figis calcaria. quam ex quo, vltra meam opinionem, tot laudibus extollis, vt tuis votis morem geram, imprimendam ad te transmitto. Vale in deo. & ora pro me.* Prologum excipit triplex index 1) complectitur *capitulorum principia, per alphabeti ordinem* diſpoſita. 2) *Nomina theologorum, Jureconſultorum*, & *aliorum* romanae *eccleſiae Doctorum* ob oculos ponit, *qui citantur in ſumma* angelica. 3) *declarat modum allegandi.* In calce editionis ſequentes leguntur verſiculi, quibus typographus ſubſcripſit nomen ſuum.

Humano angelicas quicunque audire loquelas
Ore cupis: preſens perlege lector opus
Hic ſacros canones: hic & ciuilia iura.
Hic ſancte inuenies religionis opes.
Maxima multorum quod vix dabat ante librorum
Sarcina: id angelica *dat tibi ſumma breuis*
ANGELVS *eſt auctor: ſacri decus ordinis ingens*
Seraphici: *& tante religionis honos*

Aucto-

Auctorem atque opus impreſſum felicia dona
Clauiſſina *tulit terra beata viro*
Nec CARLETA *minus gens ſelix vnde creatus*
ANGELVS *angelicis dignus adeſſe choris.*

Explicit ſumma angelica *de caſibus conſcientie per fratrem* ANGELVM de clauaſio *compilata: maxima cum diligentia reuiſa: & fideli ſtudio emendata, ſicut ipſum opus per ſe ſatis atteſtabitur.* Venetiis *impreſſa per* Georgium de Riuabenis Mantuanum *alias* Parentem (ita enim vocem *Parentez*, non *Parentez*, vt in Joan. Sauberti *Hiſtoria Bibliothecae reipubl.* noribergenſ. p. 160. & in Michael. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 489. illam expreſſam conſpicimus, legendam exiſtimamus) *Anno dni. MCCCCLXXXVII.* (1487) *XI. Kal. Nouembris.* Libro finis imponitur *rubricis iuris ciuilis & canonici* folior. 10.

Verſatur recentior *Summae* angelicae editio, manibus noſtris, quae tali inſcribitur titulo: *Summa* angelica *de caſibus conſcientie, cum additionibus nouiter additis*, in fol. folior. 267. In fine haec leguntur verba: *Laus* Jeſu Chriſto. *virgini matri* Marie. *beato patri noſtro*, *ſancto* Franciſco. *ſancto Seraphico* Bonauenture *doctori ceteriſque dei electis. Finit Summa* angelica *de caſibus conſcientie per Fratrem* ANGELVM de Clauaſio *compilata. maxima cum diligentia reuiſa. & fideli ſtudio emendata. ſicut ipſum opus per ſe ſatis atteſtabitur.* Nurenberge *impreſſa per* Anthonium Koberger *inibi conciuem Anno dni. M. CCCC. XCVIII.* (1498) *in vigilia ſancti Bartholomei apoſtoli.* His verbis verſus a nobis memorati ſubiiciuntur. Vid. Mich. Maittaire *Annal. typograph.* Tom. I. p. 676. *Biblioth.* ſalthen. *Catalog.* p. 36. Optimae iſtius *Summae* cenſentur editiones, quae Jacobi Vngarelli, monachi ex ordine Minorum, patauini, *additiones*, & Petri Vendramaeni J. C. veneti, *adnotationes*, ob oculos ponunt. Recenſentur editiones in Anton. Poſſeuini *Apparat. ſacro* Tom. I. p. 88. in Jo. Alb. Fabricii *Bibliotheca med. & infim.*

ſim. Latinit. L. I. p. 262. Sermone hetruſco eam prodiiſſe memorat Jo. Alb. Fabricius l. cit. Quale autem eiusmodi libris pretium ſtatuerit Andreas Alciatus, & Joannes Mabillonius, vide in illius *epiſtola contra vitam monaſticam*, quam edidit Anton. Matthaeus *Lugdun. Batau.* 1695. in 8. p. 55. & in huius *Traité des Etudes monaſtiques Paris.* 1691. in 4. P. II. Chap. VII. p. 296. Conf. Gebhard. Theodori Meieri *introductio in vniuerſ. theolog. moral. ſtudium* Cap. XVII. §. 5. & Jo. Michael. Langii *Diſſertat. de orig. & progreſſu theologiae moral. ſyſtematic.* §. VIIII. Joan. Franc. Buddei *Iſagoge hiſtorico-theologic.* P. I. p. 704.

ANGELVS CARLETVS, Ligur, Minoritarum obſeruantium vicarius generalis, cognomen de Clauaſio obtinuit, a Clauaſio (*Chiavaſſo*) oppido nobili & munito, inter Taurinum & Vercellas, vnde originem duxit, ſito, quod olim ad Liguriam ſpectabat, hodie vero Duci pedemontano paret. A romanae eccleſiae doctoribus, egregiis ornatur elogiis, e quibus, id tantummodo repetere licebit, quo illum condecorauit Jacobus Philippus Bergomas, *Chronic.* L. XVI. vbi *omnium*, inquit, *diuinorum dogmatum eruditione conſpicuus, & diuini ſermonis declamator ardentiſſimus, atque famoſus, ſed & quadam humilitate & ſanctimonia clariſſimus effulſit. Qui licet ordinem ſuum Obſeruantium citra montes, per plures annos, verbo & exemplo, digne & laudabiliter, maximo cum labore direxerit, nihilominus cum diuini prope ingenii vir exiſteret, vt merito re & nomine dici poſſit* ANGELVS, *opus certe digniſſimum edidit, quod a ſe* Summam angelicam *nuncupauit.* Quo tempore obierit, non conſtat, cum alii annum 1484. alii 1494. alii 1499 alii denique alium annum, illi fuiſſe emortualem, contendunt. Illorum nobis placet opinio, qui cum Auguſtino Oldoino, in *Athenaeo* liguſtico p. 30 ſqq. aliisque, ANGELVM anno 1494. III. Id. april. e vita diſceſſiſſe exiſtimant. Conf. de illo & ſcriptis

ſcriptis eius, praeter ſcriptores iam cit. Ioſ. Simleri *Bibliotheca* p. 42. Henr. Wharton *Appendix ad* Guil. Caue *Hiſtor litter. Scriptor. eccleſ.* p. 158. Natal. Alexandri *Hiſtoria eccleſiaſtic. Secul. XV. & XVI.* Tom. IIX. Cap. IIII. Art. IIII. *p.* 177. Data, vt aiunt, opera vitam ANGELI CARLETI fuiſſe deſcriptam, ab Archangelo di Salto, hoc titulo: *Idea religioſi Seraphici, exhibita, in vita* B. ANGELI de Chiavaſſo, *Confeſſoris Ordinis Minorum, Cunei per Barthol. Strabellam*, 1664. in 4. legimus in *Bibliotheca* aproſiana p. 84. edit. Jo. Chriſtoph. Wolfii, *Hamb.* 1734. in 8.

CCXXIIII.

Summa ASTEXANI *de Aſt.* de caſibus conſcientie. in fol. form. maior folior. 505.

Editionem inſigniter raram poſſidet Scholae provincialis portenſis Bibliotheca publica, Litteris exſcripta eſt gothicis, omnibus litteris, quas initiales, ſeu florentes vocant, deſtituta. Praemittitur *tabula*, ſiue index folior. II. quam ipſe ASTEXANVS, ſecundum ordinem alphabeti, ſe compoſuiſſe ſcribit. In fine *tabulae* ſe oculis obfert, ſimulacrum jeſu cruci adfixi, ligno inciſum. Initio *Summae*, haec verba leguntur: *In nomine dni. Amen. Incipit Summa de caſibus, ad honorem Dei compilata, per fratrem* ASTEXANVM *de ordine fratrum minorum: vbi premittuntur littere eiusdem fratris ad dominum* Johannem gayetanum *ſancti* theodori *dyacon. & cardinalem. & poſtea immediate littere eiusdem: quas quando recepit ſummam miſit ad ſupradictum* ASTEXANVM. Epiſtola ASTEXANI, in qua Joannis Caietani Vrſini hortatu, hoc compoſuiſſe opus memorat, ſcripta eſt Jañ. 1317. *Summa* in octo diſtributa eſt libros: In I. agitur *de diuinis praeceptis;* in II. *de virtutibus & vitiis;* in III.

de contractibus & voluntatibus vltimis; in IIII. *de ſacramentis in communi, & in ſpeciali de baptiſmo, confirmatione, & eucbariſtia;* in V. *de poenitentia & vnctione extrema;* in VI. *de ordinis ſacramento;* in VII. *de cenſura eccleſiaſtica; nomine cuius intelligitur ſententia excommunicationis, interdicti, ſuſpenſionis, & de depoſitione;* in IIX. *de matrimonio.* Libro poſteriori adcedit *aliqualis doctrina breuis, de verborum ſignificationibus, & de expoſitione ſeu doctrina vocabulorum, & terminorum, cum ſuis notabilibus, in corpore iuris tam canonici, quam ciuilis contentorum, que maximam difficultatem in iure ſtudentibus conferunt atque tedium propter eorum raritatem ſeu obſcuritatem.* Codici finis imponitur, *ordinatione titulorum decretalium, & librorum legalium,* ſecundum ordinem alphabeti. *Signatur etiam ibidem ſimul qui ſint tituli decretalium, de quorum materia, agitur in bac ſumma.* Typographi verba haec ſunt: *Preclarum ac ſtudioſiſſimum* ASTEXANI *opus de caſibus: forum anime ſeu conſcientie concernentibus: ex diuinis & humanis legibus in vnam ſummam octo partibus diſtinctam. congeſtam titubanti menti. morboque animi medelam afferens ac recte conſulens in ſancta ac foelici ciuitate* Colonia *per prouidum & circumſpectum virum* Hinricum Quentell. *eiusdem incolam & ciuem. Sub anno dni M. CCCC. LXXIX.* (1479) *ſecundo Kalendas ſeptembris peruigili cura impreſſum. Nec non de ſpectabilis & magnifici viri pro tempore rectoris alme & inſignis vniuerſitatis* Colonienſis *ſpeciali mandato. indagini maturiori lugubrationeque* (lucubratione) *perſpicaci viſum. examinatum. digeſtum. admiſſum & approbatum reique publice vt ſuum afferat preſidium in comuni donatum. Ad omnipotentis dei laudem fideliumque conſcientiarum ſerenationem & ſalutem: feliciter finit.* His verbis adponitur imago ſaluatoris mundi, ſiniſtra pomum ſic dictum imperiale manu geſtans. Conf. Michael. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 401. Inter editiones, quae huc vsque innotuerunt, haec ſine dubio ſecunda

eſt,

eſt, ſi primam eſſe ſtatuamus, quae hoc titulo adducitur in *Catalogue des livres imprimez de la Bibliotheque du Roy, à Paris de l'imprimerie royale* 1739. Tom. II. p. 276. & in Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 389. *Fratris* ASTESANI de Eſt *de ordine Minorum Summa de caſibus, libri octo cura & ſollicitudine n̄ri fratris* Bartolamei Bellati de Feltro *ordinis minorum, nec non Fratris* Gometii Hiſpani *de* Vlixbona *theologiae baccalaurei emendata duob. Volum. ſumptibus & iuſſu* Johannis de Colonia *ſociique eius* Johannis Manthen de Gherretzem *Venetiis* 1478. in fol. Quae enim Joannes Nicol. Weislingerus in *Catalogo librorum impreſſor. in Bibliotheca ordinis* S. Joannis hieroſolymitani *aſſeruatorum* p. 13. & in *Armamentario catholico Argentorat.* 1749. in fol. pag. 18. de editione *argentoratenſi per Joannem Mentel* 1469. impreſſa, protulit, fundamento adhuc ſatis incerto, nituntur, cum verba, quibus ſententiam ſuam probare ſuſtinet, minio tantum & calamo ſcriptorio exemplari adpoſita fuerint. Recenſuimus in *Analectis litterar. de libris varioribus* p. 1017 ſeqq. Valerii Maximi editionem ſatis vetuſtam, cui calamo annus 1470. adſcriptus fuerat, ſed ideo librum eodem anno fuiſſe impreſſum, pro certo adfirmare nunquam poterimus. Forte editio quam Weislingerus vidit, eadem eſt, cuius in Bibliotheca portenſi euoluimus exemplar, litteris paullo rudioribus gothicis, non addito, loci, typographi, & anni indicio, in fol. impreſſum. Foliis abſoluitur 431. multisque ſcribendi compendiis refertum eſt. *Tabula*, quae editioni *colonienſi* 1479. praemittitur, huic finem imponit. Alias libri editiones vid. in Cl. Dauid. Clement *Bibliotheque hiſtorique & critique* Tom. I. p. 170 ſqq. Ex hac *Summa*, quae ab Auctore aſteſana & aſtenſis plerumque nominari ſolet, & quidem e Libro V. Tit. 32. excerpti ſunt *canones poenitentiales*, qui cum Gratiani *decreto* plerumque edi ſolent, & ab Antonio Auguſtino deinde adiecti fuerunt *poenitentialibus canonibus*, quos *cum notis* edidit *Tar-*

raconae 1581. in 4. *Venet.* 1584. in 4. & cum *Epitome iuris pontificii Paris.* 1641. in fol. Habemus etiam editionem vetuſtam, gothico litterarum charactere in 4. fol. 6. excuſam, quae hunc prae ſe fert titulum: *Textus canonum penitentialium. cunctis curam animarum habentibus multum ſalubris atque perutilis, de verbo ad verbum pene, de ſumma fratris* aſtenſis, *ordinis Minorum extractus.* Conf. Jo. Alb. Fabricii *Bibliotheca graeca* L. VI. Cap. I. pag. 75. Niceron *Memoires* Tom. VIIII. p. 70. die *Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu* Dr. Tom. II. p. 195 ſqq.

De ASTEXANO ſiue ASTESANO, ex Aſta, ſubalpinorum vrbe, haud procul ab vrbe mediolanenſi, oriundo, ordinis Minoritarum ſodali, prouinciae ianuenſis alumno, ſeculo XIIII. claro, vid. Anton. Poſſeuini *Apparat. ſac.* Tom. I. p. 135. Henr. Wharton *Append. ad* Guil. Caue *Hiſtor. litter. Scriptor. eccleſ.* p. 19. Chriſtophor. Hendreich *Pandectae* brandeburgicae pag. 313. Louis Ellies du Pin *Bibliotheque des Auteurs eccleſiaſtiques* Tom. XI. p. 7. Natalis Alexandri *Hiſtoria eccleſiaſtica Seculi XIIII.* Tom. VII. Cap. V. Artic. II. p. 153. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. I. p. 381. Conf. Jo. Franc. Buddei *Iſagoge hiſtorico-theologica* P. I. p. 704. & qui ibidem ſcriptores citantur.

CCXXV.

Summa AZONIS. in fol. form. max. folior. 320. exceptis indicibus folior. 17.

Opus profecto ſuperuacaneum ſuſciperemus, ſi vitam viri multis verbis repetere vellemus, quem nemini iuriſperitorum incognitum eſſe crediderimus. Adeant qui de PORCIO AZONE, *Juris monarcha, tuba veritatis*, & *legum fonte*, anno 1200. ſummo totius orbis luctu, extincto, hiſtoriam legere cupiunt

Guidi

Guidi Panziroli *de claris legum interpretibus* Lib. II. Cap. XXV. p. 113 ſqq. Jo. Fichardi *vitas Jureconſultor.* p. 401 ſeqq. Marci Mantuae Benauidii *epitom. viror. illuſtrium* p. 437. Chriſtophor. Hendreich *Pandect.* brandeb. p. 367. Carol. Sigonii *de rebus* bononienſibus *Hanou.* 1604. in 4. L. IIII. in fine, Nicol. Burtii Bononiam *illuſtratam* in Jo. Gerh. Meuſchenii *Vitis ſummorum dignitate & eruditione virorum* Tom. II. *Coburg.* 1736. in 4. pag. 162. Caeſar. Egaſſ. Bulaei *Hiſtoriam academiae* pariſinae Tom. III. pag. 675. Franc. Ariſii Cremonam *litteratam* Tom. I. p. 89 ſqq. *Giornale de' letterati d'* Italia Tom. X. pag. 281 ſeqq. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Lat.* Lib. I. p. 428. In tanta olim, teſte Guid. Panzirolo l. cit. p. 114. Azonis *ſumma*, apud veteres Jureconſultos, auctoritate fuit, vt non modo in omnium manibus verſaretur, ſed ſine ea, forenſia negotia, non tractari poſſe, in prouerbium abiret. Vnde Veronae etiam ſtatutum fuit, neminem illorum Jureconſultorum collegium poſſe ingredi, qui eam *Summam* non haberet. Nec Mediolani in ordinem Ictorum recipiebatur, qui id opus ſecum non ferret, ac ſuum eſſe iuraret. Noſtra autem, qua viuimus aetate, quamuis innumerabiles fere exſtent editiones, quas Hendreichius l. cit. recenſet, ita euanuit illius auctoritas, vt inter plurimos cauſſarum patronos, reperiatur rariſſime, qui Azonis *Summam* viderit. Exemplaria enim, quae veterum Ictorum fatum, veluti commune effugerunt, & nondum in ſalſamentariorum, vnguentariorumue tabernas tranſierunt, in monaſteriorum, aut aliis bibliothecis deliteſcunt, vbi tineas & blattas paſcunt. Non ſane opus inter libros rariores referremus, niſi editio ſeculo XV. exſcripta, id exigere videretur. Litteris excuſa gothicis eſt, &, primo loco, ob oculos ponit, *Summam codicis*, quae hiſce inchoatur verbis: Jeſus Maria *Probemium ad Summam codicis: per dominum* Azonem *compoſitam: noua cum recognitione: ac multis cum additionibus in locis ſuis*

 nouiter

nouiter poſitis: Deo fauente feliciter incipit, Fol. 230. *Domini* AZONIS *prohemium ad ſummam inſtitutionum incipit feliciter*, Fol. 250. ſequitur *Summa ad pandectas & tres libros C. ac ſuper libro nouellarum, ſeu authenticorum.* Initio leguntur verſiculi:

Quisquis ad auratas diuini muneris artes
Caeſarei intrepido currere calce cupis
Impiger excuſſis loculis precioſa magiſtri
AZONIS *legum iam tibi ſcripta cape*
Hic caput eſt iuris: fons hic rutilantior omni
Flumine: ab initiis optime queque ſuis.
Eia age ſeruata quicquid iacet aeris in archa
Excute ſi ſacri munera iuris aues.

In fine fol. 230. haec typographi conſpiciuntur verba: *Excellentiſſimi ac preclariſſimi Juriſconſulti domini* AZONIS *ſumma ſuper C. & ſuper inſtitutionibus, cum quibusdam additionibus, aliorum doctorum* (Placentini, Accurſii &c.) *perneceſſariis ad ipſam: diligentiſſime caſtigata explicit. Impreſſa* Venetiis *ſummo ſtudio & diligentia a* Philippo pincio Mantuano. *Anno D. MCCCCXCVIII.* (1498) *die primo Junii. Imperante clementiſſimo, ac ſapientiſſimo d. d.* Auguſtino Barbadico, *Inuictiſſimi* Venetorum *Senatus Duce ſereniſſimo. Cum priuilegio nequis audeat imprimere vsque ad decennium ſub pena in eo contenta. Defende nos pater* Antoni. His verbis ſubiicitur imago S. Antonii ligno inciſa. Quatuor codici adiiciuntur *indices*. Michaeli Maittaire editio incognita fuiſſe videtur. Sunt quidem nonnulli, qui *Summam* iſtam Joanni Baſiano cremonenſi, AZONIS praeceptori tribuunt, ſed illam iam AZONI vindicauit Joan. Baptiſt. de Gazalupis in *Hiſtoria interpret. & gloſſator. iuris* p. 502.

CCXXVI.

CCXXVI.

Contenta in hoc libello. Modus confitendi compoſitus per *Re. epiſcopum* ANDREAM *Hiſpanum S. Ro. eccleſie. Pe.* Interrogationes & doctrine quibus quilibet ſacerdos debet interrogare ſuum confitentem. Canones penitentiales per *epiſcopum Ciuitatenſem* compoſiti. Caſus papales & epiſcopales. in 4. folior. 20.

Haec collectio, in primis ob canones poenitentiales, a Joanne Alberto Fabricio, in *Bibliotheca graeca* non memoratos, vbi L. VI. Cap. I. p. 74 ſqq. *Canonum poenitentialium* compilatores, & editores longa ſerie recenſet. Prima & tertia collectionis particula, auctorem produnt ANDREAM DE ESCOBAR, Hiſpanum, Ordinis benedictini, Epiſcopum ciuitatenſem, deinde aiacenſem, & poſtea megarenſem, romanae curiae Poenitentiarium, & vt nonnulli memorant, Cardinalem. An is *interrogationes & doctrinas, quibus quilibet ſacerdos debet interrogare ſuum confitentem,* & *caſus papales, & epiſcopales* conſcripſerit, pro certo adfirmare neutiquam poſſumus. *Modus confitendi,* ab eo libello fortaſſe non differt, quem titulo *laminis confeſſorum* adducit Nicolaus Antonius in *Bibliotheca* hiſpan. *veter.* Tom. II. pag. 155. vbi & reliqua ANDREAE DE ESCOBAR *opera* recenſentur. Antonius Poſſeuinus in *Apparat. ſacr.* Tom. I. p. 84 ſeqq. alium Andream, Hiſpanum, Epiſcopum aiacenſem, alium Andream megarenſem, & alium denique fuiſſe Andream, Hiſpanum monachum Ord. S. Benedicti, Epiſcopum primum megarenſem, deinde ciuitatenſem, mox aiacenſem, poſtremo Cardinalem ac Poenitentiarium, & decretorum Doctorem, exiſtimat. Poſteriori tribuit libellum *de forma & modo confitendi,* quem *antidotario animae*, Nicolai Abbatis de Bogardis, praefixum eſſe, ait, quod & confirmatur a Joanne

Trithemio *de viris illuſtribus Ordinis* S. Benedicti, *Colon.* 1575. in 4. L. II. Cap. 136. & L. IIII. c. 43. Antonius Poſſeuinus quidem, Nicol. Antonius ll. citt. & qui illos ſequitur Joan. Albert. Fabricius Libr. I. *Biblioth. med. & infim. Latinit.* p. 243. ANDREAM DE ESCOBAR primum Megarenſem (*Meiara*) deinde ciuitatenſem (*Civitate*) hinc aiacenſem (*Ajazzo*) fuiſſe Epiſcopum ſcribunt. Sed ipſe ANDREAS DE ESCOBAR, epiſcopatus, quibus praefuit, in prooemio *modi confitendi*, ordine inuerſo, hac ratione enumerat: *Ego magiſter* ANDREAS, Hiſpanus, Ro. *curie penitentiarius olim* ciuitatenſis & aiacenſis. *nunc vero* megarenſis *vocatus Epiſcopus. ordinis ſancti* Benedicti. *requiſitus per mihi confitentes hanc generalem confeſſionem, que quaſi omnia peccata continet. ex multis ſanctorum patrum dictis collegi verbis breuioribus quibus potui* &c. In collectionis, litteris gothicis impreſſae, fine, haec talia leguntur verba: *Impreſſum* Nürmberg *per dnm.* Joannem Weyſſenburger *presbiterum. Anno ſalutis octauo* (1508). *In vigilia Mathie apoſtoli.* Michael. Maittaire editionem ſilentio praeteriit.

CCXXVII.

JOANNIS CVSPINIANI, *viri clariſſ. poetae & medici, ac diui Maximiliani Auguſti oratoris*, De Caeſaribus atque Imperatoribus Romanis, Opus inſigne: ab innumeris quibus antea ſcatebat, mendis vindicatum: Vna cum Volphgangi Hungeri, Jureconſulti doctiſſ. Annotationibus, quibus innumera cum huiuſce auctoris, tum aliorum quoque hiſtoricorum loca, & reſtituuntur & explicantur. De vtilitate vero huius hiſtoriae ſimulque autoris ipſius vita, ex doctiſſ. praefationibus operi praemiſſis, Lector abunde cognoſcet. Acceſſit etiam

rerum

rerum & verborum tam in Annotationibus, quam ipſis Imperatorum vitis memorabilium, copioſus Index. *Cum Caeſ. Maieſt. & Chriſtianiſſ. Gallorum Regis Caroli, gratia & priuilegio ad annos ſex. Baſileae per Joannem Oporinum & Nicolaum Brylingerum.* in fol. pp. 635. & 239. exceptis praefationibus, & indice pp. 65.

Nullum quidem haec editio anni indicium in fronte & calce gerit, ſed ſine dubio circa annum 1561. aut 62. in lucem exiit. Anno nimirum 1561. Alberti Reyffenſtayn *epiſtola* dedicatoria ad Joannem Jacobum Fuggerum, *Kalend. Februar.* ſcripta eſt. Cum is ideo CVSPINIANI librum, ſe edidiſſe adfirmat, vt Wolfgangi Hungeri, amici & adfinis coniunctiſſimi *adnotationes* iam abſolutas, potiſſimum ab interitu vindicaret, primam iſtam editionem cenſemus eſſe, quae Hungeri *adnotationes* refert. Emendatione igitur indigent, quae in *Bibliotheca hiſtorica* ſtruuio-buderiana p. 65. de eiusmodi editione, cum Hungeri *adnotationibus, Baſil.* 1540. in fol. euulgata memorantur. *Praefationem*, & *carmen hexametrum* anonymi, ſequitur Chriſtophor. Scheurlae *J. V. D. Aduocati patriae*, *ad* Carolum auſtrium Romanor. *Imperatorem, in hiſtoriam Caeſarum, a* CVSPINIANO *conſcriptam*, *prooemium*, ex prima editione transſcriptum. Ea enim lege, a CVSPINIANI haeredibus, poſt longam tractationem, impetrauerat atque obtinuerat librum, vt ſub Imperatoris Caroli auſpiciis publicaretur, cum illi iam pridem ab ipſo auctore deſtinatus, & vltima etiam voluntate conſecratus fuerat. In Nicolai Gerbelii, phorcenſis, *praefatione ad lectorem*, JOANNIS CVSPINIANI vita exponitur.

Natus fuit JOANNES SPIESHAMMER, qui more illorum temporum, vſitatiſſimo, CVSPINIANVS nominari voluit, Swinfordiae, in orientalis Franciae oppido, anno 1473. In gymnaſio vindobonenſi Con-

radi Celtis fuit auditor, tantamque ſtudiis ſuis famam, tantamque cum laude gloriam conſequutus eſt, vt eo tempore, in vniuerſa doctorum turba, nemo, illo facundior, aut eloquentior haberetur, qua propter etiam laurea corona, ab Imperatore Maximiliano, donatus fuit. Primum omnium eum Imperator in ſenatum adſciuit, in Hungariam, Bohemiam, Poloniamque oratorem miſit, annis XII. continuis, eius conſiliis, & opera, in difficillimis rebus ſaepe vſus. Mortuo Conrado Celte, anno 1508. Bibliothecae vindobonenſi praefectus, & tandem ſenatus vindobonenſis Praeſes conſtitutus fuit. Illius epitaphium exſtat in Petri Lambecii *Commentar. de Bibliotheca* vindobonenſi Tom. II. p. 1011.

JOANNES CVSPINIANVS *Doctor quondam Ciuitatis* Viennenſis *praefectus.*

Excolui primum Muſas, & Apollinis *artes*
Nempe fui Medicus, tumque poeta ſimul
Poſtea me rebus natum maioribus, auxit
Caeſar & ornauit praeſidis officio
Illa igitur noſtro ſint verba inſcripta ſepulcro
Vnica: vixi olim, CVSPINIANVS *eram*
Hiſtoriae immenſae monumenta aeterna reliqui
Viuus in his ſemper CVSPINIANVS *erit.*

Vixit ann. LVI. Obiit Al. MDXXX. IX. menſ. April. die XIX.

JOANNIS CVSPINIANI *vita*, quam Nicolaus Gerbelius conſcripſit, a Chriſt. Gottl. Budero inſerta fuit, *vitis clariſſimorum hiſtoricorum, Jenae* 1740. in 8. p. 66 ſqq. & omiſſis iis, quae ad rem non pertinebant, a Melch. Adami *vitis philoſophor.* germanor. p. 33 ſqq. Conf. poterunt Joſ. Simleri *Bibliotheca* p. 359. Gerard. Jo. Voſſii L. III. *de Hiſtoricis latinis* Cap. X. p. 585 ſqq. Paul. Freheri *Theatr. viror. eruditione claror.* p. 1440. Martin. Hanckii L. II. *de* rom. *rer. Scriptor.* Cap. XVI. p. 126 ſqq. Joan. Fabricii *Hiſtoria Bibliothecae* fabricianae P. III. p. 77. Conrad. Samuel.

Samuel. Schurzfleiſchii *introductio in Notitiam Scriptorum* P. I. p. 318 ſqq. Jo. Alb. Fabricii *Bibliotheca med. & infim. Latinit.* L. III. p. 2147 ſqq.

Hiſtoria CVSPINIANI *de Caeſaribus*, a Schurzfleiſchio *opus* vocatur *luculentum*, quod a viris doctis magni aeſtimari ſolet. Non autem difficile fuit, CVSPINIANO, viro doctiſſimo, eiusmodi opus conſcribere, cum illi ex Imperatoris liberalitate & beneficentia, omnes vndique vetuſtiores bibliothecae, omnia Ducum Auſtriae ſecretiora ſcrinia. & ἀρχεῖα paterent, quae librorum, aliorumque monumentorum rariſſimorum, copioſam illi ſuppeditabant ſupellectilem. Deduxit Caeſarum & Imperatorum roman. hiſtoriam a Julio Caeſare ad Maximilianum I. Poſt Conſtantinum IIX. Palaeologum inſeruit p. 528-579. libellum *de* Turcorum *origine, & Imperatorum* turcicorum *hiſtoriam* a Mahomethe pſeudopropheta, ad Selimum othomannum vsque expoſuit. Pagina 579-595. agitur *de* Turcorum *re militari*, *religione*, *& ceteris eorum moribus domeſticis*. His adiunxit pag. 595. Foelicis Petancii, Cancellarii Segniae, qui ſaepius in Turcia oratorem egit, & cui cum CVSPINIANO inſignis fuit familiaritas, *Tractatio ad* Vladislaum Hungariae *&* Bohemiae *regem*, *quibus itineribus* Turci *ſint adgrediendi*. Illius in fine collocatum eſt Maximiliani Imperatoris I. anno 1519. defuncti *elogium*. Omni libro finis imponitur, JOANNIS CVSPINIANI *diario*, *de congreſſu Caeſaris* Maximiliani *auguſti*, *& trium regum*, Hungariae, Bohemiae, *&* Poloniae, Vladislai, Ludouici, *ac* Sigismundi, *in vrbe* vienneníi *facto*, *d. XVII. Julii Anno Chr.* 1515. A Marquardo Frehero *diarium* inſertum fuit Tom. II. *Scriptor. rer.* german. p. 587 ſqq. edit. Burc. Gotth. Struuii.

Wolffgangi Hungeri, *adnotationes* ſeorſum excuſae, hoc titulo adiectae ſunt libro: Volphgangi Hungeri, Baioarii Aquiburgenſis, *Jurecoſ. in* JOANNIS CVSPINIANI *Caeſarum Hiſtoriam*, *Annotationes*.

In

In quibus tum innumera huius auctoris. tum aliorum quoque hiſtoriographorum, veterum & recentiorum, permulta loca a mendis vindicata, natiuae lectioni reſtituuntur, & quaedam clarius explicantur: admixtis ſubinde parergis Lectori hiſtoriarum ſtudioſo cognitu perquam iucundis. Acceſſit locuples rerum & verborum in iisdem memorabilium index. Cum Caeſ. Maieſt. gratia & priuilegio ad annos decem. Baſileae per Joannem Oporinum & Nicolaum Brylingerum. Cum anno 1601. *Francofurti* omnia JOANNIS CVSPINIANI *opera* III. Tom. in fol. ederentur, omnia eodem, quo recenſuimus ordine, in Partem primam relata fuere. En! titulum integrum:

CCXXIIX.

JOANNIS CVSPINIANI, *Viri Clariſſimi, Poetae & Medici, ac D. Maximiliani Aug. Oratoris, de* Caeſaribus atque Impp. Romanis Opus inſigne: Ab innumeris, quibus antea ſcatebat, mendis vindicatum. Cum Wolphgangi Hungeri J. C. doctiſſ. Annotationibus, quibus innumera cum huiuſce autoris, tum aliorum quoque hiſtoricorum loca & reſtituuntur & explicantur. Acceſſit rerum & verborum maxime memorabilium Index locupletiſſimus. *Francofurti typis Wechelianis apud Claudium Marnium & heredes Joannis Aubrii clↃIↃci.* (1601) in fol. pp. 702. except. praefat. & indice folior. 26. & dimid.

Cum haec *operum* pars prima, nihil contineat, quod non in editione, quam modo deſcripſimus, inveniatur, vberiore recenſione ſuperſedemus, idque modo adiicimus, librum a Nicolao Hieron. Gundling in *der vollſtändigen Hiſtorie der Gelahrheit* Tom. II. p. 2866.

p. 2866. inter eos referri, qui non ſemper & vbiuis inueniantur. Conf. *Catalog. Biblioth.* ſalthen. p. 70.

De Wolfgang Hungero, Jureconſulto ſeculi XVI. celeberrimo, Waſſerburgi, in Bauaria nato, Profeſſore iuris in academia ingolſtadienſi, Cancellario friſingenſi, & Camerae imperialis ſpirenſis Adſeſſore, vid. *Dictionaire hiſtorique & critique de* Mr. Baile Tom. II. p. 1522 ſqq. vbi & reliqua eius ſcripta enumerantur. Quod pro Ludouico Bauaro & Friderico Barbaroſſa, Impp. *apologiam* ſcripſerit, quam vero ipſe ſuppreſſit, teſtatur ipſe in *Adnotation.* ad CVSPINIANI *Caeſares* col. 186. edit. *Baſil.* 1561. vbi ait: *Nos hoc loco* pro *vtrisque optimis Imperatoribus* Baioario *&* Aenobarbo *elucubrata apologia integra, luce ipſa clarius oſtendimus, & fabulam illam de* Ludouico Baioario *vanam, falſam & tralaticiam eſſe, &* Aenobarbum *non tam de verbis, quam rebus ipſis contendiſſe, atque in ſumma longe alias fuiſſe ſummis Pontificibus in hos Imperatores odiorum cauſſas, & quaecunque tandem eae fuerint, ſaltem negotia ipſa controuerſa a Pontificiis, ea animorum impotentia, faſtu & acerbitate tractata, vt horundem Imperatorum, vbique maior modeſtia, manſuetudo, humanitas, adeoque innocentia, pietas & iuſtitia eluceat, vtcunque inſignis ille theologus* Albertus Pighius, campenſis, *pontificiorum* Hector L. V. Cap. 14. & 15. eccleſiaſticae hierarchiae, *cauſſam huius* Ludouici *ita propoſuerit, atque explicarit, vt vniuerſam eam damnaret. Sed voluiſſe ipſum eo in argumento, ac praeſertim* Lib. VI. romanorum *pontificum auribus aliquid dare, iampridem etiam catholicum, veritatis amantiſſ. theologum, virum eccleſiaſticum, doctrinae & vitae ſanctimonia, nuper dum viueret, cum primis ſpectatum, ſcio pronunciaſſe: & vbi neceſſe ſit, ipſius cenſuram autographam, ea de re in medium proferre poſſum. Neque vero noſtro ex capite, iſti apologiae noſtrae hoc glorioſe arrogamus, ſed potius concordi ex calculo amicorum aliquot, tam eccleſiaſticorum quam laicorum, qui catholica*

tholica in religione iuxta nobiſcum verſantur, & eccleſiae ſtatum a foedis & pernicioſis abuſuum & vitiorum monſtris repurgatum ſartumque & tectum (quod aiunt) iam pridem pio zelo, ſed hactenus fruſtrà optant, ac ſuper ea apologia, ipſis exhibita, conſulit etiam ſcripto ſua ſinguli nobis candide & libere expoſuerunt iudicia. Attamen & ſponte noſtra, & praecellentis cuiusdam amici beneuolo monitu, hoc tempore domi, retinere, eandem, quam in publicum edere maluimus. Diem obiiſſe ſupremum Hungerus dicitur anno 1555.

CCXXVIIII.

Auſtria JOANNIS CVSPINIANI, cum omnibus eiusdem Marchionibus, Ducibus, Archiducibus ac rebus praeclare ad haec vsque tempora ab iisdem geſtis. Eiusdem JOANNIS CVSPINIANI oratio protreptica ad S. Ro. Imperii Principes & proceres, vt bellum ſuſcipiant contra Turcum: cum deſcriptione conflictus in Hungaria facti, quo periit rex Hungariae Ludouicus, & qua via Turcus Solemet ad Budam vsque peruenerit ex Alba Graeca. cum enumeratione clara dotium, quibus a natura dotata eſt Hungaria: & inſertione multarum rerum annotatu digniſſimarum. Cum Gaſparis Bruſchii poetae laureati, & Comitis palatini praefatione, quae carmine elegiaco ſcripta, Encomion eiusdem Auſtriae continet. Cum Indice locupletiſſimo. *ibid. eod.* in fol. pp. 86.

En! ſecundae partis *omnium operum* JOANNIS CVSPINIANI titulum. Gaſpar Bruſchius *carmen elegia-*

elegiacum dicauit Gregorio & Jacobo fratribus germanis Lechneris, alteri Abbati cremiphanenſi in Auſtria ſupra Anaſum ſita, alteri philoſophiae ac ſacrae paginae magiſtro. *Hiſtoria* CVSPINIANI Auſtriae inchoatur cum Leopoldo anno 933. & pertingit ad Ferdinandum I. vsque Caroli V. fratrem. *Hiſtoriae* ſubiunxit Auſtriae *deſcriptionem, quantum pateat, & cur ita dicta, tum* Danubii *deſcriptionem, fluentis, per vtramque* Pannoniam, *cum LX. nauigabilibus fluminibus, dehinc Praelatorum, Baronum, Militum, & oppidanorum quatuor ordinum, ac ſtatuum, ad comitia venientium ſeriem, a quibus ſint monaſteria & coenobia fundata: poſtremo ſex* Auſtriae *patronorum*, Quirini *Archiepiſcopi* laureacenſis, *& patriarchae* aquileienſis; Maximiliani *Archiepiſcopi* laureacenſis, *& martyris;* Floriani *tribuni militum, martyris* Laureaci *paſſi;* Seuerini, *poſt* Attilam Hunnorum *regem defunctum, ſecundarii* Auſtriae *apoſtoli;* Colomanni *martyris;* & Leopoldi pii *Marchionis vitas, cum precatione* Joannis Stabii, *in ſanctos* Auſtriae *patronos.* Promiſerat quidem in *Epilogo ad lectorem,* JO. CVSPINIANVS ſe velle ſubiungere omnes fluuios, montes, oppida, caſtra, & villas, quae omnia ſua peregrinatione, Joannes Stabius oculis luſtrauerat, & iuſſu Maximiliani I. Imp. deſcripſerat, Georgius Collimitius auxerat & in tabulam redegerat; ſed non ſtetiſſe CVSPINIANVM promiſſis, typographus Lectorem monuit. *Orationem protrepticam, ad ſacri* rom. *imperii principes & proceres,* excipiunt Caſp. Vrſini, velii, *ad* Germaniae *principes* Jo. Alexandri Braſſicani *ad eosdem*, & C. Vrſini velii, *ad* JO. CVSPINIANVM *carmina elegiaca* latina. *Orationem* inſcripſit CVSPINIANVS nomine Bernardi praeſulis tridentini, Regis Hungar. & Bohemiae, Archiducis Auſtriae, Ferdinandi, primarii a conſiliis: Haec autem omnia iam lucem viderant *Baſil.* 1553. in fol. cum *chronico* Magiſtri Alberti argentinenſis, quod ideo Typographus francofurtenſis

ſe omiſiſſe ſcribit, *ne lectores ſumtibus oneret fruſtra*, cum in eo tomo *rerum* germanicarum inueniatur, quem Chriſtianus Vrſtiſius publicauerit an. 1585.

CCXXX.

JOANNIS CVSPINIANI, *Viri Clariſſimi, Diui quondam Maximiliani Imperatoris a conſiliis, & oratoris*, de Conſulibus Romanorum commentarii, ex optimis vetuſtiſſimisque auctoribus collecti. Praefertur his Commentariis Sexti Rufi V. Conſularis Rerum geſtarum Pop. Rom. deque acceſſione Imperii Epitome, cum eiusdem CVSPINIANI, eruditiſſimis Scholiis. Magni Aurelii Caſſiodori Senatoris Chronicon, ſiue de Conſulibus Romanorum Libellus, paſſim CVSPINIANI Commentariis inſertus. Nicolai Gerbelii in eosdem commentarios, ad ornatiſſ. virum D. Joannem Jacobum Fuggerum Praefatio, in qua de Chronographis, de eorum diſcordia, deque huius operis maxima vtilitate. Ad haec rerum atque verborum toto opere memorabilium Index locupletisſimus. *ibid. eod.* in fol. pp. 477. except. praefat. & indice folior. 30. & dimid.

Hac ratione, tertia *operum omnium* JO. CVSPINIANI, pars inſcribitur, cuius titulus ſatis luculentus, quae in libro inueniantur, ſatis ſuperque docet. Omnium inter *opera*, quae CVSPINIANVS ſcripſit, primum eſt, & prima vice cum *opuſculis* P. II. memoratis, in lucem editum fuit *Baſil.* 1553. in fol. Praefationi ſuae adiecit Gerbelius *verſiculos*, quos CVSPINIANI *manibus conſecrauit:*

Tempus

Tempus erat vernum, vernis erat vndique tellus
Floribus ornata, atque omnia plêna roſis
Triſte nihil, nihil incultum, nihil denique durum,
Inſigni ſtabant omnia laetitia.
Tempora prima iterum mundi rediiſſe putaſſes
Cuius in aſpectu nil niſi riſus erat.
Tum forte elyſiis *in vallibus, inque remotis*
Doctorum errabat turba diſerta locis.
Aeris illecebris tam blandi excita, repente
Caſtaliae Clio *ſedula liquit aquas.*
Follibus a primis, a prima incude labores
Accipit ad ſeſe CVSPINIANE *tuos.*
Ilicet in campos laetos & amoena vireta
Euolat, Hiſtoricis exhibitura librum.
Nec mora, quod voluit doctiſſima Muſa peregit,
Doctorumque gregi nobile reddit opus.
Laetitiam illius caetus, quis gaudia fando
Explicet, aut laudes CVSPINIANE *tuas?*
Quas in te doctus populus congeſſit, & vno
Diuinum ſcriptum comprobat ore tuum.
Floribus extemplo, violisque recentibus omne,
Quis nemus hoc ſacrum, quis locus ille viret.
Exornant doctae monumenta inſignia dextrae
Dextrae quam merito Juppiter *aequus amat.*
Quam grata egregiis aequabit honoribus aetas
Poſterior, multis accumulata bonis.
Pro quibus immenſas referent pia pectora grates
Manibus o felix CVSPINIANE *tuis.*

CCXXXI.

Annales Sueuici ſiue Chronica rerum geſtarum Antiquiſſimae & Inclytae Sueuicae gentis. Quibus quicquid fere de ea haberi potuit, ex latinis & graecis, aliarumque linguarum auctoribus, ſcriptisque plurimis non editis, comprehenditur,

Adiunctis interim ceterae quoque Germaniae, Orientis & Occidentis ac vicinarum prouinciarum ad noſtra vsque tempora, memorabilibus rebus ac ſcitu dignis. Opus nouum nonſolum elaboratum & perutile, ſed etiam ad alios permultos hiſtoricos ac ſcriptores facilius intelligendos neceſſarium: Cuius dodecas prima ab initio rerum conditarum vsque ad DCCC annum Chriſti deducitur. *Auctore* MARTINO CRVSIO, *Graecae & Latinae linguae, cum Oratoria in celebri academia Tybingenſi Profeſſore ac Hiſtorico.*

Μέγαν ἱςὸν ὑφαίνω

Ποικίλον ὕμνον ἀράσσω.

Cum gratia & priuilegio Caeſ. Maieſt. ſpeciali ad decennium. Francofurti ex officina typographica Nicolai Baſſaei MDXCV. (1595) in fol. pp. 338. except. praemiſſ. & indice folior. 14.

MARTINI CRVSII *graecae & latinae linguae cum Oratoria in Academia Tybing. Profeſſoris*, Annalium Sueuicorum Dodecas ſecunda ab anno Chriſti DCCCI. vsque ad MCCXII. annum deducta. *ibid. eod.* pp. 574. non numeratis praemiſſis, & indice folior. 17.

- - - Annalium Sueuicorum Dodecas tertia Ab anno Chriſti MCCXIII. vsque ad annum MDXCIIII. perducta. Adiecto paraleipomeno variarum plurimarumque rerum libro: in quo hodiernum quoque Turcicum bellum an. 1590. vsque ad 1596. Domini annum, diligenter deſcribitur. *ibid. MDXCVI.* (1596) pp. 846. ſi praemiſſa & index folior. 28. non numerat. fuerint.

--- Pa-

. . - - Paraleipomenos rerum Sueuicarum liber; In quo exponuntur Sueuiae regiones, principatus, comitatus, nobilitas. Wirtembergicae & aliae Sueuicae vrbes. Monaſteria, arces, & pagi. Memorabilia multa, nec cuiuis hactenus nota. Praeſertim de bello inter chriſtianos & Turcas hodierno vsque ad annum Chriſti MDXCVI. *ibid. eod.* pp. 132. except. praemiſſ. & indice folior. 5.

Liber hic inter MARTINI CRVSII *opera*, quae admodum rara ſunt, vtiliſſimus eſſe videtur. Omnia nonſolum quae ad Sueuiae hiſtoriam ſpectant, complectitur, ſed multa etiam iis immiſcuit CRVSIVS, quae res, in aliis regionibus, geſtas, ob oculos ponunt. Satis adcurata illius reperitur recenſio in *Bibliotheca* hamburgenſi *hiſtorica* Centur. X. p. 40 ſqq. quam ob rem a prolixiore heic recenſione nos abſtinemus. Cuilibet volumini imago MARTINI CRVSII ligno inciſa praemittitur. Prima *dodecas* inſcripta eſt nomine Friderici, Ducis wirtembergici, ſecunda, Philippi Ludouici, Ducis palatini, tertia, Joachimi, Lucii, Sigismundi, & Achacii fratrum a Landaw. *Liber* autem *paralipomenos* vrbis Auguſtae, Vlmae, Reutlingae, Eſſelingae, Hailprunnae, Halae, Campidoni, Memmingae, Noerlingae, & Werdae Ephoris, Conſulibus, Praetoribus ac Senatoribus dicatus eſt. Raritatis teſtes ſunt *Bibliothecae* menkenianae *catalogus* p. 431. Cl. Joannis Vogtii *Catalog. libror. rar.* p. 225 ſqq. *Catalog. Biblioth.* rinckianae p. 478. aliique plures. Nouam quidem editionem cum viris doctis communicare promiſerat Joan. Michael Hallwachſius Profeſſor tubingenſis, ſed verſione operis teutonica, quam Joan. Jacob. Moſerus an. 1733. hoc titulo in lucem emiſit: MARTINI CRVSII Schwäbiſche *Chronick, von Erſchaffung der Welt bis auf das Jahr* 1596. *aus dem lateiniſchen erſtmals überſetzet, vnd mit einer Continuation bis* 1733. *auch*

 einen

einen vollſtändigen Regiſter verſehen, *nebſt einer Vorrede*, *dem Leben des Autoris*, *vnd einer alphabetiſchen Nachricht von mehr denn 1000. gedruckt und ungedruckten Schriften*, *die* Schwaben *gantz oder zum theil betreffen. Franckf.* II. Tom. in fol. a propoſito abſterritus deſtitit.

Vid. de MARTINO CRVSIO Viti Mylleri *Oratio de vita & obitu* MARTINI CRVSII *Tubingae* 1608. in 4. qua vſus in deſcribenda CRVSII vita fuit Melchior Adami in *vitis philoſophor.* germanor. p. 223 ſeqq. Joan. Conrad. Dieterici *progr. de propagatione graecarum litterarum & poeſeos per* Germaniam, *a Triumuiris litterariis* MART. CRVSIO, Michael. Neandro, Laurent. Rhodomanno *inſtituta*, *Gieſſae* 1663. in 4. Paul. Freheri *Theatrum viror. eruditione claror.* p. 1503. Henrici Wilandi *Leichpredigt bey der Begräbnis* Catharinen Vetſcherin, MARTINI CRVSII *ehelicher Hauszfrawen*, *Tübing* 1599. in 4. Varia, in illo reperiuntur ſermone, ad rerum cruſianarum hiſtoriam ſpectantia. Niceron *Memoires* Tom. XIIII. p. 382 ſeqq. *Nou-antiqua* ann. 1704. p. 135. vbi legitur *der theologiſchen Facultaet zu* Tübingen *Judicium von* MARTINI CRVSII *noch vngedruckten Schriften*, ex MSto. editum. De bello grammaticali, per tres fere annos integros, inter Nicodemum Friſchlinum, & MARTINVM CRVSIVM, tanta animorum acerbitate geſto, vt teſte Dauid. Chytraeo p. 603. *epiſt.* ad Pancrat. Crugerium, Graecis *non magis curae fuerit* Troiam *capere*, *quam* Friſchlino *aduerſarium omnibus probris deformatum conculcare*, vid. Carol. Henric. Langii Nicodemus Friſchlinus *vita*, *fama*, *ſcriptis ac vitae exitu memorabilis*, *Brunſuig. & Lipſ.* 1727. in 4. Cap. II. §. X. p. 73 ſqq. Cl. Jacob. Burckhardi *de linguae latinae in* Germania *fatis* P. I. Cap. VI. p. 501 ſqq.

CCXXXII.

CCXXXII.

MARTINI CROMERI, *Varmienſis Epiſcopi* Polonia: Siue de origine & rebus geſtis Polonorum Libri XXX. Oratio funebris Sigismundi primi, Regis, deque ſitu, populis, moribus, magiſtratibus, & republica regni Poloniae, libri duo. Omnia nunc vltimo ab ipſomet auctore recognita, ac multis locis emendata & aucta. His acceſſerunt recens ad hiſtoriae continuationem, quae ſequens pagina demonſtrat, & chartae geographicae, cum Poloniae, Pruſſiae, Maſouiae, Ruſſiae &c. tum etiam Lithuaniae, Liuoniae & Moſcouiae, aeneis formis expreſſae. Cum indice rerum memorabilium locupletiſſimo. *Coloniae Agrippinae, in officina Birckmannica ſumptibus Arnoldi Mylii. Anno M. D. LXXXIX.* (1589). *Cum gratia & priuilegio S. Caeſareae Maieſtatis.* in fol. pp. 846. except. fol. prioribus 14. & indice folior. 27.

Omnium optima haec editio, noſtra iam aetate rarior facta eſt. Prolixiore heic recenſione ſuperſedere poſſumus, cum in *Bibliotheca* hamburgenſi *hiſtorica* Centur. III. Art. XXXVIIII. p. 172 ſqq. liber deſcriptus, variaeque editiones enumeratae fuerunt. Omnium prima eſt, quae *Baſileae ex officina oporiniana* 1555. in lucem exiit. Conf. Gabriel. Groddeck *Schediasma de Scriptor. Hiſtor.* polonicae p. 18. *Bibliotheca hiſtorica* Struuio-buderiana p. 1511 ſqq vbi. etiam ii enumerantur, qui CROMERI opus ſatis prolixum in compendium redegerunt. Exemplar, quod e Bibliotheca portenſi publica, ante oculos verſatur, hoc ſingulare habet, quod ligaturae e corio rubro turcico, deauratae, haec litteris aureis verba inſcripta fuerint

SIGISMVNDVS. III. D. G. REX
POLONIAE. M. D. LIT. PROX
HAERES. REG. SVAETIAE
ET CET. FVTVR. REX

In Joannis Piſtorii, niddani, polonicae *hiſtoriae corpore*, *Baſil.* 1582. in fol. edito, CROMERI *chronicon* Tom. II. vltimo loco repoſitum fuit. Inchoauit CROMERVS narrationem ſuam, ab origine gentis polonicae, eiusque filum ad annum vsque 1506. deduxit.

MARTINVS CROMERVS, Epiſcopus varmienſis, homo nouus, abſolutis in gymnaſio craconienſi ſtudiis, Juris vtriusque Doctor, omnem fere Germaniam et Italiam peragrauit. Ex itinere redux Canonicus cracouienſis, et regius Secretarius conſtitutus, omnem honorem, omne ſtudium, omnesque cogitationes ſuas, in examinandis, commemorandisque patriae rebus, collocauit. Multas reipublicae legatus, in Imperatoris, Pontificis, aliorumque Principum aulis, legationes obiit, et patriae negotia, tanta fide, tantaque cura et ſollertia egit, vt anno 1579. remunerationis loco, varmienſem nanciſceretur epiſcopatum. Mortuus eſt anno 1589. aetatis anno LXXVII. cum inter amicos menſae adcumberet. Vid. de illo praeter Chriſtophor. Varſeuicium, Simon. Starouolſcium, Petr. de Duisburg, Chriſtoph. Hartknochium, Paull. Piaſecium, Caſp. Schutzium, et alios Anton. Poſſeuini *Apparat. ſacer* Tom. II. p. 402. Jo. Daniel. Janozkii *litterarum in* Polonia *Propagatores, Dantiſci* 1746. in 4. §. XLI. p. 28 ſqq.

CCXXXIII.

De Bello Belgico, Auſpiciis Excell^{mi} ac Generoſiſſimi Ambroſii Spinolae, Marchionis a Benaffro, Equitis Velleris Aurei, &c. Ducis vniverſi Exercitus Regis Hiſpaniae potentiſſimi Philippi

lippi III. Et ſereniſſimi Archiducis Alberti ab Auſtria, Belgii Principis. Cum expoſitione Cauſarum et rationis confectae Pacis, ſeu Induciarum, additis articulis, et litteris Principum ad ipſas inducias ſpectantibus *Auctore* JOANNE BALINO, *Burgundione Veſulano. Bruxellae, ex officina Rutgeri Velpii, Typog. Jur. ſub Aquila aurea, anno 1609. Cum Priuilegio* in 8. pp. 174. ſi ea quae praemittuntur et adiiciuntur folior. 25. exceperis.

Librum eſſe rarum, nos docuit Cl. Dauid. Clement in *Bibliotheque hiſtorique et critique* Tom. II. p. 379. Dicauit illum Auctor *florentiſſimae reipublicae, potentiſſimaeque dominationi* Genuenſi. Dedicationem, praefationem, et capitum XIIX. indicem excipiunt varia *poemata*, BALINO, in honorem Ambroſii Spinolae, Aurelii Spinolae, Philippi Parauicini, et Joan. Baptiſt. Aureae conſcripta. Compoſita *belli* belgici *hiſtoria*, adiicitur p. 108. *Hiſtoria de pace ſeu induciis XII. annorum*, quae partem capitis XIIX. et XVIIII. caput integrum complectitur. Forte ea Chriſtophor. Hendreichius adductus fuit, vt BALINI *hiſtoriam de induciis* belgicis, *Bruxellis anno* 1640. prodiiſſe ſcriberet. Libello additur JOANNIS BALINI poema elegiacum, *de pace* belgica, quod Jani *bifrontis* belgici titulo inſcripſit. Folior. 6. Initium lectores docere poterit, qualis fuerit BALINVS poeta:

Squallebant mea membra ſitu, deforme cadauer
Proſtratum gelida deficiebat humo:
Obruta lethaeo languebant lumina ſomno:
Pallida tingebat liuidus ora calor.
Aſpera frons ſulcis tremulae vicina ſenectae:
Spiritus e tardo pectore miſſus erat.
Ingratos vox rauca ſonos fundebat anhelo
Gutture, plena grauis verba doloris erant.

Manabant oculis lachrymae velut imber ab alto:
Nulla quies animo, corpore nulla quies.
His dum cincta malis iaceo, furibunda caterua
Quadrupedante ſolum martia prodit equo.
Vulnera vulneribus crebris ſuperaddita cernas,
Sanguinolenta modo, huida membra prius.
Foedatos etiam rubicundo puluere crines:
Spumantis ſanies ore fit inſtar equi.
Et cruor, et tabum, toto mihi corpore manant,
Confoſſum crebra cuſpide vtrumque latus.
En morior, ſanguisque animam circumuehit ater:
Viuo tamen, mors eſt non cito poſſe mori &c.

Editionem libri *antuerpienſem* an. 1610. ab Hendreichio in *Pandect.* brandeb. p. 398. productam, in dubium vocauit Cl. Dau. Clement l. cit. Non certiore fundamento inniti credimus editionem, quae cum Flor. van der Haer *hiſtoria* huius *belli Bruxell.* 1609. in 8. prodiiſſe dicitur Tom. I. des *algemeinen gelehrten Lexic.* col. 743. in primis cum neque apud Valerium Andream Deſſelium in *Biblioth.* belgic. p. 451. neque apud Jo. Franc. Foppens in *Biblioth.* belgic. Tom. I. p. 567. eiusmodi editionis mentio facta fuerit. Iis teſtibus JOANNES BALINUS Veſalii, apud Sequanos natus, Presbyter, vixit in Belgio legionis burgundicae ſub Claudio de Rya, Barone Balanzonio, Curio ſeu Capellanus, et Veſaliae Cliuiorum viuere deſiit. Illum, praeter hunc librum, alia magno numero opuſcula, praeſertim *poemata* compoſuiſſe perhibent, quae hoc tempore, apud agnatos, repoſita, inueniantur.

CCXXXIIII.

Obſidionis Madeburgi, Antiquae ac Inclytae Saxonum vrbis, anno 1550. et 51. a Caeſarianis factae, ſuccincta atque hiſtorica deſcriptio.

Per

Per SEBASTIANVM BESSELMEIERVM *eius vrbis ciuem* Germanico idiomate conſcripta, nunc vero primum Latio donata.

In Madeburgum tetraſtichon

Ante quidem bellum, in bello, poſt denique bellum
Eſt mihi ſeruatus virginitatis honos
Sed quoniam iam ſum tot millia paſſa virorum,
Dic mihi quo potui virgo manere modo?

Baſileae, anno MDLII, (1552.) in 8. pp. 108.

SEBASTIANVS BESSELMEIERVS, ciuis magdeburgenſis, in hoc libro deſcripſit obſidionem vrbis, qua, Imperatoris iuſſu, per quindecim menſes, illam cinxerat Mauricius, Elector Saxoniae, an. 1551. propterea quod *librum interimiſticum* vrbs recipere noluerat. Expugnata fuit eodem anno, die III. Novembris. Lingua librum conſcripſerat vernacula auctor, qui, cum vrbs obſideretur, vigilum praefectus fuerat, hoc titulo: *Warhaftige Hiſtori vnd Beſchreibung des Magdeburgiſchen Kriegs, von anfang biſz zu ende, was ſich die Zeit der Belägerung innen vnd auſſerhalb der Statt zugetragen vnd verlauffen hat, auch von der Schlacht vnd fürnembſten Scharmützlen, Thaten vnd Angriffen zu beyden theilen geſchehen, im Jahr der mindern Zahl 50. vnd 51. auffs kürtzeſt verfaſt. Durch* SEBASTIAN BESSELMEYER *Bürger zu Magdeburg, ſo in ſolchen händeln bey vnd mit geweſen. Gedruckt zu Baſel, im Jahr nach Chriſti Geburt,* 1552. in 8. Inſeruit illum Friderich Hortleder operi, quod inſcribitur: *der* Römiſchen *Keyſer vnd Königlichen Maieſtaeten, auch des heiligen Rö. Reichs, geiſtlicher vnd weltlicher Staende, Churfürſten, Fürſten, Graffen, Herren, Reichs vnd anderer Stätte, zuſampt der heiligen Schrifft geiſtlicher vnd weltlicher Rechte Gelehrten Handlungen vnd Auszſchreiben* &c. Tom. I.

Franckf. am Mayn 1618. in fol. L. IIII. Cap. XIIX. p. 915 ſqq. vbi duplicem aliam exſtare ait editionem mutilatam. Quis librum e vernaculo, in latinum converterit ſermonem, pro certo adfirmare, minime ſuſtinemus. A Simone Schardio id factum eſſe, fundamento neſcimus quo, *Lexicon eruditorum* Tom. I. col. 1052. adfirmat. Si coniecturae locus fuerit, Coelium Secundum Curionem interpretem latinum exiſtimauerimus, cum in fine libelli, litterae initiales C. S. C. cum hoc epigrammate legantur:

Quod ſteterim virgo, tot millia paſſa virorum
Effecit Chriſtus *virgine natus homo.*
Quodque viro digna eſt ſpecies, et gloria tanta
Non mea, ſed ſummi facta dedere dei
Si qui ſancta patris ſeruarint iuſſa potentis
Non metuent fraudes, vlla nec arma virum.

Quorſum adcedit, quod illo tempore, Coel. Secundus Curio, Baſileae vixerit. Quisquis autem verſionis fuerit auctor, in Gallorum et Italorum potiſſimum gratiam, hunc laborem fuiſſe ſuſceptum, in *praefatiuncula ad Lectorem* profitetur. Auctoris *anacephalaeoſin*, ideo omittendam cenſuit, quod ad hiſtoriae ſeriem, nihil fere facere videatur. Illius loco adiecit in fine narrationem de equite albo ſiue vt ab hoſtibus nominari conſueuerat, albo ruſtico, qui a partibus Magdeburgenſium ſtetit, et ſemper in acie primus fuit, qui in hoſtium copias inrueret illasque vndequaque caederet, et in fugam verteret. Illum S. Michaelem, aut alium angelum, a Deo miſſum fuiſſe, tunc temporis ſibi perſuadebant Magdeburgenſium hoſtes. Simon Schardius verſionem latinam inſeruit *ſcriptoribus rer.* germanic. Tom. II. p. 1684 ſqq. edit. *baſileenſ.* Tom. II. p. 519 ſqq. edit. Hier. Thomae, ſed de equite albo, narratio omiſſa fuit.

CCXXXV.

CCXXXV.

Origines Murenſis monaſterii, cum breui chronico Seculi XI. quo maior ſcriptorum penuria fuit, ex vetuſtiſſimo codice edita. *Spirembergii in bibliopolio Brucknauſenio MDCXVIII.* (1618) in in 4. pp. 65.

Falſo liber *Spirembergii* impreſſus dicitur, e Gallia prodiit, lucemque ſub Nicolai Claudii Fabricii Peireskii auſpiciis, *Pariſiis* primum vidit publicam, id quod ex Petri Gaſſendi *vita* Peireskii *Hag. Comit.* 1655. in 4. L. II. p. 101. patet. Conf Jo. Georg. Eccardi praefat. ad *Origines Familiae* Habsburgo-auſtriacae *Lipſ.* 1721. in fol. Qua ratione codex iſte, in Peireskii venerit manus, inter ſcriptores non conuenit. Eccardus l. cit. id potiſſimum Godofredi Jacobonati opera, factum eſſe, memorat, Petrus autem Gaſſendus l. cit. narrat, magna contentione Peireskivm, et repetitis litteris curauiſſe, vt amicus ſuus Emericus de Vic, tum legatione regia, in Heluetia fungens, dextre obtineret in authentica forma, *Actorum* murenſium exemplar, quod poſſet inferri in chartophylacium regium. In primis Peireskius ſibi expetierat antiquam illam, quae praefixa erat *actis*, Principum fundatorum monaſterii murenſis *genealogiam*, cuius, et *actorum* ſollicite procurauit iteratam editionem, et *genealogiam*, *ne vna quidem ſyllaba*, vt Gaſſendus ait, *addita*, *vel demta*, *redegit in perſpicuum ſchema.* Quamquam idem retulit Joannes Mabillonius in *itinere* germanico p. 23 ſqq. edit. Jo. Alb. Fabricii *Hamb.* 1717. in 8. omnia tamen alia, ab ipſis, coenobii murenſis, religioſis viris ſe accepiſſe, refert Marquard. Herrgott in *genealogia diplomatica auguſtae gentis* habsburgicae Tom I. *Viennae* 1737. in fol. form. maior. *Prolegom. III. de aetate et authentia Actorum* murenſium p. XXV. codicem nimirum *acto-*

actorum murenſium diu latuiſſe, ipſis quoque monachis ignotum; tandem vero in cubili reuerendiſſimi D. Abbatis, dum aedes monaſterii reſtaurabantur, inter parietem et coaſſationem fortuito caſu, illum, qui ibidem abſconditus erat, in terram fuiſſe prolapſum narrat. *Eumdem poſtea codicem*, pergit Marquard. Herrgott, *multis precibus homo* Gallus, *litteris commendatitiis, ab Oratore regis* Galliarum, *qui* Solodori *degebat, inſtructus, a coenobitis expetiuit: quem, quum ad legendum in cubiculo, quo hoſpes exceptus erat, concederetur, nocturnis horis, clam deſcripſit, inſciisque monachis, poſtmodum* Pariſiis *prelo commiſit.*

Quo tempore auctor *actorum* murenſium vixerit, et quis ille fuerit, adhuc ſub iudice lis fuit. Peireskius illum, ad Seculum, a Chriſto nato, XI. vel XII. retulit, ſed codicem, e quo ille, ſuum exemplar deſcribendum curauit, recentioris aetatis, et ſeculo vel XIII. vel XIIII. fuiſſe exaratum, variis argumentis demonſtrat Marquardus Herrgott, ſimulque, Dominici Tſchudii, Abbatis murenſis argumenta refellit, quibus, in libro *de origine et genealogia glorioſiſſimorum Comitum de* Habsburg, cui ipſa *Acta* murenſia inſeruit, anno 1651. edito, et 1702. recuſo, Peireskii ſententiam corroborare ſtuduerat. Auctorem autem anonymum, primas partes, ipſumque Abbatis officium in murenſi monaſterio, quondam obtinuiſſe, coniicit Marqu. Herrgott, in *prolegom.* cit. p. XXXIII. ex verbis, quae *Actis* inſeruit p. 74. edit. Peiresk. et 337. edit. Marqu. Herrgott. dum auctoritate quadam, quaſi dictatoria edixit: *decernimus igitur, quatenus nulli Praepoſitorum, Cellerariorum, aliarum venerabilium perſonarum, liceat ea alterare, extra quam ſtatuta ſunt.* Cum autem Marqu. Herrgott l. cit. fidem et auctoritatem *actorum* murenſium, ſpecioſis argumentis ſuſpectam reddere, et infra diplomatum fidem deprimere adgreſſus eſſet, calamum nuper, contra illum ſtrinxit P. Fridolinus Kopp, monachus murenſis, et in lucem edidit *vindicias Actorum*

rum

rum murenſium, *pro et contra* R. D. P. Marquardum Herrgott, *genealogiae diplomaticae auguſtae gentis* habsburgicae *auctorem*, *ſeu acta fundationis* murenſis *monaſterii*, *tanquam eiusdem genealogiae fundamenta, fidei ſuae aſſerta*, *ſolidisque rationibus et documentis ſobrie et iuſte vindicata*. *Typis eiusd. monaſterii per Joan. Caſp. Hiltensperger* 1750. in 4. form. maior. cum figuris aeneis. Id potiſſimum agit Koppius, vt doceat genealogiam domus habsburgicae a Dominico Tſchudio et ab ipſo Marqu. Herrgott, ad fidem *Actorum* murenſium conditam, ruinoſis fundamentis ſuperſtructam non eſſe, neque fidem auctoris anonymi, qui hoc fundationis libro, antiqua murenſis monaſterii iura perſequitur, merito ſuſpectam haberi. In tres *vindicias* ſuas diſtinxit partes, quarum I. Capitibus XXIIII. diluit argumenta a Marqu. Herrgott contra aetatem et authentiam *Actorum* murenſium propoſita, tantaeque, *Acta* haec, fidei, integritatisque eſſe oſtenditur, vt genealogia habsburgica recte ac tuto iis ſuperſtruatur. P. II. X. capitibus demonſtrat, virtutem imo neceſſitatem *actorum* murenſium, tantam quidem, vt deſuper, genealogia habsburgica, etiam diplomatica, non tantum poſſit, ſed etiam debeat fundari. Ipſas praeterea ſtemmatis habsburgici propagines, ita deducit, vt a Guntramno diuite, recta linea deſcendat, ad Rudolphum vsque I. romanorum regem. P. III. exhibet ipſa *Acta* murenſia, *ſuae fidei ad litteram et ſenſum reſtituta*, *atque cum nouiſſima* Marqu. Herrgott *editione*, *cuius quoque diſcrepantiae et hallucinationes adnotantur, collata*, *atque aliis inſuper animadverſionibus illuſtrata*. De aliis editionibus vetuſtioribus vid. Cl. Joan. Vogtii *Catalogus libror. rarior.* p. 479 ſqq. *Analecta litteraria de libris rarior.* p. 619 ſqq.

CCXXXVI.

CCXXXVI.

La vie du Marquis Galeace Caracciolo, mort à Geneve, le ſiécle paſſé. Hiſtoire des plus curieuſes. *A Geneve pour Jean Louis Du Four MDCLXXXI.* (1681) in 12. pp. 159. praeter folia quatuor priora.

Sine dubio ipſa illa haec eſt verſio, quam ex hetruſco Nicolai Balbani idiomate conuerſam eſſe a Mr. Minutoli, adfirmat Mr. Des Maizeaux in *Remarques ſur la Lettre* XXXV. de Mr. Baile Tom. I. *Amſterd.* 1729. in 12. p. 181. quamquam titulus ibi reperiatur, ab illo, quem adſcripſimus, plane diuerſus. Non ſolum enim eodem anno 1681. verſionem, quam dedit Mr. Minutoli *Geneuae* in 12. prodiiſſe, adnotationis auctor refert, ſed idem quoque confirmare videntur octo aſteriſci, quos verſionis auctor anonymus in epiſtolae dedicatoriae fine, nominis ſui loco adpoſuit. Tot enim e litteris nomen de Mr. Minutoli compoſitum eſt. Dicata eſt haec verſio gallica *à Meſſieurs les Chefs des Familles* Luquoiſes *domiciliées a* Geneue. Ex epiſtola dedicatoria excerptum dedit Cl. Dav. Clement in *Bibliotheque hiſtorique et critique* Tom. II. p. 348. Conf. *Analecta litteraria de libris rarioribus* p. 64. vbi pluribus verbis, de libello, qui hetruſco ſermone ſcriptus eſt, et eius verſionibus diximus. Verſionem latinam, quae, ab auctore anonymo, titulo Galeacii Caraccioli Vici *Marchionis vita: qua conſtantiae verae chriſtianae exemplar rarum proponitur*, anno 1596. in 8. edita fuit, ob inſignem raritatem recudendam curarunt Auctores *muſei* helvetici Tom. II. Part. IIX. *Turici* 1748. in 8. p. 519 ſqq. Anglicam verſionem a W. Crashaw compoſitam, ex Roberti Fysher *Catalogo Bibliothecae* bodleianae Tom I. p. 237. iam memorauit Cl. Dauid Clement l. cit.

Galeacius, ſiue Galeazzo Caraccioli, Vici Marchio, patre Nicolao Antonio, et matre, Petri Caraffae,

raſſae, qui poſtea ſub Paulli II. nomine, eccleſiae romanae Pontifex praefuit, ſorore, anno 1517. natus, Neapoli fuit. Cum Petrus Martyr Vermilius, florentinus, Canonicus regularis, Neapolin veniſſet, et ibidem religionis chriſtianae, quam ſic dicti profitentur reformati, dogmata diſſeminaret, Galeacius Caracciolus, Joannis potiſſimum Valdeſii, Hiſpani, et qui illi adfinitate iunctus erat, Joannis Franciſci Caſertae perſuaſionibus permotus, illius etiam frequentare coepit praelectiones, quibus adeo excitatus fuit, vt iam tunc temporis, reformatorum partes occulte amplecteretur. Tandem, interiecto tempore in Germaniam, et quidem in aulam caeſaream miſſus, Argentinae, ab eodem Vermilio, qui in Germaniam diſceſſerat, magis confirmatus, anno 1551. patre, coniuge Victoria Ducis Nuçerini filia, atque liberis relictis, omnibusque diuitiis ſpretis, Geneuam conceſſit, & anno 1560. primum conſultis paſtoribus, Annam Fremeriam, viduam, quae Rothomago, religionis cauſſa Geneuam venerat, iam quadragenariam in matrimonium duxit. Cum illa, bonis omnibus deiectus, in ſumma paupertate vixit, & anno 1586. aetatis anno LXVIIII. e vita deceſſit. Conf. de illo Thuanus *Hiſtor.* L. LXXXIIII. p. 174 ſqq. Antoine Teiſſier *Eloges des Hommes ſavans* P. II. p. 135. In gallica ●tae verſione, haec eius, & vxoris, quae vndecima, poſt eius mortem, menſe obiit, leguntur epitaphia, in latina verſione omiſſa.

Illuſtri Domino D. Galeacio Caracciolo, *Marchionatus* Vici *in Regno* Neapolitano,
vnico & legitimo heredi,
P. P. L. P.

Italiam *liqui patriam, claroſque penates*
Et laetam antiqua nobilitate domum
Caeſareaque manu porrectos fortis honores
Contempſi, & magnas Marchio diuitias.

Vt

Vt te Chriſte, *ducem ſequerer contemptus, & exul,*
Et pauper varia preſſus vbique cruce:
Nam nobis caeli veros largiris honores
Et patriam, & cenſus annuos, atque domos
Excepit profugam vicina Geneua Lemanno
Meque ſuo ciuem fouit amica ſinu;
Hic licet exigua nunc ſim compoſitus in vrna
Nec claros cineres alta ſepulcra premant
Me decus auſoniae *gentis, me vera ſuperbis*
Maiorem pietas regibus eſſe facit.

* * * * * *

Lectiſſimae Matronae, Annae Fremeriae, *Illuſtris Domini D.* Galeacci Caraccioli *vxori*
P. P. L. P.

Vix vix vndecies repararat cornua Phoebe
Conſpicitur triſti funus in vrbe nouum:
Anna *ſuum coniunx lacrymis venerata maritum,*
Indomito tandem victa dolore cadit.
Illa ſui cernens properantia tempora lethi,
Dixit tunc demum funere laeta ſuo,
Quam nunc grata venis, quam nunc tua iuſſa libenter
Mors ſequor, ad ſedes nam vehor aethereas.
Hic vbi certa quies conceſſa laboribus, aura
O coniux tecum iam meliore fruar.
Pectore quem toto conceperat illa dolorem
Sola ſuperueniens vincere mors potuit.

CCXXXVII.

JO. BAPTISTAE BENEDICTI, *Patricii Veneti, Philoſophi,* Diuerſarum ſpeculationum mathematicarum & phyſicarum liber. Ad Sereniſſimum Carolum Emanuelem Allobrogum & Subalpinorum Ducem inuictiſſimum. *Taurini apud haeredem*

redem Nicolai Beuilaquae MDLXXXV. (1585) in fol. pp. 426. excepr. dedicatione & praefatione.

Libri ſatis rari, hic titulus integer eſt, quem minus adcurate, ex Eliae Ehingeri *Catalogo Bibliothecae* auguſtanae 1633. in fol. col. 672. protulit Cl. Dauid Clement in *Bibliotheque hiſtorique & critique* Tom. III. p. 131. Inueniuntur in illo 1. *Theoremata arithmetica; 2. de rationibus operationum perſpectiuae libellus; 3. de mechanicis lib. 4. Diſputationes de quibusdam placitis* Ariſtotelis; 5. *in quintum* Euclidis *librum theoremata; 6. phyſica & mathematica reſponſa per epiſtolas.* Haec omnia multis figuris geometricis illuſtrata conſpiciuntur. Paullo vero glorioſius de hoc libro ſuo, loquitur in praefatione auctor, cum inter alia ſcribit: *nihil his libris a me traditum eſt, quod aut legiſſe, aut ab aliis audiuiſſe meminerim, nam ſi aliena attigi, ea, aut cum aliqua differentia demonſtrationis, aut dilucidius ſcripſi, quodſi forte alius eadem tradidit, aut eius lucubrationes ad me non peruenerunt, aut earum perlectionis memoria excidit. Vt enim etiam* Ariſtoteles *ipſe ſenſit, facile fieri poteſt, vt pluribus eaedem opiniones, in mentem veniant. Imo multa ſcribenti euenire poteſt, vt cum iamdiu aliquid ſcripſerit, iam oblitus idem repetat, quod mihi etiam nonnunquam accidit* &c. Ex dedicatione adparet, quod Duci Sabaudiae Caroli Emanuelis patri admodum carus ac familiaris fuerit BENEDICTVS, qui illum ex vrbe parmenſi, Taurinum arceſſiuerit. Eum mortuum eſſe anno 1590. aetatis anno LX. prodit *lexicon vniuerſale* hofmannianum. In Joſ. Simleri *Bibliotheca* p. 341. illum JO. BAPTIST. DE BENEDICTIS nominari conſpeximus. Qua ratione eius librum *de gnómonum vmbrarumque ſolarium vſu, Auguſt. Taurinor.* 1574. in fol. editum, admodum rarum, proprium ſibi reddiderit, & pro ſuo venditauerit, inter plagiarios qui vnquam exſtiterunt impudentiſſimus Joannes Taisnerius, hannonius, athenſis, id

ipſis JOAN. BAPTIST. BENEDICTI verbis expoſitum fuit a P. Baile in *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. IIII. pag. 2687. not. B. Conf. *Miſcellanea* lipſienſia *noua* Tom. I. p. 145. Dauid Clement l. cit. vbi & de aliis JO. BAPT. BENEDICTI *operibus* agitur.

CCXXXIIX.

ΦΙΛΩΝΟΣ Ιουδαιου εις τα τcυ Μωσεως κοσμοποιητικα, ιςοϱικα, νομοθετικα. Του αυτου μονοβιβλα. PHILONIS *Judaei* in Libros Moſis de Mundi opificio, hiſtoricos, de Legibus. Eiusdem Libri ſingulares. Ex bibliotheca regia. *Βασιλεῖ τ' ἀγαθῷ κϱατεϱῷ τ' αἰχμητῇ. Pariſiis, ex officina Adriani Turnebi typographi Regii. Regiis Typis M. D. LII.* (1552). *Ex priuilegio Regis.* in fol. pp. 736. ſi praemiſſa, & ea, quae adiiciuntur exceperis.

Omnium prima graeca, & rariſſima eſt editio, quae nitidiſſimis litterarum characteribus exſcripta eſt. Dicauit illam Adrian. Turnebus, Carolo Lotharingo, Cardinali. Sequitur epiſtolam dedicatoriam graecam *ἀκολουθια των του* ΦΙΛΩΝΟΣ *συγγϱαμματων*, & *Excerpta* ex Suida & Euſebio, de PHILONE graeca. In fine adiicitur *ἡ διαφοϱος γϱαφη, και σφαλματων τινων ἐπανοϱθωσις*, & *index rerum memorabilium, quae in* PHILONE *continentur*, latinus. Maxime dolendum eſt, quod ſplendida haec editio, non omnes PHILONIS complectatur libros; deſiderantur enim in illa, *opuſcula* nonnulla, quae Dauid Hoeſchelius, e codice auguſtano, omnium primus graece edidit, & Federicus Morellus poſtea latine vertit in editione *operum* PHILONIS *pariſienſi* 1640. in fol. Quae *opuſcula* autem recentioribus editionibus denuo adceſſerint, intel-

intelligi poterit, ex Joan. Alb. Fabricii *Biblioth. graeca* L. IIII. Cap. IIII. p. 106 ſqq. Cum Joannes Chriſtophorſonus, Anglus, libros PHILONIS, *de mundi fabricatione, de decem praeceptis, de magiſtratu diligendo, & de officio iudicis,* in latinum ſermonem converteret, & *Antuerp.* 1553. in 4. ederet, contulit editionem *turnebianam* cum Codicibus MSS. & quadringenta fere errata in illa caſtigauit.

Conf. de PHILONE, Judaeo alexandrino, qui circa annum Chr. XL. inclaruit, & de *opuſculis* eius editis, & ineditis, eorumque diuerſis editionibus Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* l. cit. Optima omnium cenſetur editio, quam ſupra memorauimus, *morelliana, pariſienſis graecolatina* 1640. in fol. Prima prodierat *graecolatina Geneuae* 1613. in fol. Sed in illa non exſtat libellus περὶ ἱερᾶς ἑβδόμης. *Pariſienſis* recuſa fuit *Vitebergae* 1690. in fol. Noua ſupplementa ſcriptorum PHILONIS Judaei, e Suecia expectauerat Guil. Erneſt. Tenzelius, & ſingularem ideo *obſeruationem*, inſeruerat *Obſeruationibus* halenſibus *ſelectis* Tom. V. p. 428 ſeqq. *De* Platoniſmo PHILONIS Judaei, ſingularem *Diſſertationem contra* Jonſium conſcripſit Joan. Alb. Fabricius *Lipſ.* 1693. in 4. quae nunc exſtat inter eius *opuſcula Hamburg.* 1738. in 4. in vnum volumen collecta p. 147 ſeqq. Conf. Jo. Henric. Boecleri *Diſſertation. academic. Argentorat.* 1701. in 4. vbi Tom. I. pag. 380 ſqq. inuenitur *ſchediaſma in* PHILONIS Judaei *legationem ad* Caium.

CCXXXVIIII.

JOSEPHI *Judei Hiſtorici* praeclara opera non parua accuratione & diligentia recenter impreſſa, nec non a compluſculis mendis quibus paſſim antea ſtatebant (*ſcatebant*) terſa atque caſtigata.

De Antiquitatibus Libri viginti, nunc primum cum duplici ad bibliam concordantia: vna quidem generali ad leges & hiſtoriales bibliae libros: altera vero ſpeciali ad ſingula eorundem capitula. De Judaico bello libri ſeptem ad octo nouiſſimos eiusdem de antiquitatibus libros nec non ad Ageſippi (*Aegeſippi*) Xpiani de hieroſolimitano excidio libros collati atque concordati. De antiqua Judeorum origine contra Grecos & Manethonem aegyptium: nec non contra Appionem Alexandrinum libri duo hucusque confuſi nunc vero per capita diſtincti. Et his omnibus JOSEPHI operibus adiecta ſunt accurate ſingulis capitibus compendioſa argumenta: cum annotatiunculis in margine vbique accommodatiſſime collocatis non parum lectori conducentibus. Roberti Goullet ſacre pagine profeſſoris eruditiſſimi qui predicta JOSEPHI opera eo modo quo permiſſum eſt non ſine magno labore excoluit Tretramonon: (*tetramonon*): ex ipſius JOSEPHI biliae (*bibliae*) hiſtoriae ſcolaſticae Ageſippi (*Aegeſippi*) epithomatibus ſolerter conciliatum. Eiusdem compendium de ſex etatibus ſeculi in quo praeter Xpi genealogiam multa ſcitu digniſſima continentur. breuis ſcilicet coſmographiae recollectio: & omnium ferme regnorum origo ſucceſſio & finis quotquot reges in illis & quot annis regnauerunt. illi praeſertim quorum ſacri codices ac JOSEPHVS noſter meminerunt. *Venundantur parrhiſii in vico diui Jacobi ſub interſignio Lilii aurei.* in fol. folior. 195. 110. & 84.

Verſio

Verſio latina, quae ſub Rufini presbyteri aquileienſis nomine circumferri ſolet, librorum JOSEPHI *XX. de antiquitat. iudaicis* primum, in hoc codice, latinis litteris exſcripto, occupat locum. Dicauit verſionem editor Robertus Goullet, *inter ſacrarum litterarum profeſſores*, vti ipſe ait, *minimus*, Ludouico Herbert, abricenſi Epiſcopo. Ex epiſtola dedicatoria adparet, Goulletum Theologiae Pariſiis fuiſſe profeſſorem, in Collegio haricuriano: Ita enim ille: *Cum itaque animo volutarem cui has meas lucubraciunculas deuouerem, tu mihi inprimis occurriſti digniſſime pontifex cui plurima debeo ceterique mei contubernales* haricuriani *quippe cum tuis auſpiciis reuerendus in* Chriſto *pater & dns. bonae memoriae* Gauffridus Herbert conſtienſis (conſtantienſis) *olim praeſul meritiſſimus germanus tuus cuius animam collocet dominus cum principibus populi ſui, a paucis annis* haricurianum *ludum noſtrum ampliſſimis donauit prouentibus: ad ſcolaſticorum aeducationem, ob idque tu cum claris fratribus tuis quorum officiis me totum deuoui & deuoueo, ampla impartitus es munera. Efflagito igitur id munuſculi hilari accipias animo - - - Vale praeſulum columen & decus ex* haricurianis *Saedibus* Parrhiſii *tertio kalendas Februarias. Anno dominicae ſalutis Milleſimo quingenteſimo decimo tertio.*

Epiſtolae dedicatoriae haec ſubiecta eſt

JOSEPHI *in pſeudographos Querimonia*

Mancus ego nuper lacero mutilatus amictu:
Crinibus impexis pube tegente genas
Obſcuraſque miſer longe relegatus in oras
Exilium quaeſta eſt mens gemebunda ſuum
Detritus iacui truncato ſtipite nullis
Nexibus aut neruis ſqualida membra valet
Saucia nec doctus reparauit corda Machaon
Lumina nec chyron: *curaque* phillicides (Philyrides).
Non Circes *iuuit falſe non* phaſidos *herbae*

 Nec

Nec coi *quicquam pharmaca rara ſenis*
Hei nimium poſſem vigilatas plangere noctes
Atque queri ſtudio preteriiſſe dies
Vt mea calorum (clarorum) *memorarent geſta virorum*
Scripta: vel optato fine legatur opus
Ni bene creſcenti occurriſſent numina morbo
Dum michi conſtanti mente Robertus *adeſt.*
Ingenium: feruens ſtudium: conſtantia: ſudor
Me foedis ſoluit lector amande notis.

Sancti Hieronymi in JOSEPHUM *prologum* qui continet *generationem eius, fortunam quoque & teſtimonium quod fert de* Chriſto, excipit:

Studioſis litterarum zelatoribus Joannis de Guoy, mornenſis, *epigramma.*

Orta vetuſtarum cognoſcere ſemina rerum
Priſcaque quem patrum cernere geſta iuuat
Quaeque paleſtinis *ceciderunt agmina telis*
Victaque romanum *quae ſubiere iugum*
Hic JOSEPHVS *adeſt terris* (tetris) *eductus ab vmbris*
Singula qui fluxi temporis acta notat.
Quicquid enim ſucci vetus aegeſippus *habebat*
Eloquioque pari. Biblia ſancta refert.
Quis ſimul adiicitur: quod charta ſcolaſtica pandit
Omnia preſenti codice clara patent
Quattuor vnus is eſt: bis terque quaterque legendus
Ter lege biſſens lectio trina dabit
Tetramonon ſiquidem complete quattuor vnum
Continet: vt largas arcula ſeruat opes
Adde breui folimae *clauſas epithomate gentis*
Hiſtorias: quarum portio nulla vacat
Haec dedit excultum ſolertis dogma Roberti
Candida quem ſacrae pallidis (palladis) *arma tegunt.*

Arche-

Archetyopum (archetypum) *vitae hic clarique ſpecimen honeſti*
Euentus varios indicat atque vias
Non igitur leuibus mergantur pectora nugis
Nam nihil ſtomachum nauſea ficta grauem.

Illud, iſthaec duo ſequuntur epigrammata:

Eiusdem (Joan. de Guoy) *perſpicaciſſimo artium & theologie profeſſori, magiſtro* Roberto Goullet, conſtantienſi, *praeſentis voluminis elimatori vigilantiſſimo octoſtichon.*

Hiſtoriae flores quondam laetiſſima Clio
Inuenit quorum fons JOSEPHUS *erat*
Quo tamen extincto, dederant obſtacula ſentes
Nam tenebras luci plurima menda tulit.
At fugiunt vmbrae purgatis lumine nimbis
Dum clarii *referas docte* Roberte *vices*
Sic tua diuinos ſpirantia verba receſſus
Aethereas pandunt luce micante vias.

Mercurius lepaintre *fratrem ſuum* Joannem barbier *bibliopolam hoc epigrammate ſalutat.*

Multiuigas liceat greſſu nutante per vrbes
Iuerit: hiſtoriae fautor & vnus apex
Aut ſi tempus edax palmarum fregerit vſus
Niliaco veterum cortine (cortice) *geſta canens*
Aut ſcithyae, firtis*que lacus*, ſiculam*que* carybdin
Legerit. aeoliis *vndique pulſus aquis*
Attribuens praeluſte (praeluſtre) *tamen genus* Herculis *intrat*
Parrhiſios *operi laurea ſerta tuo.*
Quippe corintiaco *rutilans tua charta metello* (metallo)
Dignior ante graues ſemper habetur auos
Bibliopola fides precii cui vera recumbit
Diceris, & danaa *neſcius arte pater.*

In fine librorum *de antiquitatibus iudaicis*, haec leguntur verba: *Expliciunt* JOSEPHI *illuſtriſſimi hyſtorici de* Judeorum *antiquitate viginti libri. Antehac quidem mendoſe impreſſi ac in infinitis ferme locis corrupti: nuperrime vero per eximium profundumque ſacrarum litterarum doctorem ac profeſſorem magiſtram* Robertum Goullet: *non ſine multa lucubratione ingentique labore in priſtinum nitorem reſtituti: expoliti pariter & caſtigati: ordinatimque per capita diuiſi adiectis ſingulorum capitum ſummariis: nec non annotatiunculis in margine collocatis: lectoribus apprime conducentibus: vna cum concordantiis non ſolum eorundem librorum ſed etiam Bibliae. Impreſſi inque* Parrhiſiis *per* Anthonium Bonnemere *impreſſorem. Anno domini Milleſimo quingenteſimo decimo nono* (1519).

Secundam codicis partem conſtituunt JOSEPHI *de bello iudaico libri ſeptem*, qui hac ratione inchoantur: *Incipit* FLAVIVS JOSEPHVS *hiſtoricus illuſtriſſimus de* Judaico *bello per venerabilem* Ruffinum *praesbiterum de* graeco *in* latinum *traductus. Antehac quidem mendoſe impraeſſus ac in infinitis ferme locis deprauatus: nunc vero per grauiſſimum atque profundiſſimum thelogiae* (theologiae) *doctorem nec non profeſſorem magiſtrum* Robertum Goullet: *non ſine multa lucubratione grandique labore in ſuum primum ſtatum reſtitutus excultus & vbique emendatus adiectis ſingulorum capitum compendioſis argumentis: cum annotatiunculis perquam vtilibus in margine collocatis, nec non cum concordantiis ad libros eiusdem* JOSEPHI *de antiquitatibus, & ad* Aegeſippum *chriſtianum de Excidio* hieroſolymitano: Finem iis imponunt haec verba: *Exaratum habes* (*lector optime*) FLAVIVM JOSEPHVM *hiſtoricum illuſtriſſimum de bello* iudaico, *per venerabilem* Ruffinum *praesbyterum De* graeco *in* latinum *traductum. Ante hac quidem mendoſe impraeſſum: ac infinitis ferme locis deprauatum. Nunc vero per grauiſſimum atque profundiſſimum theologiae*

logiae doctorem: nec non Profeſſorem magiſtrum Robertum Goullet *non ſine multa lucubratione ingentique labore in ſtatum ſuum priſtinum reſtitutus, excultus, & vbique emendatus. Adiectis ſingulorum capitum compendioſis argumentis cum annotatiunculis perquam vtilibus in margine collocatis nec non cum concordantiis ad libros eiusdem de Antiquitatibus & ad* Aegeſippum *chriſtianum de excidio* hieroſolimitano. Adſeruatur in Bibliotheca portenſi publica membrana e ducentis ſeptem & triginta conſtans foliis, quae chartam, vt vulgo dicunt, regiam, ſiue auguſtam magnitudine aequant, &, cum *antiquitates* JOSEPHI *iudaicas*, tum & *belli iudaici hiſtoriam* a Rufino Toriano vt vulgo creditur, in latinum ſermonem conuerſam, complectuntur. Illam ante hos fere ſex centos annos, litteris fuiſſe exaratam, demonſtrare variis argumentis ſuſtinuit Fridericus Gotthilf Freytag pater in programmate, quo hanc *e Bibliotheca* portenſi JOSEPHI *membranam* deſcripſit *Numbargi* 1727. in 4.

Tertia parte ponitur ob oculos JOSEPHI iudei *ad* epaphroditum *de antiquitate iudaice gentis: contra* Graecos Manethonem Appionem*que & alias* aegyptios *conſcriptio* (*quam nouiſſimam poſt omnia opera aedidit*) *in duos ſubdiuidens libros* (*quorum primus ſpecialiter contra* Graecos & Manethonem, *& Secundus contra* Appionem *intitulatur*) *nouiter impreſſa atque per capitula* (*hucusque non*) *aegregie diſtincta adiectis ſingulorum capitum argumentis cum annotatiunculis perquam vtilibus Per grauiſſimum atque profundiſſimum theologiae profeſſorem magiſtrum* Robertum Goullet. Typographus coronidis loco haec adpoſuit verba: *Exaratum habes* (*candide Lector*) FLAVIVM JOSEPHVM *hiſtoricum illuſtriſſimum de Aantiquitatibus* (antiquitatibus) *belloque iudaico nec non de antiqua* Judaeorum *origine per venerabilem* Ruffinum *praesbyterum De graeco in latinum traductum. Ante bac quidem mendoſae* (mendoſe) *impraeſſum ac in infinitis*

finitis locis deprauatum. Nunc vero per grauiſſimum atque profundiſſimum ſacrae paginae profeſſorem magiſtrum Robertum Goullet *non ſine multa lucubratione ingentique labore in ſtatum ſuum priſtinum reſtitutus excultus & vbique accuratiſſime emendatus Adiectis ſingulorum capitum compendioſis argumentis cum annotatiunculis perquam vtilibus in margine collocatis nec non cum concordantiis non ſolum eorundem librorum inter ſe. Sed etiam bibliae* aegeſippi *ac hyſtoriae ſcolaſticae vbicumque idem cum* JOSEPHO *pertractant. Impraeſſus quidem induſtria probi viri* Anthonii bonnemere *in impreſſoria arte petiſſimi* (peritiſſimi) *ac librarii. Impenſis vero boneſtorum virorum* Joannis petit & Franciſci regnault *bibliopolarum Anno domini Mileſimo quingēteſimo decimonono* (1519) *kalendis Aprilis.*

Quarto loco in codice noſtro conſpicitur Roberti Goullet *Tetramonon*, quod hac ratione inchoatur: FLAVII JOSEPHI *hiſtorici illuſtriſſimi de antiquitatibus belloque iudaico: nec non de antiqua* iudaeorum *origine breuiuſcula & perquam vtilia epitomata nec non additiones bibliae & hyſtoriae ſcolaſticae atque* Aegeſippi: *locis congruis ad ipſum* JOSEPHVM *accuratiſſime a grauiſſimo atque profundiſſimo theologiae doctore nec non profeſſore magiſtro* Roberto Goullet *appoſitae & collectae: quod quidem opus compendioſum* Tetramonon *merito poteſt appellari.* Praefationem iſti parti praemiſit Joannes Vatellus *ad ſpectatiſſimum digniſſimumque dominum magiſtrum* Joannem Boeuin, *in ſacratiſſima theologorum paleſtra licenciatum vigilentiſſimumque* (vigilantiſſimum) *ac ſapientiſſ.* haricurianae *domus prouiſorem, & dominum, nec non ſanctorum* Geruaſii & Protaſii *apud* parrhiſios *curatum paſtoremque meritiſſimum.* Conqueritur inter alia, in iſta praefatione, de hominibus, qui donum ſibi caelitus datum, ſcientiam & intellectum, marceſcere, ſituque toties obduci permittant. *Quae digniſſime proviſor,* pergit ille, *extitit impudens ad hanc diem noſtrorum*

ſtrorum hominum inertia: Quorum ne vllus quidem (quod fateri pudet) adhuc inuentus eſt inter eos receptus: qui literis inuigilaſſe: & vt (ita dixérim) plus olei quam vini conſumpſiſſe videantur. Praeterquam pauci tui admodum ſimiles: & coetanei. De quorum foelici grege: ac numero inſignis ille: & egregius occiduae noſtrae regionis ſplendor ac decus eximium Robertus Goullet *ſacrarum literarum digniſſimus antiſtes ac in eisdem profeſſor emeritus tuae* haricurianae *domus* ολατευτης και καυχημα *ac eiusdem diligentiſſimus inſtitutorum cuſtos & aſſertor. Qui vt eſt omnivm virtutum corona percelebris: ac magno ingenio ſummaque eruditione plenus in hac (vt ſcis)* parrhiſienſi *academia conſpicuum iam dudum nomen: ac famam perpetuam eſt adeptus: ſuo praeſertim concionandi officio: in quo ipſe quidem: ſi per ocium licet aſſidue huius vrbis ciues dulciſſimo inſtructionis cibo reficit & ſpiritualis verbi ſemine locuplotat. Vnde quantum auctoritatis & gloriae ſit apud ipſos conſecutus:* muſoniano *(vt ita dixerim) ſileutio commodius poteſt: quam verbis indicari. Accedit ad haec ſumma rerum inquiſitio: & diligentia qua vſus eſt maxima in hac ſacratiſſimi* FLAVII JOSEPHI *operis recognitione. Quod equidem vel nimia vetuſtate: vel patrum noſtrorum negligentia apud nos perierat. Incumbens igitur vir vtique impigerrimus in tam liberale tamque laudabile munus (quo non ſolum viuos ſibi conciliat. ſed mortuum quoque reddit obſtrictum beneficio ſempiterno) ab omni deprauationis: ac mendarum labe: vel ab interitu potius vendicauit. — — Huius igitur frequens* flauianae *hiſtoriae recordatio. quam tum omnibus ſit allatura commodi nemo eſt qui ambiguat: elimatae praeſertim & ab eodem magiſtro noſtro annuo labore recognitae diſtinctaeque luculenter quibusdam veluti parergis. ſed quae in rem eſſe plurimum videbuntur: adiectis inſuper ad ſingula capita non inutilibus epitomatis, quae ſubiectam vniuscuiusque materiam prime* (primo) *fronte exhibeant. Etſi qua forte* JOSEPHVS *omiſerat,*

& omi-

& omiſerat quidem plurima: tam in libris de antiquitatibus, quam in eis, qui de bello iudaico conſcripti ſunt, ille ſuppleuit ex Biblia, Scolaſtica hiſtoria, & Aegeſippo, *conciliauitque inuicem vbi eſſent diſſidentes, atque ita repercuſſit omne opus, vt quod imperfectum prope, ac mancum prius erat, nunc quidem abſolutiſſimum videatur & integerrimum. Sed nequid ille de ſpacio: curriculoque ſuae ſtudioſae conſuetudinis nequaquam deflectens: intentatum relinqueret: quod & ſuae facultati: aliorumque ſtudio atque exercitationi congrueret apparatum: compendioſiſſima vniuerſi operis epitomata, compluraque ad totius hiſtoriae integritatem ex ethnicis ſupplementa congeſſit: inſequens opuſculum quod cum eſſet ex quattuor praeſertim conflatum* JOSEPHO: *teſtamento veteri: ſcholaſtica hiſtoria: recte quidem: ac ſcite* νοιωμαςτετ (τετραμωνοι) *hoc eſt ex quattuor vnum appellauit. quod ſua celebre infuturum reddet vtilitas* &c.

Adiicitur *Tetramono, Compendium de ſex aetatibus ſeculi, in quo (praeter* Chriſti *genealogiam) multa ſcitu digniſſima continentur. breuis ſcilicet cosmographiae recollectio, & omnium ferme regnorum origo, ſucceſſio, & finis, quique reges in illis, & quot annis regnauerunt. Illi praeſertim quorum ſacri codices ac* JOSEPHUS *meminerunt, auctore* M. R. Goullet. In praefatiuncula monet, e ſacris bibliis Auguſtini, Hieronymi, Chryſoſtomi, Euſebii, Rhabani, Bedae, Oroſii, Iſidori, Hugonis de S. Victore, Beroſi chaldaei, Maronis aegyptii, Philonis iudaei, Strabonis, Plinii, Plutarchi, Juſtini, Liuii, Flori, aliisque veterum auctorum, & doctorum catholicorum libris id compendium concinnatum eſſe. Produxit id ad annum vsque 1513. Quae ad recentiorum temporum hiſtoriam ſpectant, maxima ex parte e Jacobi bergomenſis & Hartmanni Schedelii, quem Hartimannum Sichedel vocat, libris chronicis, & aliis, eorum temporum, hiſtoricis deſumta ſunt. Chriſtian. Schoettgenius huius *compendii* quidem fecit mentionem in *Continuat. Biblioth.*

Biblioth. fabric. *med. & inf. Latinit.* L. XVII. p. 281. ſed ſe neſcire ait, an fuerit editum. In *compendii* commendationem hoc Johannis de Gouy, qui ſupra de Guoy nominatus fuit, in fine legitur *epigramma:*

Tempora quisquis amat longi diſcretus aeui
Noſcere vel fluxos rurſus habere dies.
Aut veterum quaenam fuerit proſapia regum
Sceptraque quot ſoles regia quisque tulit:
Quas aquilo: quas eurus habet: quas cyrthius vrbes
Quasque feras tumidis irrigat auſter aquis:
Haec lege ſuccincti (moueo) compendia libri:
Splendida quae terſo pollice geſta notant
Aetatum cernes diſcrimina multaque vitae
Signa: dabunt mores dexteritasque patrum
Regnorum ſiquidem caſus regumque propago
Praemia longeuae proſperitatis alunt.
Ficta nec hic vani pingunt mendacia fuci
At ſolum: quicquid littera vera docet.
Multa igitur noſter tollatur laude Robertus
Peruigili cuius munera tanta patent.
Nam quaecunque tenent prolixa volumina longo
Contextu: paucis conferet iſte liber.
Talia quid praeſtat? ſtudii conſtantia ſenſus
In tenebris pernox aſſiduusque labor.
Singula foelici genuit quae Neuſtria *fato*
Paladis *vt largas multiplicaret opus.*

Omni autem codici, typothetarum quidem erroribus corruptiſſimo, nihilo tamen minus oppido raro, hiſce verbis imponitur finis: *Habes candide lector preclara* JOSEPHI iudei *hiſtorici opera vberrime: a profundiſſimo Theologiae profeſſore, ſic vt praemiſſum eſt elaborata opera & impenſis* Franciſci Regnault *&* Johannis Petit *librariis impreſſa: & ab innumeris erroribus quibus antea ſcatebant terſa atque caſtigata: ne ſis ergo ingratus prace es altiſſimo fundito pro eo, qui praedicta opera ad communem hominum vtilitatem:*

tem: non ſine magnis vigiliis & accurato labore excoluit: ac ipſos bibliopolas: qui in hoc opere magnos (magnas) *fecerunt impenſas liberali emptione ſubleuato quod ſi feceris michi crede magis tibi proderit hic liber in Bibliotheca quam nummus in archa. Vale impreſſum* Parrhiſii *anno Dni. M. quingenteſimo decimonono* (1519) *penultima Maii.* Mich. Maittaire iſtius codicis nullam habuiſſe notitiam videtur, ipſique Thomae Ittigio ex Poſſeuini tantummodo *Apparat. ſacro* Tom. II. p. 279. & Tom. III. p. 149. cognitus fuit. Vid. Thom. Ittigii *prolegomena in* JOSEPHVM, in adpendice *omnium operum* FLAVII JOSEPHI, quae *graece cum verſione* Jo. Hudſoni, & eiusdem, Eduard. Bernardi, Jac. Gronouii, Franc. Combefiſii, Jo. Sibrandi, Hendr. Aldrichii, Joan. Coccei, Ezechielis Spanhemii, Adrian. Relandi, *& ſelectis aliorum notis*, adiectisque virorum doctiſſimor. commentationibus ad JOSEPHVM & eius libros, ſpectantibus, in lucem edidit Sigebert. Hauercampus, *Amſtelod. Lugd. Bat. & Vltraiect.* 1726. II. Tom. in fol. Tom. II. pag. 84. Errorem admiſit Anton. Poſſeuinus Tom. III. pag. 149. cum editionem apud Joannem Paruum ſ. Petit, qui ibidem per typothetarum errorem *Panus* adpellatur, *impreſſam* eſſe ait, quae ex *officina typographica* Antonii Bonnemere, *ſumtibus* Jo. Parui *Bibliopolae* prodiit. Praeter Anton. Poſſeuinum & Thomam Ittigium editionis etiam fecerunt mentionem Joſ. Simlerus in *Bibliotheca* p. 607. Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. graec.* L. IIII. Cap. VI. p. 243. in adpendice Tom. II. edit. Sigebert. Hauercampi p. 65. Chriſt. Schoettgenius l. cit. De editione priore, quae *Pariſiis opera* Joannis Barbier, *& impenſis* Franciſci Regnault, & Joan. Petit *librarior. impreſſa* an. 1514. fuit, vid. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. graeca* ll. citt. *die Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu* Dresden Tom. I. p. 383 ſqq. vbi iam adnotatum fuit, quod Joan. Vatellus in praefatione, *Tetramono* Roberti Gouleti praemiſſa,

miſſa, *Biblia ſacra veteris Teſtamenti*, *Talmuth* appellauerit. De Rufino Toranio ſiue Tyrannio, aquileienſi Presbytero, prae ceteris legi meretur Dom Gervaiſe ancien Abbé de la Trappe *vie de Rufin*, *Paris* 1724. II. Tom. in 12. & Juſti Fontanini *Hiſtoria litteraria* aquileienſis *Rom.* 1742. in 4. L. IIII. & V. Conf. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. III. p. 270 ſqq. Chriſt. Schoettgenii *Continuat. Biblioth.* fabric. *med. & infim. Lat.* L. XVII. p. 369. vbi plures nominantur auctores, qui de vita Rufini & ſcriptis eius expoſuerunt.

De Roberto Goulleto, conſtantienſi (*Coutances*) Normanno, & reliquis eius ſcriptis vid. Simlerus, Poſſeuinus, Schoettgenius, *die Merkwürdigk. der königl. Biblioth. zu* Dresden ll. citt.

CCXXXX.

S. HIERONYMVS, & GENNADIVS *maſſilienſis*, de viris illuſtribus. in fol. form. minor. folior. 37.

Editio vetuſtiſſima ſine die & loco in lucem exiit. Litterarum characteres gothici paullo rudiores, & craſſiores nullum dubium relinquunt, quin codex *officinae typographicae* Gintheri Zaineri, *vlmenſi* natales debeat. Littera initialis per omnem codicem conſpicitur nulla, omniaque verba graeca omiſſa ſunt, quorum loco lacunae oculis ſe obferunt. Sic capite II. omiſſum eſt vocabulum *Hypotypóſeon*. Cap. VIIII. διαφωνίαν. XI. περὶ βίου θεωρητικοῦ ἱκετῶν et ἢ Πλάτων φιλωνίζει ἢ Φίλων πλατωνίζει. XIII. ἀρχαιότητος et περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ. XIIX. δευτέρωσιν. XXII. agón. XXIII. ἔλεγχος et διατριβάς. XXIIII. περὶ ἐνσωμάτου θεοῦ. XXXII. *ſyntagmata* et ψευδόγραφα. XXXV. ogdoade. XXXIIX. κατηχήσεων, στρωματεῖς libri octo: ὑποτυπώσεων, προσεφώνησε, ἀρχαιογονίαν. XL. *Cataphrygarum*, περὶ ἐκστάσεως.

σεως. LII. *Chronographiam*. LIIII. κατηχήσεων, κατηχήσεως. LXI. ἐκκαιδεκαετηρίδα, ἐννεακαιδεκαετηρίδα. προσομιλίαν, ἐργοδιώκτην. LXIII. *Etymologia*, ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, διαφωνία, *genealogia*. LXV. εὐχαριστίας. LXVIIII. κατηχήσεων, ἑορταστικαὶ περὶ γυμνασίου. LXX. καθαρῶν, ἐπιτομὴν et reliqua, quae nonſolum per HIERONYMI, ſed etiam per GENNADII opuſculum, omiſſa ſunt. Contulimus codicem, cum editione, quam Joan. Alb. Fabricius dedit in *Bibliotheca eccleſiaſtica*, p. 13 ſqq. et inſignem per omnia fere capita, lectionis deprehendimus diſcrepantiam. Sed editionem antiquiſſimam vel ex codice corruptiſſimo, deſcriptam, vel typothetarum erroribus mirifice deprauatam eſſe, intuentibus illico ſe prodit. Speciminis loco Cap. LXV. integrum heic adſcribimus: „ *Theoderus* qui poſtea „ Gregorius appellatus eſt, neoceſarie ponti Epiſcopus admodum adoleſceus ob ſtudia grecarum et latinarum literarum de cappadocia *Bertum*. et inde „ ceſaream paleſtyne tranſiit iuncto ſibi fratre athenodoro. quorum cum egregiam indolem vidiſſet „ origenes *cohortatus* eſt eos ad philoſophiam In qua „ paulatim criſti fidem ſubintroducens ſui quoque ſectatores reddidit quinquennio ita eruditi ab eo remittuntur ad matrem E quibus theodorus proficiſcens *pane gericum* - - - ſcripſit origeni et „ conuocata grandi frequencia ipſo quoque origene „ preſente recitauit qui vsque hodie extat. Scripſit „ et *eccleſiaſtes* (Fabricius p. 147. μετάφρασιν *in Eccleſiaſten*) breuem quidem ſed valde vtilem. et alie „ *eius* vulgo feruntur epiſtole *et de fide* (haec verba „ apud Fabricium deſiderantur, ſed vid. not. b.) ſed „ precipue ſigna atque miracula que iam Epiſcopus „ cum multa Eccleſiarum gloria perpetrauit.„ In Gennadii libro deſiderantur, vt in aliis editionibus vetuſtioribus, capita, de Caeſario, Sidonio. Gelaſio HIERONYMO, et GENNADIO maſſilienſi ipſo. Vtriusque libri editio, Joanni Alberto Fabricio, et aliis

aliis editoribus, ob inſignem eius raritatem incognita fuiſſe videtur. Alias antiquiores et recentiores HIERONYMI recenſet editiones Joan. Alb. Fabricius in *Biblioth. eccleſiaſt.* p. 11. Conf. *Biblioth. latin,* Tom. III. L. IIII. Cap. III. p. 455 ſqq. In editione *Operum* s. HIERONYMI *omnium*, quae ſtudio Joan. Martianey, Presbyteri Congregat. S. Mauri, *Pariſ.* an. 1693 - 1707. V. Tom. in fol. prodiit, HIERONYMI liber exſtat Tom. IIII. P. II. col. 97 ſqq. GENNADII maſſilienſis editiones enumerantur in *Biblioth. eccleſiaſtic.* Jo. Alb. Fabricii P. II. p. 4. Conf. *Biblioth. med. et infim. Latinit* L. VII. p. 88 ſqq. In editione *operum pariſina* HIERONYMI legitur GENNADII liber Tom. V. in praemiſſis col. 26 ſqq. Conf. de hac editione Mr. le Clerc *Bibliotheque choiſie* Tom. XVII. p. 147 ſqq.

Vitam S. HIERONYMI, ſtridonenſis Epiſcopi, omnium optime praeter Jo. Albert. Fabricium l. cit. expoſuit Caſimir. Oudinus in *Diſſertat. de vita et ſcriptis* S. HIERONYMI, Tom. I. *Commentar. de Scriptor. et ſcriptis eccleſiaſt.* p. 790 ſqq. Conf. Scriptores in *Catalogo Bibliothecae* bunauianae Tom. I. Vol. II. 1316 ſqq. longa ſerie memoratos.

De GENNADIO maſſilienſi, Presbytero, ſeculo V. ad finem inclinante, claro, vid. praeter Jo. Alb. Fabricium ll. citt. Anton. Poſſeuini *Apparat. ſac.* Tom. I. p. 534 ſqq. Jacob. Gaddii *de Scriptor. non eccleſiaſt.* Tom. I. p. 222. Guil. Caue *Hiſtor. litterar. Scriptor. eccleſiaſtic.* p. 376. Henrici Noriſii *Hiſtoria* pelagiana *Amſtelod.* 1702. in fol. II. 16. vbi, ſicut et in *Diſſertation.* V. *de ſynodo oecumenica quinta, hiſtoriae* pelagianae adiect. p. 118. Pelagianis GENNADIVM adcenſet, ſed illum aduerſus hanc Noriſii criminationem, pluribus verbis defendit Bruno Neuſſerus, monachus auguſtinianus, in *prodromo velitari pro* Auguſtino, *contra* Henric. de Noris, *Magunt.* 1676. in fol. p. 125 ſqq.

CCXXXXI.

CECILII CIPRIANI *Epiſcopi cartaginenſis et martiris digniſſimi* Libri et epiſtole. in fol. form. minor. folior. 31.

Editio ſatis rara et antiqua litteris gothicis exſcripta eſt. Quamuis nec typographi nec anni additum fuerit indicium, illam tamen ſeculo XV. exeunte, in Germania, et niſi fallimur, *Baſileae* excuſam eſſe, litterarum docent characteres. Aliae editiones, quae ſeculo XV. in lucem exierunt, recenſentur in den *Merkwürdigk. der Königl. Biblioth. zu* Dr. Tom. I. p. 35 ſeqq.

CCXXXXII.

Opera *Diui* CAECILII CYPRIANI *Epiſcopi Carthaginenſis* ab innumeris mendis repurgata, adiectis nonnullis libellis ex vetuſtiſſimis exemplaribus, quae hactenus non habebantur. ac ſemotis iis. quae falſo videbantur inſcripta. vna cum annotatiunculis. Atque haec omnia nobis praeſtitit ingenti labore ſuo Eraſmus Roterodamus. vir iuuandis optimis ſtudiis natus. *Apud inclytam Baſileam.* in fol. pp. 515.

Primus CYPRIANI *opera*, ad formam decentem, reduxit Eraſmus roterodamus, qui illa, hac editione, an. 1520. non 21. vt Caſimir. Oudinus in *Commentar. de Scriptor. et ſcriptis eccleſ.* Tom. I. col. 273. ſcribit, primum in lucem emiſit, a mendis et erroribus, quibus priores editiones inquinatae erant, correcta et repurgata. Vid. Jean le Clerc *Bibliotheque choiſie* Tom. V. p. 269. Hanc vero editionem, vt patrum ſic dictorum eccleſiaſticorum praeſertim latino-

rum

rum *eraſmianas* et *frobenianas* omnes editiones, aeque raram eſſe hodie, atque in pretio haberi, docet *Bibliothecae* ſalthen. *catalogus* p. 31. Guil. Caue in *prolegom. Hiſtor. litter. Scriptor. eccleſiaſt.* Sect. V. §. III. p. XVI. In initio, oculis ſubiicitur I) *vita* B. CAECILII CYPRIANI, per D. Euſebium, Hieronymum. II) Eraſmi roterodami *Epiſtola* dedicatoria, *ad* Laurentium Puccium, *titulo ſanctorum quatuor* Cardinalem, ſcripta *Louanii* 1519. *prid. Cal. Auguſti* III) Eiusdem *adnotatiunculae*, *in* CYPRIANVM. IIII) *Index*, *ſeu Ordo Operum diui* CAECILII CYPRIANI, *cum iis*, *quae hactenus non habebantur*, *in excuſis voluminibus, ſed e vetuſtis codicibus addita ſunt*, *a* Des. Eraſmo rot. Retulit ad genuina CYPRIANI opera

a) *Epiſtolarum libros IIII.*

b) *Tractatum ad* Demetrianum Africae iudicem anno 253. ſcriptum, in quo demonſtrat calamitates, bella, peſtilentiam, rerum, quibus viuitur caritatem, quibus tunc, terrarum orbis premebatur, chriſtianis, vt quidem ethnici conſueuerant, non eſſe imputandas.

c) *Tractat. de habitu virginum*, quem Jo. Fellus epiſcopus oxonienſis, anno 248. ſcriptum eſſe exiſtimat. In tres diuiditur partes, in I. oſtendit virgines a terreno cultu et ornamentis debere abſtinere; in II. hortatur virgines, ne ceruſſa nouum corpori colorem inducant, ne celebrent lauacra cum viris, neque illae, quibus non animus ſit nubendi, nuptiis interſint; in III. tandem virginitatis ob oculos ponit praerogatiuas.

d) *Tract. de ſimplicitate praelatorum*, ſiue *de vnitate eccleſiae*, contra Nouatum et Nouatianum an. 251. ſcriptum, propterea quod illi ſub ſpecie ſingularis ſanctitatis ab eccleſia catholica diſceſſerant, cuius diſciplinam admodum diſſolutam eſſe, in vulgus ſpargebant. Qua ratione hic libellus, ad ſtabiliendum Petri primatum corruptus, interpo-

latusque fuerit vid. in Joan. Gerhardi *patrologia, Jen.* 1673. in 8. p. 165 ſqq. in Guil. Caue *prolegomen. in Hiſtor. litterar. Scriptor. eccleſ.* Sect. V. §. V. p. XX. in Jo. Pearſoni *Annal.* cyprianicis, qui illum tractatum a CYPRIANO non eſſe compoſitum, ſed vel ab Origene, vel Gaudentio brixiano, vel alio recentioris aeui ſcriptore, conſarcinatum eſſe exiſtimat.

e) *Sermonem de eleemoſyna* an. 254.
f) *Serm. de zelo et liuore* an. 256.
g) *Serm. de bono patientiae* an. 255.
h) *Serm. de mortalitate* an. 252. Docet in hoc ſermone homini chriſtiano, ſaeuiente peſtilentia nec mortem pertimeſcendam, nec mortuos propinquos nimium deflendos eſſe.
i) *Serm. de lapſis* an. 251. Quatuor hic ſermo potiſſimum abſoluitur capitibus: in *primo* laetandum, et gratias Deo perſoluendas eſſe ait, pro reſtituta, per Decii mortem eccleſiae tranquillitate, et animi conſtantia, qua martyres pro fide et religione chriſtiana mortem ſubierant; in *ſecundo* nonnullorum defectionem deplorat; in *tertio*, in eos invehitur. qui ſic dictos *lapſos* excipiebant; in *quarto* denique illos, qui a vera fide defecerant, hortatur, vt ad chriſtianorum caetum reuertantur, et poenas illis, quae apoſtatas, et in hac vita maneant, ob oculos ponit.
k) *Sermon. de oratione dominica.* an. 252.
l) *Libellum ad* Fortunatum *de exhortatione martyrii,* an. 252. compoſitum. Fuit is Fortunatus, vt nonnulli ſibi perſuadent, Epiſcopus in Africa. In aliis editionibus reperitur alius ad eumdem, *de duplici martyrio* libellus, quem Eraſmus primum euulgauit, huic vero primae editioni nondum addidit. A CYPRIANO illum non eſſe conſcriptum, quamuis Eraſmus id adfirmare ſuſtinuerit, varia teſtantur loca, in primis vbi Diocletiani et Turcarum facta eſt mentio. Sunt igitur nonnulli inter viros doctos,

ctos, qui impoſturam feciſſe Eraſmum, et libellum, quem ipſe conſcripſerit, pro CYPRIANI labore venditaſſe aiunt, cum nullus inueniatur codex MS. qui illum complectatur, et dicendi genus, eraſmiano, admodum ſit ſimile. Vid. Prudent. Marani praefat. edit. *Operum* CYPRIANI, *Pariſ. e typogr. regia* 1726. in fol. form. mai. Sed liberat ab hac imputatione Eraſmum Louis Ellies du Pin in *Bibliotheque des Auteurs eccles.* Tom. I. p. 173. Conf. Vincent. Placcii *Theatr. Pſeudon.* p. 210.

m) *Teſtimonior. ad* Quirinum *contra* Judaeos *libr. III.* an. 248. et 249. conſcriptos.

Et haec ſunt, CYPRIANI opuſcula, quae iam in antiquioribus *operum* editionibus inueniuntur, genuina, quibus denuo Eraſmus addidit,

a) *ad* Jubaianum *de haereticis baptizandis libellum.*

b) *Ad* Pompeium *contra epiſtolam* Stephani, *epiſtolam.*

c) *ad* Quintinum *epiſtolam.*

d) *Sententias epiſcoporum concilii* carthaginenſis, *an. 256. de baptizandis haereticis.*

V) *Index operum, quae falſo videbantur* CYPRIANO *adſcripta.* Talia ſunt

α) *de montibus* Sina et Sion, *aduerſus* Judaeos *tractatus.*

β) *Tractat. de reuelatione capitis* B. Joannis Baptiſtae.

γ) *Expoſitio in ſymbolum apoſtolorum.*

δ) *Libellus de ſingularitate Clericorum.*

ε) *ad* Cornelium *Papam de Cardinalibus operibus* Chriſti, *vſque ad eius adſcenſum, ad patrem, ſermones.*

VI) *Index operum additorum ex deſcriptis calamo libris, nothorum tamen.) Ad ea referuntur.*

1) *Ad* Moyſen *et* Maximum, *et ceteros confeſſores, de laude martyrii libellus.*

2) *de diſciplina, et bono pudicitiae libellus, incerto auctore.*

3) *ad* Nouatianum *epiſtola, quod lapſis ſpes veniae non ſit deneganda.*

 4) *Ora-*

4) *Oratio* B. CYPRIANI *martyris*, quae inchoatur *hagios*, *hagios*, *hagios* &c.

5) *Oratio* B. CYPRIANI *martyris, quam ſub die paſſionis ſuae dixit.*

6) *Sermo* Auguſtini *de* S. CYPRIANO *martyre*, cui typographus haec verba in fine ſubſcripſit: Baſileae *apud* Joannem Frobenium *menſe Februario. Anno. M. D. XX.* (1520).

VII) *Index epiſtolarum ac librorum diui* CYPRIANI, *iuxta ordinem litterarum digeſtus.*

IIX) *Paſſio* B. CYPRIANI, *Epiſcopi* carthaginenſis, *per* Pontium *eius Diaconum addita*, *et adnotatiuncula* Eraſmi roterodami *aucta*, quae cum indice memorato, initio voluminis repoſita fuit. In fine *operum* CYPRIANI adiectus fuit *index ſententiarum memorabilium.* Fecit editionis mentionem Michael Maittaire in *Annal. Typographic.* Tom. II. p. 593. Editiones *eraſmianas* variis in locis repetitas, Caſimir. Oudinus l. cit. et Jo. Alb. Fabricius, in *Biblioth. latin.* Tom. III. Libr. IIII. Cap. III. p. 378. recenſent. Poſt editiones Henrici Grauii, Paulli Manucii, Jacobi Pamelii, Simon. Goulartii, Nicol. Rigaltii, Philippi le Prieur, Jo. Felli, omnium optima, noſtra aetate cenſetur editio, quam Prudentius Maranus hoc in lucem emiſit titulo: S. CAECILII CYPRIANI *Epiſcopi* carthaginenſis *et Martyris opera, ad MSS. codices recognita et illuſtrata ſtudio et labore* Stephani Baluzii Tutelenſis, *Abſoluit poſt* Baluzium *ac praefationem et vitam* S. CYPRIANI *adornauit, vnus ex monachis Congr.* S. Mauri, *Pariſ. e typogr. regia* 1726. in fol. form. mai. et *Venetiis* 1728. in fol. form. mai. Conf. die *Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu* Dr. Tom. I. p. 40. THASCIVS CAECILIVS CYPRIANVS, e rhetore factus chriſtianus, Caecilio presbytero ſuadente, a quo, et CAECILII nomen adeptus eſt, anno 248. inuitus carthaginenſis eccleſiae Epiſcopus, et totius, Africae Primas conſecratus fuit. Martyrium

tyrium ſubiit ſub Imperatore Galieno in Africa anno 258. XIIX. Kal. Octobr. Vid. de illo, praeter Pontii Diaconi *hiſtoriam de paſſione* S. CYPRIANI, Gregorii nazianzeni *orationem*, et S. Auguſtini *ſermonem* et auctores, qui ſcriptorum eccleſiaſticorum vitas collegerunt, Patrumque bibliothecas condiderunt, Joannis Pearſonii, Epiſcopi ceſtrienſis, *Annales* cyprianici, *ſiue tredecim annorum, quibus* S. CYPRIANVS *inter chriſtianos verſatus eſt, breuis hiſtoria, chronologice delineata*, quam Joan. Fell Epiſcopus oxonienſis editioni *operum* CYPRIANI praemiſit, *Oxon.* 1682. in fol. et repetit. edit. *Amſtelod.* 1700. in fol. Joannis Dodwel *Diſſertationes* cyprianicae, *Oxon.* 1684. et in editione CYPRIANI *oxonienſ.* et *amſtelodamenſi. La vie de* S. CYPRIEN, *Evêque de Carthage, avec la critique de ſes ecrits Amſterd.* 1689. in 12. Auctor vitae eſt Joannes Clericus, et eadem eſt, quae legitur in *Bibliotheque uniuerſelle* Tom. XII. p. 212 ſqq. in teutonicum conuerſa ſermonem exſtat in Joan. Clerici *unpartheiſchen Lebensbeſchreibungen einiger Kirchenväter und Ketzer*, quae cum praefat. Chriſtian. Thomaſii prodiere *Halae* 1721. in 8. p. 138 ſqq. *La vie de* S. CYPRIEN, *Doctor de l'Egliſe, Evêque de Carthage et Martyr, dans laquelle on trouvera l'abregé des ouvrages de ce Pere, des notes critiques et hiſtoriques et des diſſertations theologiques, ſur les differentes conteſtations de ſon tems, Paris.* 1717. in 4. Auctor, vt *Acta eruditorum* lipſ. an. 1718. p. 298. teſtantur, eſt Dom Gervaiſe ancien Abbé de la Trappe. Conf. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. et infim. Latinit.* L. III. p. 1252 ſqq. *Acta Eruditor.* lipſienſ. an. 1683. p. 41 ſqq. Jo. Fabricii *Hiſtoria biblioth.* fabric. Tom. I. p. 164 ſqq. Conr. Samuel. Schurzfleiſch *Introductio in notitiam Scriptorum* P. I. p. 147 ſqq. *Memoires de* Trevoux ann. 1734. p. 2246 ſqq. vbi leguntur René Joſ. de Tournemine *Coniectures ſur la ſuppoſition de quel-*

ques ouvrages de S. CYPRIEN *et de la lettre de* Firmien.

CCXXXXIII.

EVSEBIVS de euangelica praeparatione a Georgio Trapezuntio, e graeco in latinum ſermonem traductus. opus cuique fideli nonſolum vtile verum etiam iocundum et perneceſſarium *noviſſime impreſſum et exactiſſime emendatum.* in fol. folior. 65.

Quamuis verſio haec manca valde atque mutila ſit, et Georgius Trapezuntius, homo cretenſis, vt Dionyſius Petauius *de incarnatione verbi* XIIII. §. 11. ſcribit, *latina ſua verſione, non tam* EVSEBIO *lucem adtulerit, quam eo foede laniendo, addendo ac depravando; iuſtam de ſe querelam poſteris reliquerit.* illa tamen priſcis temporibus, et ſeorſum, et adiectis reliquis EVSEBII *operibus*, in lucem emiſſa fuit. Recenſet varias illius editiones J. Albert. Fabricius in *Biblioth graec.* L.V.Cap.IIII. p. 36 ſqq. Niceron in *Memoires* Tom. XIIII. p. 327. *Giornale de' letterati* d'Italia Tom. XVI. p. 10 ſqq. Conf. Tom. XVII. p. 277 ſqq. Prima omnium prodiit *Venetiis ex typographica officina Nicolai Jenſon* 1470. in fol. cui Antonius Cornazanus in artificis laudem, *carmen* adpoſuit *octoſtichon*:

Artis hic & fidei ſplendet mirabile numen,
Quod fama autores, auget honore Deos,
Hoc Jenſon Veneta Nicolaus *in vrbe volumen*
Prompſit, cui felix gallica *terra parens*
Scire placet tempus, Mauro Chriſtophorus *vrbi*
Dux erat: aequa animo Muſa retecta ſuo eſt.
Quid magis artificem peteret dux Chriſtus *& autor*
Tres facit aeternos ingenioſa manus
M. CCCC. LXX.

Vid.

Vid. Michael. Maittaire *Annales typograph.* Tom. I. p. 285. not. 4. *die Merkwürdigk. der königl. Biblioth. zu* Dresden Tom. II. p. 282 ſqq. Noſtram editionem oppido raram, quartam eſſe putamus, quae a paucis memorata fuit. Mentionem illius fecit e *Bibliothecae* Lugdun. Batau. *Catalogo* p. 41. & baluzianae p. 4. Michael Maittaire in *Annal. typogr.* Tom. I. p. 729. Conf. *die Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu* Dresden l. cit. p. 283 ſqq. In fine typographus, omiſſo ſuo nomine, haec adpoſuit verba: EVSEBII Pamphili *viri diſertiſſimi de praeparatione euangelica opus, a doctiſſimo vtriusque liguae* (linguae) *interprete* Georgio Trapezuntio *e graeco in latinum verſum exactiſſima* Venetiis *impreſſum diligentia. Anno humanitatis domini M. CCCCC.* (1500)) *Die X. Menſis Nouembris.* In praefatione Georgii Trapezuntii, ad ſanctiſſimum Papam Nicolaum V. commemoratur, quod iſtius pontificis iuſſu alia ex EVSEBII libro, Trapezuntius plane omiſerit, alia tantummodo conciderit. Verba eius haec ſunt: *quoniam nonnulla in hoc libro ſparſa inuenimus, ab* ariana *prauitate non aliena: firmo nobis fuit argumento ante caetum illum ſacratiſſimum, haec illi conſcripta & aedita fuiſſe; Quare ſentibus tuo iuſſu amputatis roſas ſolummodo latinis hominibus hac traductione obtulimus* &c. Quam autem Trapezuntius hac ſua mutilata verſione, a viris doctis retulerit gratiam, iam ſupra Dionyſii Petauii exemplo demonſtrauimus, quibuscum conferri merentur, quas Franciſcus Vigerus Societatis Jeſu Presbyter, qui nouam & adcuratiorem EVSEBII *de praeparatione euangelica* dedit verſionem *Paris.* 1728. in fol. in praefatione *ad chriſtianum & candidum Lectorem* de Trapezuntii verſione prodiit, vbi ait: *Extitit ante hos centum annos* Trapezuntius, *homo & natione* Graecus, *& Latinis inſuper literis non mediocriter informatus: Qui, ſi horum ad librorum interpretationem, quantum eruditionis ac ſolertiae afferebat, tantum a curis grauioribus*

temporis & otii conferre potuiſſet; nobis vtique legendi voluptatem, non alterius operae neceſſitatem reliquiſſet. At dum, (quod ipſemet vel excipit, vel excuſat) cum eorum a quibus vrgebatur deſiderio, vertendi celeritatem aequare geſtiret, EVSEBIVM EVSEBIO *ſuffuratus eſt; itaque ſuo ex ſenſu vultum ei ſpeciemque finxit, vt ab eo* Trapezuntium *verius quam* EVSEBIVM *haberemus. Ita capitum numerum ordinemque mutat; ita ſententias, periodos, paginas nonnunquam integras modo interpolat, modo, quod longe grauius eſt, expungit ac reſecat. Librum certe decimum quintum ne attigit quidem. Id quod viris etiam doctiſſimis fraudi fuit, qui quum* EVSEBII *Graeca non legiſſent, poſtremum hunc librum periiſſe crediderant.* Qui plures ea de re virorum doctorum querelas legere cupit, euoluat Leonis Allatii *de Georgiis & eorum ſcriptis diatriben* in Joan. Albert. Fabricii *Biblioth. graeca* Tom. X. p. 724. Conf. *Biblioth. graec.* L. V. Cap. IIII. p. 36. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. III. p. 304 ſqq. In calce noſtrae editionis reperitur *epiſtola* Hieronymi Bononii, taruiſini, qui cum Hieronymo de Bononia, ſiue Hieronymo Albertucci de Borſellis, ordinis Praedicator. monacho, bononienſi, non confundendus eſt, ad clariſſ. Juriſconſultum Albertum Vonicum, taruiſanum, in qua, inter alia, gratias illi agit, quod *cum iſtius verſionis non ſet facile inueniri potuerit exemplar, ille liberaliſſime ex Bibliotheca ſua, quam praecioſiſſimis libris diſciplinarum omnium liberalium, refertam, in ornatiſſima domo, in modum atrii extructa ſtudioſiſſimeque comparauerit, typographo promptiſſime ſubuenerit.* Idem denique Hieronymus Bononius hoc addidit *carmen*:

EVSEBIVS graio *tantum ſermone loquebar*
Nec poteram latiis *vtilis eſſe viris*
Cura Trapezunti *non eſt perpeſſa* Georgi
Ignotum tanti muneris eſſe bonum

Inter-

Interpres latias *ſolers aduexit in oras*
Et docuit lingua liberiore loqui.
Errores igitur quisquis cognoſcere priſcos
Inſtructus vera religione cupis
Me lege diuinas Romana *voce docentem*
Hiſtorias: grates ſoluere vtrique memor.

De EVSEBIO, Pamphili, Epiſcopo caeſarienſi, viro, vt nonnullis videtur, ſuſpectae fidei, & ad Arianiſmum maxime propenſo, vid. Caſimir. Oudini *Commentar. de Scriptor. & ſcriptis eccleſ.* Tom. I. col. 312 ſqq. Anton. Poſſeuini *Apparat. ſacer* Tom. I. p. 462. Guil. Caue *Hiſtor. litter. ſcriptor. eccleſiaſt.* p. 127 ſqq. Louis Ellies du Pin *Bibliotheque des Auteurs eccleſiaſtiqu.* Tom. II. p. 1 ſqq. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. V. Cap. IIII. p. 30 ſqq. Conr. Sam. Schurzfleiſch *introduct. in Notitiam Scriptor.* P. II. Cap. XVII. p. 164 ſqq. P. III. p. 35 ſqq. Henrici Valeſii *Diſſertatio de vita & ſcriptis* EVSEBII caeſarienſis, quae praemittitur *Hiſtoriae eccleſiaſticae* EVSEBII ab Henr. Valeſio editae *Paris* 1678. in fol. fol. 10 ſqq. Jo. Chriſtoph. Erneſti *Diſſertationes II. de* EVSEBIO Pamphili, *Epiſcopo* caeſarienſi, *Viteb.* 1688. & 1703. in 4. Jean le Clerc *vie d'* EVSEBE, in *Bibliotheque univerſelle* Tom. X. p. 379 ſqq. teutonice eadem vita legi poterit in Jo. Clerici *unpartheyiſcher Lebensbeſchreibung einiger Kirchenväter und Ketzer* p. 522 ſqq. Cum ille EVSEBIVM, ad arianam haereſin animo fuiſſe procliuem ſcriberet, calamum contra illum ſtrinxit Guil. Caue & EVSEBIVM non arianum, ſed vere catholicum fuiſſe demonſtrauit in *diſſertatione* de EVSEBII caeſarienſis Arianiſmo *aduerſus* Jo. Clericum, quae Tom. II. edit. nouiſſ. *Hiſtor. litterar. ſcriptor. eccleſ. Oxon.* 1743. in fol. in Appendice addita fuit. Reſpondit ad illam Jo. Clericus in *epiſtolis criticis & eccleſiaſticis Amſt.* 1700. in 12. ep. II. Conf. de hac controuerſia Photii *quaeſtio cuius haereſis fuerit* EVSEBIVS Pamphili quam Bernardus a Montfaucon edidit e Bibliotheca

Cois-

Coiſliniana olim Segueriana. MSS. *Paris.* 1715. in fol. p. 348 ſqq. Elia di Amato *Lettera, che* EVSEBIO *di* Ceſarea, *anco dopo il Concilio* Niceno, *fù imbruttato dall'errore* Ariano, in *lettere erudite di* Amato Parte II. *Genoua* 1715. in 4. Letter. XVI. pag. 291 ſqq. Jaques George de Chauſepié *Nouveau Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. II. litt. E. pag. 67 ſeqq.

CCXXXXIIII.

Opera complura *Sancti* HYLARII *Epiſcopi* hac ſerie coimpreſſa. D. (De) trinitate contra Arrianos lib. XII. Contra Conſtantium heraeticum Lib. I. Ad Conſtantium Imperatorem Lib. II. Contra Auxentium Arrianum Lib. I. Auxentii Blaſphemiae plena Epla I. De ſynodis contra Arrianos habitis Lib. I. Ad Apram filiam diui Hylarii Epl. I. In pſalmos Dauid Commentarii ſeu Lib. II. In euangelium Matthaei Lib. I. *Venundantur vbi impreſſa ſunt in aedibus aſcenſianis Parrhiſiis in via regia ad diuum Jacobum ſub tribus luciis*, in fol. folior. 100. 130. & 35.

S. HILARII, pictauienſium, in Gallia, epiſcopi qui diem obiit anno Chr. 367. vitam pluribus verbis expoſuerunt, ſcriptores, qui Patrum & Scriptorum eccleſiaſticorum hiſtoriam litterariam, data vt aiunt opera, conſcripſerunt. Inter eos nominaſſe ſufficiet Anton. Poſſeuinum in *Apparat. ſacro* Tom. II. p. 49. ſeqq. Guil. Caue in *Hiſtor. litter. ſcriptor. eccleſ.* p. 164 ſeqq. Caſimir. Oudinum in *Commentar. de Scriptor. & ſcriptis eccleſ.* Tom. I. col. 425 ſqq. Louis Ellies du Pin in *Bibliotheque des auteurs eccleſiaſt.* Tom. II. p. 281 ſeqq. Jo. Bollandum in *Actis Sanctor.*

ctor. ad d. XIII. Januar. Tom. I. *Antuerp.* 1684. p. 782 ſeqq. Jean Bouchet in *Annales d'* Aquitaine, *Poitiers* 1531. in fol P. I. Cap. VI-XV. *Hiſtoire litteraire des* Gaules Tom. I. P. II. p. 139 ſqq. Jo. Alb. Fabricium in *Biblioth. latin.* L. IIII. Cap. III. p. 413 ſeqq. Eumd. in *Biblioth. med. & infim.* Lat. L. IIX. p. 753 ſqq. Jo. Fabricium in *Hiſtoria Biblioth.* Fabric. Tom. I. p. 180 ſqq. Conrad. Samuel. Schurzfleiſch in *introduct. in notitiam Scriptor.* P. I. p. 178 ſqq. P. III. p. 46 ſqq. Jo. Gillotius conſcripſit *Commentat. de* S. HILARIO, Pictauorum *epiſcopo*, *ex eius ſcriptis*, *& aliorum virorum doctiſſ. excerptam*, *& in varias partes diſtributam*, quae praefixa eſt *operum* S. HILARII editioni, *Paris.* 1652. in fol. Reperitur etiam S. HILARII *vita*, deſcripta, *cum Catalogo*, *omnium*, quae conſcripſiſſe fertur *operum*, in editione HILARII quam Petrus Couſtant, monachus Ordinis S. Benedicti, e congregat. S. Mauri, *Paris.* 1693. in fol. in lucem emiſit.

Editionem, quam oculis nunc obiectam habemus, raram & infrequentem, dicauit Robertus Fortunatus macloulenſis, *Reuerendo in* Chriſto *patri dno.* Iuoni rhedonen. *Antiſtiti digniſſimo & confeſſionis illuſtriſſimae ac prudentiſſimae* Francorum *reginae auditori circumſpectiſſimo.* In *epiſtola* dedicatoria *ex gymnaſio* pleſſeiaco Parrhiſiis *ſeptimo Idus ianuarias anni ad calculum noſtrum M. D. X.* (1510) ſcripta, nonnulla de HILARII vita, ſcriptis & exſtantibus, & deperditis, eorumque ſtilo profert, illique tandem his verbis finem imponit: *inter ea autem opera quae ſumma vigilantia congeſta venerandae paternitati tuae domine confeſſarie nuncupamus: duodecim libros de trinitate quos contra* Arrianos *diuus* Hieronymus *inſcripſit: &* Conſtantium *&* Auxentium *haereticos: & de ſynodis contra eos celebratis librum* Georgius Cribellus *presbyter pridem in lucem protulit. Commentarios autem duos in pſalmorum explanationem* Joannes Solidus cracouius, *vir litteris & moribus probatis, adhortante prae-*

praeſertim Jacobo Fabro ſtapulenſi, *philoſopho multis nominibus laudato, acri vigilantia, & non pauco labore, e ſitu ac ſqualore redemit. Porro tractatus in* Matthaeum *& epiſtolam ad* Apram, *filiam diui* HILARII Guilielmus Paruus *regiae confeſſionis auditor: tibique pater colende habitu: profeſſione: totoque ordine quodammodo collega: & propagandorum librorum bonorum auctor maximus e diui* Benigni diuionen. *coenobio ad* Badii *non mali chalcographi officinam vt latinis characteribus vir tam anxie latinus imprimeretur transmiſit. Omnesque qui ſymbolum contulere: vno ore plenoque conſenſu commonuerunt, vt venerationi tuae totum opus dicaremus: rogaremusque patiaris ſub tuae dexteritatis praeſidio opus tantum emitti; quod vt facias pater reuerende obnixe precamur. Vale*

Ad regiae confeſſionis Auditorem celeberrimum: & theologum doctiſſimum Guilielmum Paruum: aſcenſianum *epigramma*

Parue *diſertorum non parua lucerna virorum:*
(*Nam redimis tetro ſcripta probata ſitu*)
Ecce inter Gallos *lux prima & maxima ſanctos*
HILARIVS *duce te p: aeſulti ora ſubit*
Perge age phoebaea *doctores lampade dignos*
Eruere: & ſummos aequiparare viros
Non etenim minor eſt virtus tradentis in vſum
Abi ita: quam clarum parturientis opus.

In fine *epiſtolae, ad* Apram, fol. XCIIX. quo prima editionis pars finitur, haec leguntur verba: *Explicitum eſt opus ſancti* HYLARII *Epiſcopi de Synodis: cunctis orthodoxae religionis zelatoribus, cum vtile tum neceſſarium In* Arianos *inque praeuaricatores* Arianis *aſtipulantes. Impraeſſum ſolerti opera in aedibus* Aſcenſianis *ad quartum Idus ſeptembres. Anno M.D.X.* (1510). *Explanatio Pſalmorum* ſecundam noſtrae editionis conſtituit partem, quam excipit *Tabula canonum euangelii* Matthaei, qua tertia pars inchoatur. Illi finis hiſce verbis imponitur: fol. XXXV. a. *Finis*

nis tractatus Sancti HYLARII *Epiſcopi in* Mattheum, *de quo vetus hoc extat epigramma:*

HYLARII *hoc opus eſt digeſtum praeſulis ore:*
Qui iunxit veris edita cum typicis
Suppoſuit ſacrae patratis verba figurae
Quae leui ſcripſit myſtica diſſeruit.

* * * * * *

Recentius de diuo HYLARIO *diſtichon.*

Gallorum *columen*, Gallus *non* Gallus, *at heros*
HYLARIVS *doctus*, *docta per ora volat.*

Impreſſum eſt hoc opus quanta maxima potuit diligentia pro exemplariorum poenuria, in aedibus atque impenſis Aſcenſianis. *Anno ſalutis noſtrae M. D. X.* (1510) *Ad Calendas Januarias.* Eodem fol. b. *breuis* legitur *narratio de vita & operibus B.* HYLARII *per* ſpanhemenſem (Trithemium Abbatem). In Michael. Maittaire *Annal. typograph.* editionem fruſtra quaeſiuimus. De aliis & recentioribus *operum* HILARII editionibus, vid. *Acta eruditor.* lipſiens. Tom. III. Supplem. p. 49 ſqq. & *prolegomena*, quae Petrus Couſtant, ſuae editioni praemiſit.

De controuerſia recentioribus temporibus, inter Abbatem Petrum Faydit, & Petrum Couſtant, cui prior exprobrauerat, quod haud bona fide, in nonnullis HILARII locis egerit, exorta, vid. illius *Alteration du dogme theologique, par la philoſophie d'* Ariſtote, *ou les fauſſes idées des ſcholaſtiques, ſur toutes les matieres de la religion Paris* 1696. huius autem *Vindiciae MSS. Codd. a R. P.* Bartholomaeo Germon, *impugnatorum, cum Appendice, in qua*, S. HILARII *quidam loci, ab anonymo, obſcurati & deprauati, illuſtrantur & explicantur, Paris* 1707. in 8. pp. 334. & *vindiciae veterum codicum confirmatae, Paris* 1715. in 8. Conf. *Mêlanges d'hiſtoire & de litterature par Mr.* de Vigneul-Marville Tom. I. p. 387 ſeqq. edit. *Paris* 1725. in 8. vbi Abbatis Petri Faydit, qui eadem, ob ſtili acerbitatem, quae Gregorius nazianzenus, habuit

buit fata, & *duris flagellis aliquoties caeſus fuit*, characterem ad viuum expreſſum conſpicimus. Vid. etiam *Relation de ce qui s'eſt paſſé dans une Aſſemblée tenue au bas du* Parnaſſe, *pour la reforme des belles lettres*, *Amſterd.* 1739. in 8. p. 111 ſeqq. Filippe le Cerf *Bibliotheque hiſtorique & critique des Auteurs de la Congregation de* St. Maur *à la Haye* 1726. in 8. p. 65 ſeqq.

CCXXXXV.

Tractatus Procuratoris, editus ſub nomine diaboli. quando petiit iuſtitiam coram Deo. Et beata virgo Maria ſe oppoſuit contra ipſum & obtinuit. Nec non obmutuit pugna contra genus humanum.

Cum in *Analectis* noſtris *litterariis de libris rarioribus* pag. 712 ſqq. deſcriberemus *Proceſſum iudiciarium* Maſcaron *contra genus humanum*, aliam exſtare editionem ignorabamus. Sed incidimus forte nuper in *Nou-antiqua* anni 1720. ibique p. 724 ſeqq. integrum *proceſſum*, titulo, quo adſcripſimus, ex editione *romana* inſertum eſſe conſpeximus. In fine iſtius editionis, haec legi dicuntur verba: *Finitus & impreſſus eſt preſens tractatulus* Romae *per magiſtrum* Steffanum Plannck de Pataula *Anno MCCCCLXXXVI.* (1486) *die vero lunae ſexta decima menſis Januarii.* Sine dubio B. Loeſcherus editionem recudendam curauit, quam in ſuis fuiſſe libris, teſtatur in *Stromat.* p. 247. Conf. Michael. Maittaire *Annal. typograph.* Tom. I. p. 480. Contulimus ſtatim *Nou-antiqua* cum editione, Bibliothecae portenſis publicae, vetuſtiſſima, & inter vtramque, inſigne, plurimis in locis, intercedere diſcrimen, intelliximus. Nonſolum enim in editione *romana*, *infernalis nequitiae Procurator*, ſemper

ſemper *Aſcaron* nominatur, ſed initium quoque & clauſula in vtraque editione, mirifice diſcrepat. Vt dicto conſtet veritas, vtriusque editionis, & initium, & clauſulam adſcribemus. Initium nimirum tale eſt:

Edit. Bibl. portens.	Editio romana.
Proceſſus iudiciarius. *Acceſſit* maſcaron *ad dei omnipotentis preſenciam & ait O creator omnium vbique iuſticia es XI. qu. III ſecundum c. cuſtudi de pedi IIII. ſunt plures. Ego ſum procurator. tocius infernalis nequicie. placeat tibi in agnicione iuſticie me audire iuxta. l. proxime de bis que in teſta. dele. qui dominus ait Si es procurator exhibe mandatum. vt. l. ſiquis inficiatus ff. depoſiti & in cle. cauſam de elec. iunctis notis in l. ſi filius familias §. veterani ff. de procu.* &c.	*Acceſſit* Aſcaron *ad omnipotentis dei preſentiam & ait : Creator omnium vbique iuſtitia. XI. q. III. ſecundum & c. cuſtodi. de pe. dis. III. c. ſunt plures. Ego ſum procurator totius nequiciae infernalis : placeat iuſticiae dignator me audire iuxta legem proxime. ff. de his quae in teſta. delen. Cui dominus ait : ſi es procurator, exhibe procuratorium : vt. l. ſiquis inficiatus. ff. de polit:. extra de elec. c. cauſam. & vt no. in l. filius familias §. veterani. ff. de Procura* &c.

Vtrique editioni hac ratione finis imponitur:

Edit. Bibl. portens.	Editio romana.
Cum quelibet veſtrum habeat, quod ſuo nomine congruit Conſulo ego pax quod concordia fiat ea propter pſalmiſta ait Miſericordia & veritas ſupple que in bac diſcordia erant diſcordes oſculate ſunt. Eſt enim oſculum ſignum pacis iuxta no. in. l. I. ff. de pac.	*Cum quaelibet veſtrum habeat quod ſuo nomini congruit ; conſulo ego pax, quod pax fiat : ea propter pſalmiſta ait : miſericordia & veritas, Supple quae in bac controuerſia erant, oſculatae ſunt. Eſt enim oſculum ſignum pacis vt no. in l. I. ff. de. pac. Mediante*

Edit. Bibl. portens.

pac. Sororibus igitur pacificatis mediante pace procurator iniquitatis infernalis Maſcaron *tanquam male conſcius receſit. Et ideo omnes filii* Eue *implorant virginem glorioſam & inde dicant. Eya ergo aduocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte ſcilicet oſculum miſericordie pacis Et* jheſum *benedictum fructum &c. exploſo dyabolo. Litigacio* Manſcaron *contra genus humanum finit feliciter.*

Edit. roman.

te igitur pace pacificatis ſororibus, procurator iniquitatis receſſit. Et ideo omnes filii Euae *aduocatam implorant virginem glorioſam. Vnde & dicitur: Eya ergo aduocata noſtra illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte: ſcilicet oſculum miſericordiae & pacis. Et* Jeſum *benedictum fructum ventris tui excluſo diabolo, nobis oſtende. O clemens, o pia, o dulciſſima virgo* Maria. *Amen.*

Niſi omnia nos fallunt, editio, quae in Bibliotheca portenſi oſtenditur, antiquior, illa *romana*, videtur.

CCXXXXVI.

Elegans ac ſubtilis diſputatio *excelentiſſimi iuris vtriusqu. doctor. domini* YHERONIMI ZANITINI in qua examinantur plurima dubia ſimul cum diſputatione *clariſſimi doctoris domini* BENEDICTI DE PLVMBINO, in fol. form. maior. folior. 37.

In fine codicis, litteris gothicis excuſi, haec leguntur verba: *Finiunt tres ſubtiles & elegantes diſputationes. videlicet vna perſpicacisſimi viri dni* HYERONIMI DE ZANETINIS *vtriusq. doc. acutisſimi de* bon. *Et due clarisſimi viri doct. dni* BENEDICTI DE PLVM-

PLVMBINO. *Impreſſe* bon. (Bononiae) *per* Juſtinianum de Hyriberia *ſub illuſtriſſ. principe domino* Joanne *ſecundo* bentiuolio. *die XIII. Septembris. M. CCCCLXXXXIX.* (1499). Michaeli Maittaire non innotuiſſe videtur, qui typographum Tom. I. *Annal. typographic.* p. 173. 183. 189. 232. 265. 606. & 709. Juſtinianum de Ruberia nominat.

HIERONYMI ZANETTINI ſiue ZANITINI ſiue DE ZANITINIS, nomen inter Jureconſultos valde obſcurum eſt. In Collectione *vitarum clariſſ. Jureconſultorum,* quam Chriſtianus Godofredus Hofmannus, *Lipſ.* 1721. in 4. edidit, non inuenitur, neque Joan. Alb. Fabricius, neque Chriſtian. Schoettgenius in *Biblioth. med. & infim. Latinit.* illius fecerunt mentionem. Illum an. 1494. extinctum eſſe patet e Nicolai Burtii Bononia *illuſtrata*, *Bononiae apud Platonem de Benedictis* 1494. in 4. edita, & a Joh. Gerh. Meuſchenio, ob inſignem raritatem *vitis ſummorum dignitate & eruditione virorum* Tom. II. *Coburg* 1736. in 4. pag. 157 ſqq. inſerta, vbi p. 163. de HIERON. ZANETINO haec talia leguntur: *Sic ingenii fulgor in* HIERONYMO ZANETINO *iam paucis admodum diebus extincto emicuit, qui & ipſe vtroque iure exornatus diu legendo ac interpretando me* (Bononiam) *conſiliis ac doctrina valde illuſtrauit, in cuius memoriam haec carmina ſuo ſepulcro, quod in clauſtro diui* Dominici *ſitum eſt, deſcripta reperies:*

Hic ZANETINVS *adeſt,* Felſina *quem tulerat,*
Vnius hic tumulus non eſt, ſpes, fama, decusque
Juſtitiae, probitas, contumulata iacent.
Hic patriae lumen, ſplendorque iubarque ſuorum,
Jam fuit, & viuet gloria parta diu.

Pauca de illo etiam attulerunt Joſ. Simlerus in *Bibliotheca* p. 300. & Anton. Poſſeuinus in *Apparat. ſacro,* Tom. II. p. 47. In den *Merkwürdigk. der königl. Biblioth. zu* Dresd. Tom. I. p. 148. memorantur eius *Contrarietates ſeu diuerſitates inter ius ciuile & canonicum, ſparſue per totum corpus vtriusque iu-*

 ris.

ris. Et caſus conſcientiales poſiti in Repetitione C. primi de Accuſationibus, quas accuratiſſime omnique ſolertia impreſſit Plato de Benedictis Bonon. *an.* 1490. *die* 24. *April.* in fol. folior. 29. Liber poſtea locum inuenit in *Tractatu tractatuum* tit. *de differentiis legis & canonum, ſiue iuris ciuilis & canonici* Tom. I. fol. 197 ſeqq. In eodem opere Tom. III. P. I. fol. 405 ſeqq. eius *de foro conſcientiae & contentioſo* legitur *Tractatus.* In *Theatro chemico,* quod *Argentorati* 1613. IIII. Tomis in 8. euulgatum fuit, eius *concluſionem & comprobationem Alchymiae* p. 277. exſtare, docet Thom. Hyde in *Catalogo Biblioth.* Bodleianae Tom. II. p. 267. Illum ſingulari praeditum fuiſſe memoria, *diſputationis* in codice noſtro declarat inſcriptio: *Celeberrimi & immortalis iuris pontificii ac ceſſarei* (caeſarei) *interpretis. Nec non diuino munere memorie refulgentis domini* HIERONIMI ZANITINI bononienſis, *facundiſſima & celeberrima diſputatio incipit feliciter.* Quaeſtionem pertractat, ad rem teſtamentariam ſpectantem, quam defendit Bononiae 1457. in ſcholis Baptiſtae de Sancto Petro, cum doctoratus gradum adſumeret. Eadem *diſputatio* eſt, cuius Joſias Simlerus l. cit. iniecit mentionem. Nobis eorum non placet ſententia, qui BENEDICTVM DE BARZIS, ſiue BARZIVM peruſinum, & BENEDICTVM DE PLVMBINO ſiue PIOMBINO, Ictos fuiſſe diuerſos ſtatuunt. Eiusmodi ſententiae addictos deprehendimus Joſ. Simlerum p. 94. & 95. Guid. Panzirolum *de claris legum interpretibus* L. II. Cap. LXXVI. p. 175. & Cap. CII. p. 200. *Lexici eruditor.* auctorem Tom. I. col. 835. & 958. Auguſtinus autem Oldoinus in *Athenaeo auguſto* p. 51 ſeqq. vnius tantummodo BENEDICTI DE BARZIS ſeu BARZII mentionem fecit, quem Baldi ſenioris diſcipulum, patria peruſinum, e Plumbino, oppido Etruriae, in agro ſenenſi & in ora maris tyrrheni, e ruinis Populonii erecto, vel aucto, oriundum fuiſſe ait. Confirmare hanc noſtram

ſtram ſententiam videtur tempus, quo BENEDICTVS DE PLVMBINO, duas *diſputationes* defendiſſe in codice noſtro dicitur, anno nimirum 1386. circa eadem ſane tempora, quibus Baldus ſenior floruit, cuius BENEDICTVS DE BARZIS apud Panzirolum l. cit. p. 175. & apud Oldoinum l. cit. auditor & diſcipulus fuiſſe dicitur. Vtrumque praeterea BENEDICTVM Ferrariae iura docuiſſe Panzirolus ll. citt. memorauit. In eadem etiam ſententia fuiſſe videtur Chriſtophor. Hendreichius cum in *Pandectis* brandeb. p. 414. voce DE BARCIS lectores ablegat ad PLVMBINVM. Sed eorum, quae ſcripſerat immemor, p. 442. BENEDICTVM adducit DE BARZIS, Jureconſultum, & Patricium eugubinum, cui ſcripta tribuit, quae ab Oldoino, BENEDICTI DE BARZIS, e Plumbino oriundi, opera eſſe dicuntur. Conf. Thom. Hyde *Catalog. Biblioth.* bodleian. Tom. II. p. 65. vbi vnius tantummodo BENEDICTI PLVMBINI *ſeu* DE PLVMBINO, DE BARCIS *ſiue* BARZIS, ſcripta enumerantur. Sed aliis hanc controuerſiam dirimendam relinquimus. BENEDICTVM DE BARZIS, plumbinum, poſteaquam in patria, Senis, Florentiae, Ticini, Bononiae, Pataui, Ferrariae, iura, omnium adplauſu, publice profeſſus, & Imperatoris Sigiſmundi conſiliarius factus fuerat, diem obiiſſe, ſcribunt Panzirolus & Oldoinus ll. citt. prid. Id. Martii an. 1410. Sepulchrum in templo auguſtinianorum hoc elogio ornatum fuit:

Corpus humo, caelis animam, famamque dediſti
Laudibus, & legum BENEDICTE *monarcha fuiſti*
Nominis effectu radians virtutis imago,
Piſanus *ciuis* Plumbini *clara propago.*
Omnibus Italiae *ſtudiis tua lectio fulſit*
Publica dum legis hic tibi de Libitina *refulſit*
Martia tunc orbi lux bis ſeptena nitebat
Mille quater centum bisquinque annosque mouebat.

In prima *diſputatione* ex iure ſtatutario piſano, quaeſtio pertractatur, *de filiis non legitime natis;* in ſecun-

 da

da *de donatione mortis cauſſa*, *a marito vxori facta*, *&* *exceptione non numeratae dotis.* Alia ſine dubio *diſputatio* eſt, quam Joſias ſimlerus p. 95. verbis: *multae diſputationes eximiorum*, inchoari ait. Nam prima in noſtro codice, verbis: *ſtatuto* piſano *cauetur*, & ſecunda, verbis: *ſtatuto ciuitatis cauetur*, initium ducit.

CCXXXXVII.

Conſilia *do.* PETRI DE ANCHARANO. in fol. formae maior. folior. 196.

Diſpeſcitur haec *Conſiliorum* collectio, in duas partes, quarum prior finitur *conſilio* CXCIIX. fol. 85. a. Praeter *rubricas iuxta ordinem decretalium*, *ſub quibus conuenienter collocari poſſunt conſilia*, praemittitur P. I. *tabula conſiliorum famoſiſſimi iuris vtriusque doctoris dni* PETRI DE ANCHA. *collectoris & ordinatoris*, *in almo ſtudio* Bononienſi, *per titulos ordinarios decretalium, in quibus conuenientius ipſorum conſiliorum ſumaria potuerint collocari, ad communem ſtudentium vtilitatem.* Vtraque libri pars *conſilia* complectitur CCCCXLIII. *Conſilii* primi initio, haec leguntur verba: *Preſtantiſſimi iuris vtriusque interpretis* PETRI DE ANCHARANO *Conſilia ampliſſima nuperrime ab erroribus veterum impreſſorum in* papienſi *gymnaſio accuratiſſime mundata.* Ille, qui emendationis in ſe ſuſcepit curam, nominatur in voluminis fine, vbi haec legimus: *Finis ſecunde partis conſiliorum eximii vtriusque iuris doc do.* PE. DE ANCHA. *Summopere emendate per eruditiſſimum legum ſcholarem dominum* Bonifacium de bellingeriis. Papie *impreſſa per* Franciſcum gyrardengum. *1496. die 24. Octobris.* His verbis typographus ſua inſignia adpoſuit. Quis iſte Bonifacius de Bellingeriis fuerit, non conſtat.

PETRI

Petri autem de Ancharano nomen, inter Jureconſultos, qui e Baldi ſchola prodierunt, non incelebre fuit. Illum e ſplendidiſſima Farneſiorum gente, fuiſſe oriundum, verba teſtantur, monumento eius ſepulchrali, quod Bononiae, in templo diui Dominici, ab amicis, poſitum fuiſſe memorat Guid. Panzirolus Lib. III. *de clar. leg. interpret.* Cap. XXVI. p. 347. edit. Hofm. inſcripta:

D. O. M.

Petro. Ancharano. Juris. Pontificii et. Caesarei
Clarissimo. Interpreti. Eius. Amantissimi saxum. hoc
instauratum. posuere. anno sal.
M. CCCC. LXXXXVII.

Canonis hic speculum civilis et anchora iuris
Hev iacet, aeternas mens tenet alma domos
Nomen erat Petrus, genuit Farnesia proles
nunc Ancharanum dat sibi laudis opes.
Quis superabat eum virtute micante quis isto
Consiliis hominum clarior ante fuit
Pro meritis nunc astra dedit sibi Juppiter almus.
Et voluit gelido membra iacere solo.

Idem epitaphium adtulit Nicolaus Burtius, parmenſis, in Bononia *illuſtrata*, in Jo. Gerard. Meuſchenii *vitis ſummorum dignitate et eruditione virorum* Tom. II. p. 167. vbi ſecundi diſtichi hexameter, hac ratione legitur:

Nomen erat Petrus, *genuit* Franeſia *pollens.*

In *elogio* praeterea Bononiae eiusdem Nicolai Burtii, carmine elegiaco, conſcripto, quod Jo. Ger. Meuſchenius Tom. III. libri citat. *ad exemplar bononienſe* 1498. recudendum curauit, hoc p. 89. inuenimus diſtichon

Non minus illuſtrat (ſcil. Bononiam) *cui nam* Franeſia *nomen*

En ANCHARANVM, *patria grata tulit.*

Ancharanum, a quo cognomen obtinuit, caſtellum fuit in Farneſiorum ditione ſitum. Ab illo autem, *Collegium pauperum ſtudioſorum*, quod PETRVS, Bononiae inſtituit, *Ancharanum* adpellari teſtatur Nicol. Burtius in Bononia *illuſtrata*, et Guid. Panzirolus ll. citt. Se Baldi fuiſſe diſcipulum ipſe profitetur PETRVS, cum in *conſilio* CXLII. fol. 156. b. edit. noſtrae Baldum *dominum et praeceptorem ſuum* adpellat. Floruit ſeculo a Chriſto nato, XIIII. ad finem vergente, et Pataui, Ferrariae, Senis, et Bononiae magno audientium concurſu docuit, et *veridicus interpres*, *iuris lumen*, et *anchora iuris* cognominatus fuit. Tanta etiam apud exteros nominis eius fama et auctoritas fuit, vt ſummi etiam principes, et viri, in dignitate conſtituti, in rebus dubiis et controuerſis illum conſulerent, quamuis Franciſcus Aretinus, illum *quandoque auro et pecunia deceptum* conſilia dediſſe exiſtimauerit. Eius in primis opera vſi fuerunt Epiſcopi et ſacerdotes, in Concilio piſano congregati, cum contra ducis Bauariae legatos, concilium, legitime congregatum, et Gregorium XII. et Benedictum XIII. Pontifices, iure, veluti ſchiſmaticos, periuros, et haereticos, a concilio exauctoratos eſſe pronunciarent. Vid. *Acta primi Concilii* piſani, Seſſion. VII. in Edmundi Richerii *Hiſtoria conciliorum generalium* L. II. *Colon.* 1683. in 4. Cap. II. p. 80 ſqq. Henr. Spondani *Continuat. Annal.* Baronii, ad ann. 1409. num. VIIII. Diem obiit Bononiae circa annum 1416. Quod enim id non anno 1410. acciderit, vt peruulgata quidem eſt opinio, ex eo adparet, quod

quod inter *conſilia*, decimum quintum *conſilium*, fol. 7. editionis noſtrae, M. CCCC. XV. (1415) die IIX. Septembr. conſcriptum dicatur. Errorem etiam admittunt illi, qui PETRVM DE ANCHARANO, vitam ad annum vsque 1497. produxiſſe memorant. In eum ſine dubio errorem, verbis, inſcriptionis ſepulchralis, haud ſatis adcurate conſideratis, inducti fuerunt, quibus, epitaphium anno M. CCCC. LXXXXVII. (1497) *inſtauratum* dicitur. Neſcimus vnde Caſimir. Oudinus compertum habuerit, quod Tom. III. *Commentar. de Scriptor. et ſcriptis eccleſ.* col. 1239. hoc epitaphium in templo S. Benedicti bononienſi, ſpectari, et PETRVM DE ANCHARANO ibidem ſepultum eſſe ſcribit. Omnes enim ſcriptores, qui iſtius monumenti ſepulchralis mentionem faciunt, illud in templo S. Dominici reperiri confirmant. Conf. inter alios Natalis Alexandri *Hiſtoria Eccleſ. Seculi XV.* Tom. IIX. Cap. IIII. Artic. V. p. 177. Franciſci Schotti et Hieron. ex Capugnano *Itinerarium nobiliorum* Italiae *regionum*, *vrbium*, *oppidorum*, *et locorum* P. I. p. 169. edit. *Vicent.* 1610. in 8. De PETRO ANCHARANO vid. Guid. Panzirolus l. cit. Joan. Fichardus in *vitis Jureconſultor. recentior.* p. 419. Marcus Mantua Benauidius in *Epitome viror. illuſtr.* p. 487. Jo. Baptiſta de Caccialupis in *ſuccincta hiſtoria interpretum et gloſſator. iuris* p. 507. Jo. Trithemius *de Scriptor. eccleſ.* Cap. DCCXXV. p. 168. Aubert. Miraeus in *Auctario de Scriptor. eccleſ.* p. 84. Joſ. Simlerus in *Bibliotheca* p. 551. Anton. Poſſeuinus in *Apparat. ſacr.* Tom. III. p. 33. Henricus Wharton in *Append. ad* Guil. Caue *Hiſtor. litterar. Scriptor. eccleſ.* p. 89. Chriſtoph. Hendreich in *Pandect.* brandeburg. p. 166. vbi illum PETRVM JOANNEM DE ANCHARANO vocat. Caſimir. Oudinus l. cit. Joan. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. et infim. Latinit.* L. XV. p. 713. Michael Maittaire in *Annal. typogr.* Tom. I. p. 619. editionem *Conſiliorum*, qua vtimur, valde raram, charactere litterarum gothico impreſſam, e

Catal. Biblioth. amerbachianae p. 27. adtulit, vbi vero minus recte cognomen *de Ancyrano* ſcribitur, cum in noſtra editione ſemper legitur DE ANCHARANO. Editiones recentiores, *cum additionibus* Hieron. Zanchii enumerat Chriſtophor. Hendreichius et Caſimir. Oudinus ll. cit. ubi etiam reliqua PETRI DE ANCHARANO *opera* commemorantur. Conf. die *Merkwürdigk. der königl. Bibliothek zu* Dresden Tom. I. p. 330.

CCXXXXIIX.

Conſilia et queſtiones FREDERICI *de Senis*, in fol. form. maior. folior. 109. ſi indicem praemiſſum exceperis.

FRIDERICVS PETRVCIVS, ſenenſis, ſiue vt ab aliis vocatur FRIDER. PETRVCCIVS de Senis, medio Seculi XIIII. tempore, in Italia, inter Jureconſultos celeberrimos inclaruit. Jus praeſertim pontificium interpretatus eſt; primum in patria, deinde etiam Peruſii, et inter diſcipulos, Baldum in primis habuit. Cancellariam curiae romanae illi fuiſſe demandatam, ex Aegidii de Bellamera Jureconſulti et Archiepiſcopi auenionenſis *prologo*, *de permutatione beneficiorum eccleſiaſticorum* probauit Caſimir. Oudinus Tom. III. col. 1139. *Commentar. de Scriptor. et ſcriptis eccles.* Senis, extra portam, nouam Carthuſianorum domum, ab illo conditam, bellorum autem calamitatibus vaſtatam, et poſtea reſtituram fuiſſe teſtatur Guid. Panzirolus *de claris legum interpretib.* L. III. Cap. XXIII. p. 342. Quo anno diem obierit ſupremum, nullibi relatum legimus. In patria eſſe defunctum, et in aede maiori, prope D. Joannis ſacellum, ſepulcrum marmoreum, pluribus ſignis exornatum, et mira elegantia elaboratum habuiſſe, refert Panzirolus l. cit. Conf. de illo, et

ſcriptis

ſcriptis illius, inter quae *conſiliorum* collectio, praecipuum ſibi vindicat locum, praeter ſcriptores iam citatos, Marci Mantuae Benauidii *Epitome viror. illuſtr.* p. 465. Jo. Baptiſt. de Caccialupis *Hiſtoria Interpret. et gloſſator. iuris* p. 506. Joſ. Simleri. *Bibliotheca* p. 210. et 211. vbi FRIDERICVM PETRVCIVM, ſenenſem, & FRIDERICVM de Senis, diverſos fuiſſe homines, credidiſſe videtur. Anton. Poſſeuini *Apparat. ſac.* Tom. I. p. 481. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. VI. p. 628.

Quod, ad *conſiliorum* editionem, ſatis raram, adtinet, illi praemittitur *Tabula* folior. 5. *ſuper diſputationibus, queſtionibus, & conſiliis domini* FREDERICI PETRVCII de Senis, *per titulos decretalium*; *Conſilia* hac ratione inchoantur: *Domini noſtri* Jheſu Chriſti *nomine eiusque matris ſanctiſſime* Marie *virginis glorioſe ſuffragiis inuocatis. Incipiunt queſtiones diſputate Conſilia reddita ad conſultationes reſponſa interdum allegando ſed vt plurimum conſulendo ac collationes habite cum iuris vtriusque doctoribus per do.* FREDERICVM DE PETRVCIIS de Senis *decretorum doctorem in diuerſis ſtudiis & maxime* peruſino. *Et licet ex ordine & diſpoſitione ipſorum poſſet quis de prioritate & poſteritate temporis ſumere argumentum. boc tamen ceſſat in eis quod prefata ſine annotatione temporum ſcripta fuerunt. Et quod de eis velut ſparſim & in cedulis ſcriptis nullam vel modicam vtilitatem ſentiebat ſcriptorum. Ideo eas & ea quotas ponendo vt poſſet facilius inueniri indifferenter & prout occurrebant ſcriptori tradendo fecit in vnum volumen redigi aliquis licet modicas apoſtillas & additiones faciendo prout etatis progreſſu & experientia caſuum didicit quae omnia correctioni & reformationi patris & dni. ſui* Jo. An. (Joannis Andreae) *illuminatoris iuris canonici intelligantur ſubmiſſa. Additiones quoque & apoſtille predicte cum dictionibus ſuper quibus cadunt poſt finem cuiuslibet conſilii, queſtionis & reſponſi, ſeu collationis ordinate ſub quotis per litteras alphabeti*

con-

continentur. In fine *conſilii* CCCIII. haec leguntur verba: *Hic finiunt conſilia & queſtiones cum eorum tabula Excellentiſſimi decretorum doctoris domini* FREDERICI PETRVCII Senenſis *Impreſſionique dedite* Venetiis *per* Andream de toreſanis de Aſula *Anno ſalutis MCCCCLXXXXVIII.* (1498) *Die XXIX. Decembris.* Teſtatur Guid. Panzirolus; FRIDERICVM PETRVCCIVM, virum fuiſſe maxime adcuratum, qui in ambiguis quaeſtionibus, alios iurisperitos conſulere conſueuerit. Comprobare id videtur collectio, quae ad manus eſt, vbi Jacobi de Piſtorio, Abbatis Lapi de Podiobonico, Petri de Tuderto, Franciſc. de Monte altino, Griffoli de Montepolitiano, Ricardi de Malumbre, Lapi Abbatis ſancti Miniati prope Florentiam, Joan. Andreae, & aliorum complurium Jureconſultorum *reſponſiones* ad FRIDERICI PETRVCCII *conſultationes* & *quaeſtiones* reperiuntur. Michaeli Maittaire editio incognita fuit. De aliis antiquioribus & recentioribus editionibus, vid. Caſimir. Oudinus et Jo. Alb. Fabricius ll. citt. Conf. die *Merckwürdigkeiten der königl. Bibliotb. zu* Dresd. Tom. II. p. 329.

CCXXXXVIIII.

D*omini* SIMPHORIANI CHAMPERII *lugdunen.* Liber de quadruplici vita. Theologia Aſclepii Hermetis Triſmegiſti diſcipuli cum commentariis *eiusdem domini* SIMPHORIANI. Sixti philoſophi pythagorici Enchiridion Iſocratis ad Demonicum oratio preceptiua: Silue medicinales de ſimplicibus: cum nonnullis in medice facultatis praxim introductoriis. Quedam ex Plinii iunioris practica. Tropheum gallorum quadruplicem eorundem complectens hiſtoriam. De in-

ingreſſu Ludouici XII. francor. regis in vrbem Genuam. De eiusdem victoria in Genuen. Regum francorum genealogia. De claris Lugdunenſibus. De Gallorum ſcriptoribus. De gallis ſummis pontificibus. Epiſtolę varie ad *eundem dominum* SIMPHORIANVM, in 4. folior. 141.

Omnia SYMPHORIANI CHAMPERII *opera*, noſtra aetate, maxime rara ſunt. Teſtes producimus Cl. Jo. Vogtii *Catalog. libror. rarior.* p. 168. Samuel. Engel *Biblioth.* P. I. p. 34. P. III. p. 7. Daniel. Gerdeſii *Florileg. libr. rar.* p. 68. Jo. Chriſt. Mylii *Memorabilia Biblioth. academicae* ienenſis p. 74 ſqq. *Catalog. Biblioth.* ſalthenian. p. 575. Eorum catalogum vide in Niceron *Memoires* Tom. XXXII. pag. 245 ſeqq. Haec collectio, ob ſingularem in primis raritatem laudatur in *Bibliothecae* ſarrazianae *catalogo* pag. 193. vid. Daniel. Gerdeſii *Florilegium* l. cit. Niceron l. c. pag. 251, illam minus adcurate, in fol. prodiiſſe ſcribit. In fine illius haec legimus verba: *Impreſſum eſt preſens opus* Lugduni, *expenſis honeſtiſſimorum bibliopolarum* Stephani Gueyhardi *&* Jacobi Huguetani: *arte vero & induſtria* Jannot de Campis: *Anno domini M. CCCCC. VII.* (1507) *Finitum prid. Kal. Auguſti.* Michael Maittaire nullam libri notitiam habuiſſe videtur. Typographus in illo exſcribendo charactere, litterarum gothico, vſus eſt. Cum a nemine huc vsque rarior liber, quod nos quidem ſciamus, deſcriptus fuerit, variaque memoratu digna, in illo occurrant, lectores id nobis condonabunt, ſi in illo recenſendo paullo prolixiores fuerimus. Imago ſancti Symphoriani, genibus innixi, qui ab adſtante carnifice capite plectitur, ligno inciſa, ſexies in libro occurrit. Eadem imaginis figura, virum & feminam genibus flexis ob oculos ponit, quae SYMPHORIANVM CHAMPERIVM, & eius vxorem referre videtur.

I. Liber *de quadruplici vita*, Franciſco de Rouhan, *cum* andegauenſis *eccleſiae praeſuli, tum* lugdunenſis *archiantiſtiti* Galliarum*que primati*, dicatus, quatuor refert partes, nimirum *de vita ſana, de vita longa, de vita caelitus comparanda*, & *de vita ſupracaeleſti*. Praemittitur libro praeter epiſtolam dedicatoriam 1) Sebaſtiani Coppini monslucienſis *ad* SYMPHOR. CHAMPERIVM *epiſtola*, in qua, inter alia, haec CHAMPERII opuſcula, edita memorantur: *Principum & dominarum nauis* (La Nef des Princes & des batailles de Nobleſſe, avec autres enſeignemens utiles & profitables à toutes manieres de gens, pour connoître à bien vivre & à bien mourir, dediqués, & envoyés à divers Prelats & Seigneurs, compoſés par noble & puiſſant Seigneur Robert de Balſat, Conſeiller & Chambrelan du Roy notre Sire, & ſon Senechal au Pays d'Agenes. Item plus le Regime d'un jeune Prince & les proverbes des Princes, & autres petits livres très-utiles & profitables, lesquels ont été compoſés par Maitre SYMPHORIEN CHAMPIER, Docteur en Theologie & Medecine, jadis natif du Lionnois. *Lyon*. 1502. in 4. fol. 65. La Nef des Dames vertueuſes, compoſée par M. SYMPHORIEN CHAMPIER, Docteur en Medecine; contenant quatre livres. Le premier eſt intitulé la fleur des Dames; le 2e eſt du regime du Mariage; le tiers eſt des propheties des Sibylles; & le quart eſt le livre de vrai amour. *Lyon*. 1503. in 4. *Paris*. 1515. in 4. *Paris*. 1531. in 4. vid. Niceron l. cit. p. 245 ſqq.) *Dialectices ianua; phyſices ianua* (vterque liber vno volumine *Lugduni* 1498. in 4. editus fuit. vid. Niceron l. cit. p. 254.) *libellus contra magos & faſcinatores*. (Niceron l. cit. p. 255. libruin tit. Dialogus in Magicarum artium deſtructionem *Lugdun*. in 4. adtulit). *Additiones in* Guidonem *chirurgum & Introductiones in Tegni* Galeni. (Varia in Galeni libros ſcripſit commentaria, quae recenſet Niceron. l. cit. paſſim). 2) *Index capitum in libr. de quadruplici vita*. 3) *Fratris* Guichardi de

Leſ-

Leſſard *Conuentus* lugdunenſis *fratrum* Heremitarum *ſancti* Auguſtini *in alma theologie facultate* pariſien. *humilis profeſſoris ad* SYMPH. CHAMPERIVM *epiſtola*. 4) Joannis Arzelerii, *iuris pontificii profeſſoris officialis* lugdunenſis *epiſtola ad eumdem*. Gondiſalui Toledo ad eumdem epiſtola. 6) Philippi Laurentii *ſereniſſ.* Francorum *reginae phyſici ad eumdem epiſtola*. 7) imago S. Symphoriani, quam iam deſcripſimus, cui haec ſubiecta leguntur verba: *Deus qui beatum* Simphorianum *martyrem tanta virtute donaſti: vt intrepidus exorante matre capite plecti: quam vanum* Veneris *ſimulacrum* Heraclio *prefecto impellente, venerari maluerit: preſta queſumus: vt eius exemplar imitantes: ab omni idololatrie ſeruitute: aliisque diris facinoribus expiatos efficias. Per dominum noſtrum* Jeſum Chriſtum *filium tuum* &c.

II. *Diffinitiones* Aſclepii, Hermetis Triſmegiſti *diſcipuli*, *ad* Ammonem *Regem*, *per* Ludouicum Lazarellum, *ad patrem ſuum* Joannem Ay, *ad* latinum, *e* greco *traductas*, conſecrauit *eruditiſſimo atque in omni diſciplinarum cognitione conſummatiſſimo*, *totius item* Gallie *philoſophorum principi* Jacobo Fabri ſtapulen. Commentarius SYMPHOR. CHAMPERII in Aſclepium in quatuor *ſectus* eſt partes, & multa e remotiſſima Aegyptiorum antiquitate, depromta ob oculos ponit. Vid. Jo. Alb. Fabricii *Bibliothec. graec.* L. I. Cap. IIX. p. 56 ſqq. cui tamen haec Ludouici Lazarelli verſio latina, minus nota fuiſſe videtur.

III. Sixti *philoſophi* pythagorici *enchiridio*, praefigitur SYMPHORIANI CHAMPERII *epiſtola*, *ad* Philibertum Naturelli, *tum* traiectenſis *Eccleſiae Praepoſitum*, *tum* atanathen. *Abbatem commendatarium* lugdun. in qua ſe mirari ait, hunc Sixti philoſophi libellum, grauiſſimis creberrimisque ſententiis refertum, a nemine Gallorum hactenus eſſe impreſſum: cum quotidie multi impreſſores perituras nugis impleant chartas. In fine libelli legitur Laurentii Abſtemii *carmen*, in eius commendationem *ad lectorem*, ſcriptum.

ſcriptum. Tribuuntur *ſententiae*, quae Sixti philoſophi nomen prae ſe ferunt, a Rufino in latinum ſermonem conuerſae, a viris doctis plerumque Sextio, ſiue Sixto philoſopho ſtoico, qui Imperatoris Tiberii aetate, inclaruiſſe & Pythagorae philoſophiam quodam modo in lucem reuocaſſe & cum στοᾷ conciliaſſe dicitur, vid. Juſti Lipſii *Commentar. ad* Senecae *epiſtol.* LVIIII. Tom. I. *Oper.* Senecae *Amſtelod. ap. Jo. Janſſonium* 1619. in 8. p. 387. Eiusd. Lipſii *Manuduct. ad ſtoicam philoſophiam* L. I. Diſſert. VI. Tom. I. *Operum* Juſti Lipſii, *Lugdun.* 1613. in fol. pag. 750. Thom. Gale praefatio, ad *opuſcula mythologica*, *phyſica & ethica graec. & latin. Amſtelod.* 1688. in 8. vbi Sextii *ſententiae* reperiuntur pag. 643 ſqq. In aliam autem plane abiit ſententiam, non quidem communi doctorum virorum ſuffragio comprobatam, Vrbanus Godofr. Siberus, qui Sextii *ſententias notis illuſtratas*, ſeparatim edidit, *Lipſ.* 1725. in 4. & Sixto II. Epiſcopo romano & martyri vindicare ſuſtinuit. Argumenta quibus vtraque pars ſententiam ſuam confirmare ſtudet, nec non variae *Sententiarum* Sextii editiones, in medium prolatae fuerunt a Jo. Alb. Fabricio L. VI. *Biblioth. gr.* Cap. X. p. 645 ſqq. In collectione SYMPHOR. CHAMPERII ſequitur

IIII. Iſocratis *ad* Demonicum *oratio preceptiua*, *e* greco, *in* latinum *verſa*, quae epiſtolam dedicatoriam ad Philippum Laurentianum, Apollinee *artis profeſſorem bene meritum*, Francorum*que regine phyſicum accuratiſſimum*, in fronte gerit.

V. *Siluae medicinales ad complementum librorum de vita ſana atque longa ſpectantes*, quorumdam ſimplicium, ordine alphabetico diſpoſitorum, naturam ob oculos ponunt. Praemittitur illis *epiſtola probemialis*, *ad* Gabrielem Mirum, apollinee *artis profeſſorem*, *ſereniſſ.* Francorum *regine conſiliarium atque protophyſicum.*

VI. *Introductorio in praxim medicinalem* adiiciuntur

VII. *Que-*

VII. *Quedam ex* Plinio iuniore *excerpta ad* hippocratice *artis facultatem attinentia*, &

IIX. *Medicorum priuilegia, ex iuris ceſarei corpore deprompta.* Haec omnia, quae iam enumerauimus, primam collectionis conſtituunt partem.

Secundae parti nouus praefigitur titulus: *Tropheum* gallorum *quadruplicem eorumdem complectens hiſtoriam in quattuor partitum libros partiales. Primus de* gallie *diuiſione. De* gallorum *origine. De eorumdem aduerſus alias nationes victoriis. De* Karoli *octaui atque* Ludouici XII. francorum *regum, preclaris geſtis. Et de eiusdem regis* Ludouici XII. *ingreſſu, in vrbem* genuenſem. *De* gallorum *commendatione ex aliarum nationum teſtimoniis. Liber ſecundus de commendatione & antiquitate ciuitatis* lugdunenſis. *De eiusdem ciuitatis viris illuſtribus. Liber tertius de ſcriptoribus famatis, qui in partibus* gallie *viguerunt. Liber quartus de ſtatus eccleſiaſtici tranquillitate apud* Auinionem. Titulum excipit *Index capitum libri, de quadruplici* gallorum *hiſtoria.* In eius fine oculis ſe obfert imago S. Ludouici, ligno inciſa, hac adſcripta precatione: *Deus qui beatum* Ludouicum gallica *ditione potientem a prima iuuenta, & miſericordie & totius religionis exemplum ceteris prebuiſti: preſta, queſumus vt qui veſanam preſentis ſeculi caſtitate voluptatem ingentem pietate opulentiam: & vera humilitate ſuperbiam peſſundedit: tua gratia nedum eius meritis comite vita illius inſtar moratos eſſe concedas & in perpetuum celeſti gloria perfrui largiaris. Per dominum noſtrum* &c.

Liber primus *Trophei* Gallorum, cui praemittitur *epiſtola prohemialis, ad* Georgium de Ambaſia rothomagenſis *eccleſiae Archipraeſulem & Cardinalem, ac in* Francia *legatum*, in varios tractatus, variaque diſpeſcitur capita, quorum argumenta haec ſunt: Tractatus I. *de* Gallie *diuiſione item de* Gallorum *origine Eorumdemque in alias nationes, & precipue* rhomanos *virtutibus.* Tract. II. *de* Karoli octaui *atque* Ludouici duode-

duodecimi Francorum *Regum preclare geſtis*. In fronte iſtius tractatus, conſpicitur figura ligno inciſa, quae tres magos, ex oriente venientes, & puerulo Jeſu, recens nato, munuſcula obferentes, ob oculos ponit. Tr. III. inſcribitur *de* Gallorum *commendatione*, *ex aliarum nationum teſtimoniis*. Adiiciuntur illi *carmina* quaedam breuiora Antonii Mancinelli; Publii Fauſti Andrelini, foroliuienſis, in laudem Caroli VIII. Ludouici XII. Ducum aurelianorum, & Ludouici Sfortiae compoſita. Inſerta etiam conſpicitur Benedicti portuenſis ad Bartholomaeum Juſtinianum *narratio de ſereniſſimi* Ludouici XII. Francorum *Regis, in vrbem* Genuam, *aduentu*. Illam ſequitur 1) Bartholom. Juſtiniani *ad ſpectatum & ornatum virum*, Benedictum portuenſem, *reipublicae* genuenſis *Cancellarium*, *epiſtola*, qua illi ob transmiſſam *narrationem*, gratias agit. 2) *Decretum* genuenſium *annuatim obſeruandum*, *celebratum Anno domini M. D. II. die XVII. Nouembris*, *cum illuſtris & excelſus dominus* Philippus de Cleves *dominus*Raueſtein *Regius admiratus &* genuenſium *gubernator eſſet. Solenni hoc decreto perpetuis temporibus valituro ſanxerunt & decreverunt* Genuenſes, *quod dies aduentus chriſtianiſſimi regis* Ludouici XII. *in vrbem* genuenſem, *qui fuit vigeſimus ſextus menſis Auguſti*, *quotannis ab vniuerſa ciuitate ferietur ac feſtus peragatur*, *& inſuper campanarum ſonitu ac falodiis*, *ceterisque leticie ſignis celebretur. ita vt aduentus ipſius memoria omnibus iocundiſſima eſſe videatur.* 3) *Oratio babita* Genue *apud regem* Galliarum, *per* Nicolaum Brignalem *ciuem* genuenſem *prid. Kal. ſeptembris. Anno ſalut.* 1502. 4) *Compendioſe atque ſub forma epitomatis*, *expeditio in* genuenſes *a Domino* SIMPHORIANO CHAMPERIO *compilata.* 5) *Oratio do.* Stephani Vinaldi *ad Regem pro nobilitate* genuen. *in prima audientia publica.* 6) *Nonnulla ex preclaris* francorum *Regum facinoribus per modum ſupplementi eorum*, *que de his in ſuperioribus dicta ſunt*, *collecta.* 7) *Regum* Francorum *genealogia*

tam

tam ex antiquioribus, quam recentioribus rerum ſcriptoribus in epitomen redacta.

Secundus liber *Trophei* Gallorum, *de origine & commendatione ciuitatis* lugdunenſis, *& de eiusdem viris illuſtribus*, inſcribitur nomine Jacobi de Amuncuria, *vtriusque iuris Profeſſoris in eccleſia diui* Joannis Baptiſtae lugdunenſ. *comitis ac Praecentoris, domini* lugdunenſ. *vicarii generalis.* Capite I. agitur *de origine & antiquitate vrbis* lugdunenſis. Cap. II. *de eccleſie* lugdunenſis *preeminentia, ſiue hierarchia.* Cap. III. *de claris* lugdunenſibus. Huic capiti adiiciuntur *epitaphia ex vetuſtiſſimis monumentis vrbis* Lugduni *in* Gallia comata, *ſumpta.* Niceron l. cit. p. 252. mentem ſuam de hoc libro II. hac ratione expoſuit: *Le Traité* de claris lugdunenſibus *eſt fort court; aprés y avoir recherché à ſa maniere l'origine de la ville de* Lyon, *& avoir parlé de ſon egliſe, il paſſe aux hommes illuſtres, c'eſt-à-dire, aux Saints, qui y ont vêcu, & finit par quelques inſcriptions, qui ſe trouvent dans cette ville. Leur petit nombre montre, ou qu'il a eu peu de curioſité pour ces ſortes de Monumens, ou que de ſon temps il y en avoit peu de decouverts. La maniere même dont il les rapporte, & les explique, fait voir qu'il ne les entendoit pas trop bien, & qu'il étoit peu verſé en ce genre de Literature.*

Liber tertius *de viris illuſtribus, nec non preclaris totius* Gallie *ſcriptoribus, ne contient gueres*, vt Niceron l. cit. ait, *que des auteurs eccleſiaſtiques, ſur la plûpart desquels il ſe contente de marquer ſuccinctement leurs Ouvrages.*

Liber quartus dicatus eſt Franciſco de Stagno, *Decretorum Doctori*, Ruchen. *praeſuli, domini* Georgii de Ambaſia, *eccleſie* rhomane *Cardinalis, ac legati* auinionenſis, *generali locum tenenti, & Gubernatori* auinionenſi. In quatuor diuiditur partes. I. *de ſummis pontificibus* Gallis, *qui in* Gallia *reſederunt.* II. *de ſummis pontificibus, qui ex* Gallis *ad ſummi ponti-*

ficatus apicem electi fuere, atque in Italia, *ſiue* Rhome *ſederunt.* III. *Apologia in* Gallie *calumniatorem ſtatus eccleſiaſtici, apud* Auinionem *continens tranquillitatem.* IIII. *ad dominum* SIMPH. CHAMPERIVM lugdunenſ. *artium liberalium*, Apollinee*que facultatis profeſſorem digniſſimum Fratris* Angeli de Duccis, *ordinis* Carmelitar. Brixienſ. *Apologeticon.* In fine *apologetici* conſpicitur figura, quam typographi inſigne eſſe cenſemus. Refert illa virginem alatam, tergo arbori adſtantem, quae manibus ſcutum geſtat, cum litteris J. D. C. (Jannot De Campis) ſuper arboris apicem haec leguntur verba: *C'eſt Tout mon Pleſir.* Quadrato vero, quo omnis figura circumdatur, haec inſcripta ſunt verba: *Une ſeule me conſole.*

Litterae & *carmina*, quibus collectioni finis imponitur, auctores habent Sebaſtianum Coppinum, Jacobum Robertetum, Gondiſaluum Toledo, Henric. Valuphinum, Joannem Mairium, Humbert. Furnerium.

Quae de SYMPHORIANO CHAMPERIO, noſtra aetate ſcimus, maxima ex parte, ex ipſis illius ſcriptis collecta ſunt. In libro *de claris* lugdunenſibus, nonnullos maiorum ſuorum recenſet, inter quos eminet Petrus Gherardi rom. Eccleſ. Cardinalis, & Antiſtes aniciensis a ſancto Symphoriano ducens originem. In *adpendicula*, quam huic libro addidit Nicolaus de Quercu, *qui huius opuſculi*, (ſcil. *de claris* lugdunenſibus) *caſtigationi praefuit*, SYMPHORIANVS CHAMPERIVS lugdunenſis eſſe dicitur, quamuis maiores eius, ex nobili, in Delphinatu, familia duxerint originem. Idem Nicolaus de Quercu, varia, quae conſcripſit SYMPHORIANVS CHAMPERIVS *opuſcula*, recenſet. Illum autem ex vrbe lugdunenſi non oriundum eſſe, teſtatur Niceron l. cit. p. 239. vbi in agro tantum modo lugdunenſi, *à Saint Saphorin le Château*, illum natum eſſe ſcribit, eiusque rei ipſum CHAMPERIVM in *Nef des Princes* fol. 53.

produ-

producit teſtem. Quo autem tempore natus, quoue mortuus fuerit, non conſtat; Nonnulla illius ſcripta nomen CAMPEGGII prae ſe ferunt, quod hac potiſſimum ratione, factum eſſe adferit Niceron l. cit. vt Italis perſuaderet, ſe originem ducere, e familia *di Campeggio* bononienſi, & *di Campiſi* ticinenſi. Inter polyhiſtoras ſui temporis, non poſtremum obtinuit locum, quod varia & maxima, quibus ornatus fuit, elogia, & *ſcriptorum* ab ipſo compoſitorum, teſtatur catalogus. Sed in aliam plane abiit ſententiam Julius Caeſar Scaliger, in poemate ſcazontico, quod inſcribitur *Ata*, vbi de CHAMPERIO haec talia leguntur:

CHAMPERIVS *quis ille, ſi petit quiſquam,*
Reſpondeo, ſed Scaeuolae *modo paucis*
Ardelio mirus, inſolens, tumens, turgens
Titulo Archiatri, quod Deus ſit atrorum;
Nam candidae ille mentis haud tenet micam,
Falſarius ſed inuidusque ineptusque,
Scriptis alienis indidit ſuum nomen,
Vno alteroue verbulo vsque mutato,
Dum ex officina barbariſſima agnoſcas.
Quidſi ille falſitauerit ſuum nomen
CAMPEGIVM *e* CHAMPERIO. *Et tacitus dormis*
Democrite! *o nec rumperis cachinnando.*

Conf. de illo Fratris Angeli de Duccis, Carmelitae brixienſis *Apologeticon* ſupra cit. vbi multa in laudem CHAMPERII, eiusque *opuſculorum* dicta reperies. *Catalogus Praeceptorum, Patronorum, familiarium, & auditorum* SYMPHORIANI CHAMPERII, ab ipſo CHAMPERIO conſcriptus; Petri Anton. Ruſtici *Oratiuncula ex tempore habita, pro celebratiſſimo Doctore, & equite aurato*, SYMPHOR. CHAMPERIO. Vtrumque opuſculum inuenitur in SYMPH. CHAMPERII libro, qui inſcribitur *Duellum epiſtolare* Galliae *&* Italiae *antiquitates ſummatim complectens. Trophaeum chriſtianiſſ.* Galliarum *Regis* Fran-

ciſci *huius nominis* I. *item complures illuſtrium virorum epiſtolae ad* D. SYMPH. CAMPERIVM. *Impreſſum* dicitur *opus* illud *per* Joannem Phiroben *&* Joannem Divineur Alemanos *ſumptibus honeſti viri* Jacobi Franciſci Deionta Florentini, *Bibliopolae* Veneti, *Anno a virginis partu* 1510 in 8. pp. 190. repetita exſtat editio *Lugduni* 1519. in 8. Vid. etiam Joſ. Simleri *Bibliotheca* p. 641 ſqq. Anton. Poſſeuini *Apparat. ſacer* Tom. III. p. 259. G. A. Mercklini Lindenius *renouatus Norimb.* 1686. in 4. p. 986 ſqq. Andreae Roſſoti *Syllabus Scriptorum* Pedemontii *Monteregal.* 1667. in 4. p. 527. ſqq. *L'hiſtoire litteraire de* Lyon *du* P. Colonia Tom. II. p. 478 ſeqq. Benedictus Curtius Symphorianus, gallice Benoît le Court de St. Savorin a SYMPHORIANO CHAMPERIO, medico, plane diuerſus, Jureconſultus, & eccleſiae lugdunenſis eques fuit, qui cognomen Symphoriani, a patria, eodem loco, quo CHAMPERIVS natus fuit, adeptus eſt. Inclaruit in primis *commentario,* quem in Martialis Aruerni *Arreſta Amorum L. II.* conſcripſit. Varias illius editiones recenſet Niceron in *Memoires* Tom. VIIII. p. 174 ſqq. Albert. Henric. de Sallengre in *Memoires de litterature* Tom. I. Art. IIX. p. 104 ſqq. Cl. Dau. Clement in *Bibliotheque hiſtorique & critique* Tom. II. p. 308 ſqq. Reliqua eius ſcripta, memorantur a Joſia Simlero in *Biblioth.* p. 94. a H. A. de Sallengre l.cit. a Cl. Vogtio in *Catalogo libror. rar.* p. 228.

CCL.

PETRI CRINITI, *viri eruditiſſimi* de honeſta diſciplina libr. XXV. de poetis latinis lib. V. Et poematum lib. II. Cum indicibus ſuis. *Venundantur in vico ſancti Jacobi ab Johanne paruo & ipſo Aſcenſio.* in fol. form. minor. folior. 148.

Editio

Editio oppido rara prodiit *Pariſiis* 1508. quod verba in fine conſpicua, paullo poſt memoranda docent. Illius iam mentionem factam fuiſſe a Michael. Maittaire conſpicimus Tom. II. *Annal. typogr.* p. 194. Dicauit illam, Jodocus Badius aſcenſius, Germano Ganaeo, qui *libri imprimendi facultatem* Aſcenſio fecerat. Dedicatio ſubſcripta eſt, *ad Idus Junias* 1508. Coronidis loco illi adponitur *octoſthicon* aſcenſianum *ad eumdem* Ganaeum. Ipſe PETRVS CRINITVS libros ſuos, *de honeſta diſciplina*, ſcripſit ad Bernardinum Caraffam, Neapolitanum, Pontif. antiochenſem, Florent. *Non. Jun.* 1504. Haec *aſcenſiana* editio, ad illam exſcripta fuit, quam Benedictus Philologus, Florentiae, *opera & impenſa* Philippi de Giunta 1504. in fol. in lucem emiſit. Id autem colligimus, ex Benedicti Philologi *epiſtola*, ad Scipionem Carteromachum, noſtrae etiam editioni praemiſſa, qua ei mittit CRINITI *commentarios*, quos imprimendos curauerat, eumque rogat, vt ipſius labores formis excudat, eumdemque laudat, quod ſuperioribus annis, tanto omnium concurſu & fauore graecas litteras Venetiis profeſſus fuerit. Conf. Michael Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. p. 170. *Catalog. Biblioth.* weidmann. P. I. p. 135. Libro XXV. & vltimo PETRVS CRINITVS imprecationem, ſiue vt vocat *legis cautionem*, *contra ineptos criticos* adpoſuit:

Quoi legent hoſce libros mature cenſunto:
Profanum volgus: & inſcium ne attrectato
Omneisque legulei blenni, barbari procul ſunto
Qui aliter faxit: is rite ſacer eſto.

Libri V. *de poetis latinis*, a Liuio Andronico initium capiunt, & ad C. Sollium Sidonium Apollinarem vsque, hiſtoriam poetarum XCVI. perſequuntur. Inſcripſit illos nomine Coſmi Paccii, Pontificis aretini, *Kalend. Novembr.* 1505. Praemiſit etiam praefatiunculam, *de origine poetices, apud latinos.*

Poematibus praefixit Luceius veronenſis epiſtolam ad Petrum Bembum, Patritium Venetum, in qua CRINITI *poemata*, a Joanne Cotta, ſibi eſſe transmiſſa teſtatur, aliaque eius poemata ſe editurum promittit, quae cum alibi locis multis, tum Ferrariae apud Principes Eſtenſes repoſita inueniantur: Exſtat Libro II. *carmen* illud, quo Joannis Andreae Lamponiani, mediolanenſis, laudibus extulit ſcelus, qui cum Carolo Vicecomite (Viſconti) & Hieronymo Olgiati, facinoris ſociis, anno 1476. Galeacium Sfortiam mediolanenſium Ducem, die XXVI. Decembr. in templo S. Stephani, mediolanenſi, gladio trucidarunt. Vid. Paull. Jouius in *Elog.* Galeacii Sfortiae L. III. p. 244. P. Baile *Dictionaire* Tom. II. pag. 1650. CRINITI *carmen* inſcribitur: *de virtute* Joannis Andreae Lamponiani, *tyrannicidae.* Typographus in fine codicis haec adſcripſit verba: *Habes itaque, lector ſtudioſe, tria ex lucubratione* PETRI CRINITI *opera: Vnum de honeſta diſciplina; alterum de poetis latinis: & tertium in quo ſunt eiusdem lepidiſſima poemata noſtra accuratione auſpice domino* Germano de Ganaio *ciompreſſa* (coimpreſſa) *Caetera eiusdem officinae monimenta vt noſtrae committantur expectamus: Interea boni conſulito. Vale. Ex aedibus* Aſcenſianis *ad Idus Junias M. D. VIII.* (1508). Repetitam, in *eadem officina*, eſſe editionem anno 1510. in fol. nos docet *Catalog. Biblioth.* weidmann. l. cit. *Catalog. Biblioth.* ſalthen. p. 150. vbi vero in 4. editio impreſſa dicitur. De editione *pariſienſi aſcenſiana* an. 1513. in fol. vid. Mich. Maittaire Tom. II. pag. 251. Alias editiones recentiores enumerat Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. lat med. & infim. Latinit.* Lib. III. p. 1230. *Operum*, quae promiſit PETR. CRINITVS, quamvis promiſſis non ſteterit, index vid. ap. Jo. Alb. Fabricium l. cit. quibus addi debent, quos legimus, in Benedicti Philologi, ad Scipionem Carteromachum *epiſtola* adnotatos, *de poetis Libr. X. poſteriores*, & *liber de hiſtoricis latinis.* Ex eius *poematibus* nonnulla

nulla inſeruit Janus Gruterus *Deliciis poetarum* italorum Tom. I. p. 823-846. Varia virorum doctorum de eius operibus iudicia collegit Adolphus Clarmundus, ſiue Jo. Chriſt. Rüdigerus in *vitis clariſſimor. in re litterar. viror.* P. VII. *Viteb.* 1708. in 8. p. 33 ſeqq. Conf. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. I. pag. 172. & 401 ſeqq. Tom. IIII. P. I. p. 76. Quae apud Lilium Gregor. Gyraldum *de poetis ſui temporis* Dialog. I. Tom. II. *Oper.* p. 390. de illo leguntur, talia ſunt: *Reliquit & varii generis verſus* PETRVS CRINITVS, Florentinus, *non illepidos quidem, ſed certe tales, qualia ſunt quae ſoluta oratione reliquit, multa is vbique polliceri videtur, quae non adeo praeſtat, omnisque* CRINITI *oratio, non vt aures ita animum implet, prope enim dixerim nugae canorae.* Illum ad impietatem quamdam pronum fuiſſe & procliuem, & in libris in primis *de honeſta diſciplina*, quaedam inueniri, quibus res ſacras, & religionem cui addictus erat, in ludibrium conuerterit, teſtatur Jo. Henric. Boeclerus in *Bibliographia critica* Cap. XXVII. p. 448. vbi ait: PETRVS CRINITVS Italus, *qui de honeſtis diſciplinis & poetis diſſerens nimium nugatus eſt, ac non niſi cum grano ſalis legendus. Homines quidem non ſatis eruditi, multum olim hoc autore vſi ſunt, & in primis etiam qui concionibus ad populum habendis vacant; cum ille tamen vel maxime in rebus ſacris ineptiat.*

Floruit PETRVS RICCIVS, ſiue, vt dici maluit, CRINITVS, Florentinus, initio Seculi XVI. diemque in flore aetatis, anno vndequadrageſimo obiit. Morbi, quo periit, genus, ipſe decantauit *carmine*, quod inſcribitur *de ſua aegritudine & imminenti obitu*, vbi initio ſtatim haec leguntur:

Nil eſt quod vltra ſit licitum mihi
Sperare tandem: nil medicae manus
Ex imminenti me miſerum rogo
Referre incolumen queunt.

Et iam medullis aeſtuat intimis
Accenſa bilis: nec patitur meo
Vnquam dolori finem aliquem dari
Sed vexat magis indies
Obducta frontis lumina: per genas
Delapſa tetra cum macie cutis
Et deſtitutae mentis inertia
Inſtare exitium monent &c.

Sunt nonnulli, qui illum moerore confectum produnt, cum conuiuio cuidam intereſſet, quo natis in vſum laetitiae ſcyphis pugnabatur, eiusque capiti, vnus e diſcipulis cyathum, vino repletum illideret, vel vt Gerard. Joan. Voſſius Lib. III. *de Hiſtor. lat.* p. 603. ſcribit, *canthara frigidae, a petulanti conuiua perfunderetur.* Praeter *elogium* quod Pauli. Jouius ei ſcripſerit, legi de illo poterit Joſ. Simleri *Bibliotheca* p. 556. Giulio Negri *Storia degli Scrittori* fiorentini p. 462. Burc. Gotth. Struuii *Bibliotheca antiqua* Ann. 1705. p. 411 ſqq. Antoine Varillas *Anecdotes de* Florence *ou l'hiſtoire ſecrette de la maiſon de* Medicis, *Haye* 1685. in 12. L. V. Conf. Voſſius, Fabricius, Clarmundus ll. citt. Poſterior l. cit. p. 36. PETRO CRINITO, florentino perperam tribuit *Hiſtoriam belli ruſtici, in* Germaniae *diuerſis partibus an.* 1525. *excitati, & a magiſtratibus feliciter ſedati*, quae inuenitur in Marqu. Freheri *Scriptor. rer.* germanic. p. 235-278. edit. Struuii, a Petro Haarer, ſiue Crinito, Germano, Electoris palatini Secretario compoſita fuit. Conf. Fabricius l. cit. p. 1231.

CCLI.

Omnia opera ANGELI POLITIANI & alia quaedam lectu digna, quorum nomina in ſequenti indice videre licet. in fol. folior. 448.

Exem-

Exemplar libri, quod ad manus eſt, adeo ſplendidum, elegans & nitidum eſt, ac ſi hac aetate ex officina typographica inſtructiſſima prodierit. Nonſolum charta puriſſima, et inſtar membranae craſſa, ſed litteris etiam luculentioribus, ſe lectoribus commendat. Id ſane pro certo adfirmare poſſumus, quod, eo, ſi Georgii Vallae opus, *de rebus expetendis & fugiendis* exceperimus, elegantiorem & ſplendidiorem librum non vidimus, qui in Aldi romani officina excuſus fuerit. Dicauit illum Aldus Manucius, romanus, Marino Sannuto, Leonardi filio, patritio Veneto. Digniſſimum venia in epiſtola dedicatoria, eſſe ait, POLITIANVM, ſiquid in eius ſcriptis deprehendatur parum elaboratum & cultum, cum haec opera eius non ab ipſo edita fuerint ſed ab amicis, & praecipue ab Alexandro Sartio, bononienſi, qui amiciſſimi viri, quaecunque habere potuerit, opera, multum ac diu, & adcurate quaeſita, imprimenda curauerit. Refert praeterea, POLITIANVM, ſi annos ſuos vixiſſet, leges ex pandectis, quae olim piſanae fuerant, in priſtinam lectionem, quod iam facere coeperat, reſtituere, commentarioſque in illas non barbare, ſed more romano, conficere voluiſſe. Dolet, quod *ſecunda Miſcellaneorum centuria*, & *Epiphyllides*, & in Tranquillum, in Terentium, in Statium, in Quintilianum doctae & ingenioſae *adnotationes*, ab illo, non abſolutae fuerint, nonnullaque eius *opera*, a quibusdam hominibus florentinis ideo occultentur, vt in poſterum illa, pro ſuis edant. Stulte autem illos agere ſcribit. Nam id profecerint, vt ſiquid ipſi vnquam dignum ſcitu inuenerint, ediderintque, magis POLITIANI quam eorum eſſe, docti omnes contendent, qui ſuppreſſa quam plurima POLITIANI eſſe *opera*, a quibusdam, quos alienis pennis ſe valere nihil pudet, non ignorauerint. *Opera*, quae Aldus Manucius, in hanc collectionem retulit, haec ſunt:

1) AN-

1) ANGELI POLITIANI, aliorumque virorum doctiſſimorum, & in ſumma dignitate conſtitutorum *epiſtolarum Libri XII.* Petri Medicis potiſſimum hortatu, POLITIANVS epiſtolas ſe collegiſſe, et in volumen redegiſſe, in prima libri primi teſtatur *epiſtola.* Seorſum prodierunt hoc titulo: *Illuſtrium virorum Epiſtole*

Meri ſales: merae facetiae
Meri lepores: merae argutiae.
Merae vrbanitates; merae delitiae:
Merae veneres: venerumque gratiae
Quarum auctores hoc habentur ordine.

Operis ſequentis auctores: Angelus Politianus, Joannes Picus Mirandula, Hermolaus Barbarus, Pomponius Laetus, Baptiſta Guarinus, Philippus Beroaldus, Nicolaus Leonicenus, Hieronymus Donatus, Callimachus, Ludouicus Odaxius, Marcus Antonius Sabellicus, Lucius Phoſphorus *Pont.* Signi. Jacobus Antiquarius, Caeſar Carmentus, Bartholomaeus Scala, Antonius Codrus Vrceus, Franciſcus Puccius, Auguſtinus Mapheus, Joannes Franciſcus Benedictus, Marſilius Ficinus, Macarius Mutius *Eques,* Tydeus Acciarinus, Baccius Vgolinus, Aldus Manutius Romanus, Mattheus Vero. *Cano. regularis,* Innocentius *Papa Octauus,* Jacobus *Cardinalis* Papienſis, Franciſcus Pico. *Cardinalis* Senenſis, Paulus Corteſius, Joannes *Dei gratia rex* Portugalliae, Laurentius Medices, Ludouicus Sforcia *Dux &c.* Georgius Merula, Bartholomaeus Chalcus, Petrus Crinitus, Michael Acciarius Vtianenſis, Scipio Carteromachus. In fine editionis rariſſimae, in fol. formae minoris excuſae, haec leguntur verba: *Hoc opus diligenter impreſſum eſt Anno a natali chriſtiano M. CCCCXCIX.* (1499) *ad Idus Februarias. In officina* Nicola Wolf Lutrien. *Pariſiis* illam prodiiſſe, ex epiſtola Iodoci Badii aſcenſii, ad Antonium Koberger typogr. Norimbergenſem, dedicatoria colligimus, qua

qua ſe epiſtolarum eſſe collectorem profitetur. Vid. Mich. Maitaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 686. die *Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu* Dresden Tom. II. p. 542 ſqq. Exſtat etiam editio *pariſienſis cura* Franc. Syluii Ambianatis 1517. In iibro XII. multa inueniuntur, quae Hermolaum Barbarum habent auctorem, v. c. *praefatio in paraphraſin phyſices* Themiſii, *in caſtigationes* plinianas, *in libros* Ariſtotelis, *Oratio ad* Fridericum Imperatorem, *&* Maximilianum *regem* Romanorum, nomine reipublicae venetae, cuius erat legatus, *epiſtola de ferculis* &c. Quanti POLITIANI epiſtolas aeſtimauerit Mr. de la Rochefoucault vid. in *Eſſais de litterature* Tom. I. p. 292.

2) *Miſcellaneorum Centuria prima*, ad Laurentium Medicen. Prima vice prodierant *Florentiae* in fol. form. minor. cuius editionis in fine haecce leguntur verba: *Impreſſit ex Archetypo* Antonius Miſcominus. *Familiares quidam* POLITIANI *recognouere.* POLITIANVS *ipſe nec Horthographiam ſe ait, nec omnino alienam praeſtare culpam.* Florentiae *Anno Salutis M. CCCC. LXXXIX.* (1489.) *Decimo tertio kalendas octobres.* vid. Michael. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 509. die *Merkwürdigk. der königl. Biblioth. zu* Dresden Tom. III. p. 89 ſqq. Inſerta eſt *centuria* iſta a Jano Grutero Tom. I. *Lampadis ſiue facis artium liberalium, Francof.* 1602. in 8. p. 1 - 124. Fuerunt iam POLITIANI aetate, qui illum multa, e Nicolai Perotti *cornucopiae*, in ſua tranſcripſiſſe *Miſcellanea*, confirmarent. Defendit ſe ipſe in *Miſcellaneorum* concluſione, conf. Jacob. Thomaſius *de plagio litterario* p. 234. edit. *leucopetr.* 1679. in 4. P. Baile *Dictionaire* Tom. III. p. 2343. not. m.

3) Herodiani *hiſtoria* e graeco *in* latinum *conuerſa;* Praemittitur illi epiſtola ANGELI POLITIANI, ad Andream Magnanimum, ſcripta *in ruſculo* feſulano *pridie Non. Maias an. 1493.* & praefatio ad Innocentium IIX. Pontificem max. Prima omnium editio hunc

hunc prae ſe fert titulum : Herodiani *hiſtoriae de Imperio poſt* Marcum *Libri octo e* Graeco *translati* ANGELO POLITIANO *interprete*, ad Innocentium octauum, *Pontificem Maximam*. Finis haec ob oculos ponit verba : Herodiani *librorum octo de Imperio poſt* Marum, *vel de ſuis temporibus*, ANGELO POLITIANO *interprete finis. Quod quidem opus nouum & aureum* Plato de Benedictis *accuratiſſime anno Domini M. CCCC. XCIII.* (1493) *pridie Kal. ſeptembres* Bononiae, *quam pulcherrimis his Caracteribus impreſſit.* in fol. form. minor. vid. Michael. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 558. *die Merkwürdigk. der königl. Biblioth. zu* Dresden Tom. III. p. 67. Ob hanc verſionem, quam, vt alios iam taceamus viros doctiſſimos, Degoreus Whear in *Relection. hiemalibus Cantabrig.* 1684. in 8. p. 71. hoc ornauit elogio : *legat igitur cenſeo, ſiue graece ſiue latine* Herodianum ; *nam haud ſcio vter maiorem laudem mereatur* Herodianus *ne*, *quem in lingua ſua, vbere vena fluere non negauerim : an* POLITIANVS, *qui* Herodiani *ſcripta*, *tanta felicitate interpretatus eſt, vt non tranſtuliſſe*, *ſed ipſe compoſuiſſe videri poſſit.* In plagii etiam ſuſpicionem POLITIANVS venit, cum aemuli eius illam Gregorio Tiphernati tribuerent. Vid. Jacob. Thomaſius l. cit. p. 234 ſqq. P. Baile *Dictionaire* l. cit. Adrien Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. III. p. 314. vbi inter alia hanc Bernardi de la Monnoye legimus adnotationem qua, non Gregorii Tifernatis, ſed Omniboni brendulenſis Vicentini POLITIANVM preſſiſſe veſtigia, in conuertendo Herodiano, innuit.

J'ai fait voir, ait *page 26. de l'indice expurgatoire du* Menagiana, *que s'il y avoit eu quelque Traduction* d'Herodien *plus ancienne que celle de* POLITIEN, *ce n'etoit pas à* Gregoire de Tiferne, *mais à un autre* Italien *ſon contemporain nommé* Ognibuono *natif de* Lunigo *près de* Vicence, *en latin* Omnibonus vicentinus, *qu'il la falloit attribuer. Sur quoi j'ai indiqué un endroit*

droit du 2 *Livre de la* Rome triomphante *de* Blondus, (p. 44 ſqq. edit. *baſileenſ.* 1531. in fol.) *où ſe trouve un morceau de cette traduction lequel prouve clairement que* POLITIEN *s'en eſt aidé.*

4) Epicteti *ſtoici enchiridion*, *e* graeco *verſum*, Laurentio Medici dicatum.

5) ANGELI POLITIANI *pro* Epicteto *ſtoico*, *ad* Bartholomaeum Scalam *epiſtola*, ſcripta Feſulis *Kalend. ſextil.* 1479. in qua Epictetum, contra Scalae obiectiones defendit, quibus illum, obſcura, ſupra hominis vires, et falſa praecepiſſe pronunciauerat.

5 b) Alexandri Aphrodiſaei, *ſuper nonnullis phyſicis dubitationibus ſolutionum liber*, *in* latinum *conuerſus.* Adiicitur illi, Petri Criniti ad Joannem Franciſcum Picum, mirandulanum Principem *epiſtola*, ſcripta *Kalendar. April.* 1497. Florentiae. Librum tantummodo priorem e graeco conuertit POLITIANVS, de qua verſione vid. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. graec.* L. IIII. Cap. XXV. p. 74.

6) Plutarchi chaeronaei, *amatoriae narrationes*, ANGELO POLITIANO *interprete*, nomine Pandulphi Collenuccii piſaurenſis Jureconſulti inſcriptae Feſulis *nonis Sextil.* 1478.

7) ANGELI POLITIANI *praelectio*, *in priora* Ariſtotelis *analytica*, cui titulus *Lamia.*

8) ANG. POLITIANI *praelectio*, cui tit. *Panepiſtemon.*

9) *Quod ira in pueris*, *optimae indolis ſaepe eſt argumentum*, ad Laurent. Medicen.

10) *Oratio in expoſitione* Homeri. Quae Guil. Budaeus, & Franciſc. Duarenus, de hac *oratione* retulerunt, vid. in Jacobi Thomaſii *Diſſertat. de plagio litterario* l. cit. & in Paul. Colomeſii Κειμηλ. *litterariis* Cap. XXXI. in *Opuſculis Vltraiect.* 1669. in 12. p. 66 ſqq.

11) *Oratio ſuper* Fabio Quintiliano, *&* Statii *ſilvis.*

12) *Praefatio in* Suetonii *expoſitionem.*

13) *Pro oratoribus* Senenſium *ad* Alexandrum VI. *Pontificem max. oratio.* Inſerta eſt haec oratio, *clarorum hominum orationibus*, *vel honoris officiique cauſſa*, *ad principes*, *vel in funere de virtutibus eorum habitis*,

bitis, quae *ex academia veneta* 1559. in 4. prodierunt, & *orationibus gratulatoriis*, *in electione*, *coronatione*, *natiuitate*, *nuptiis*, *triumphis &c. Pontificum*, *Imperatorum*, *Regum*, *Principum* &c. *habitis a legatis*, *viriſue ſuae aetatis doctiſſimis*, *Hanouiae* 1613. in 8. p. 75 ſqq. Supra vero quam dici poteſt, Pontifici recens electo, adulatus eſt POLITIANVS. Vna periodus teſtimonii loco eſſe poterit, quae ſtatim ab initio legitur: *Gratulamur tibi*, Alexander *Sexte*, Romane *Pontifex*, *quod ad rerum humanarum faſtigium ſubuectus*, *imo ad diuinitatem ipſam*, *plane ſublatus*, *omnia praeter Deum*, *minora inferioraque te videas*, *ſic*, *vt reges etiam ipſi & principes adorare ſubmiſſi veſtigia tua*, *& puluerem pedum tuorum lingere non modo non dedignentur*, *ſed loco etiam praeclari muneris concupiſcant.*

14) *Pro oratoribus* Florentinorum, *ad* Alphonſum Siciliae *regem*; In eadem collectione *hanouienſi* legitur p. 126 ſqq.

15) *Secunda oratio pro oratoribus* Florentinorum, *ad* Alphonſum Siciliae *regem.*

16) *Pro Praetore* florentino, *ad dominos ineuntes ſummum magiſtratum.*

17) *Magni* Athanaſii *in pſalmos opuſculum* ANGELO POLITIANO *interprete.* Exigua tantum apoſpaſmatia quaedam *expoſitionum in Pſalmos* tranſtuliſſe ANGEL. POLITIANVM ſcribit Jo. Alb. Fabricius L. V. *Biblioth. graec.* Cap. II. p. 304.

18) ANGELI POLITIANI *dialectica.*

19) *Praelectio de dialectica*

20) *Praelectio in* Perſium.

21) *Silua*, cui titulus *Nutricia*, Argumentum de poetica & poetis deſumtum eſt. Janus Gruterus inſeruit *Delitiis poetarum* Italorum Tom. II. p. 256 ſqq. Abſoluta eſt in Feſulano IIX. *idus Octobr.* 1486. & dicata Antoniotto Gentili, titulo S. Anaſtaſiae Presbytero Cardinali aurienſi.

22) *Silua*, cui titulus *ruſticus*, *in poetae* Heſiodi

Ver-

Vergiliq*ue Georgicon enarratione pronunciata*, ad Jacobum Saluiarum. Exſtat in J. Gruteri *Delitiis poetarum* Italorum l. cit. p. 279 ſqq. & in Renati Rapini *hortis*, *Vltraiecti* 1672. in 12. Seorſum prodiit cum Nicolai Beraldi interpretatione *Baſil.* 1518. in 4.

23) *Silva, in bucolicon* Vergili *enarratione pronunciata*, cui titulus *Manto*; Praefixa eſt epiſtola ad Laurentium Medicen, Petri Franciſci filium, Florentiae 1482. & praefatio poetica, vid. *Delitiae poetar.* italor. p. 295 ſqq.

24) *Silua*, cui titulus *Ambra*, *in poetae* Homeri *enarratione pronunciata* Florentiae *prid. Non. Nouembr.* 1485. vid. *Delitiae poetar.* italor. l. cit. p. 307 ſqq. De commentatoribus in quatuor Politiani *ſiluas* vid. P. Baile *Dictionaire* l. cit. p. 2342. not. H.

25) *Elegia*, *ſive epicedion in* Albierae Albiciae *immaturam obitum* ad Siſmundum Stupham eius ſponſum, vid. *Delitiae poetar.* italor. p. 325.

26) *Liber Epigrammatum latinorum*, quae inſerta quidem *Delitiis poetarum* italor. p. 333 ſqq. ſed nonnulla omiſſa fuerunt.

27) *Liber epigrammatum graecorum*, quem edidit Zenobius Acciaiolus Florent. 1495. Vid. de Zenobio Acciaiolo, Ordini Praedicatorum adſcripto, Jacob. Echardus *de Scriptor. Ord. Praedicator.* Tom. II. p. 45 ſqq. Vid. de carminibus ANGELI POLITIANI Caſpar. Barthii *Aduerſar.* L. XLVII. Cap. V. col. 2193 ſqq. Lil. Gregor. Gyraldi *de poetis ſui temporis* Dialog. I. Tom. II. *Oper.* p. 388 ſqq. Olai Borrichii *de poetis latinis* Diſſertat. III. p. 103. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. IIII. P. I. p. 52 ſqq. In Antonii dos Reys, Luſitani, Congregationis Oratorii olyſſiponenſis, Regis Portugalliae Hiſtorici latini & Regiae Academiae Socii *Epigrammatum* Tomo I. Olyſſipon. 1728. in 4. L. I. p. 25. hoc legimus *in* ANGELVM POLITIANVM, *monachos, obſcaenos libros damnantes probris laceſſentem* Epigramma

Carpere non ceſſas monachos qui carmina damnant
Atque doces tuto quaeque profana legi
Non hominis nequam vox eſt ea daemonis effrons
Quam ſolus profert absque pudore ſatan
Quis ſis cordatos inter vis noſcere ? dicam
Angelus *es certe* POLITIANE *malus.*

In fine *epigrammatum graecorum*, et totius, quam deſcripſimus collectionis, haec ſe oculis obferunt verba: Venetiis *in aedibus* Aldi Romani *menſe Julio M. IID.* (1498) *Impetrauimus ab illuſtriſſimo Senatu* Veneto *in hoc libro idem quod in aliis noſtris.* Adiicitur *regiſtrum* & *monodia* in Laurentium Medicen, quae iam legitur, in libro *epigrammatum latinorum*, ibique *intonata* dicitur *per* Arrighum Iſac. Pluribus verbis argumenta ſingulorum *opuſculorum*, quae in collectione reperiuntur, expoſuit Phil. Maſſon in *hiſtoire critique de la republique des lettres* Tom. III. p. 233 ſqq. Tom. IIII. p. 252 ſqq. & Vir ampliſſimus Fridericus Otto Menckenius in *vita* POLITIANI mox memoranda.

ANGELVS AMBROGINVS, ſiue CINVS, qui a patria Montepolitiano (*Montepulciano* Hetruriae oppido, cognomen POLITIANI adeptus eſt, vir doctiſſimus, litterarumque in Italia renaſcentium, inſtaurator, diem obiit ſupremum anno 1494. Florentiae aetatis anno XL. In eius obitum Petrus Crinitus hoc epitaphium ſcripſit

Hic hic Viator paullulum gradum ſiſte
Vatem potentis Spiritus vides clarum:
Qui mente promptus acri, & arduum ſpirans,
Ac ſumma quaeque & alta conſequi ſuetus:
Is ille ego ANGELVS POLITIANVS *ſum.*
Fouit benigno me ſinu Flora, *& illic*
In fata ceſſi: Parthenopaeos *reges*
Quum gallica *arma irruerent minabunda:*
Tu vale & hoc ſis meriti memor noſtri.

Vid. Nicol. Reuſneri *icones ex typis* Waldkirchianis *in lucem productae* pl. G. 5. Monſtratur hodie POLI-

TIANI monumentum ſepulcrale, in aede Dominicanorum S. Marci florentina, nulla inſcriptione ornatum: vid. Jo. Georgii Keysleri *neueſte Reiſen* I. Th. *Hannov.* 1740. in 4. XLIII. Br. p. 540. Legi de POLITIANO merentur Joſ. Simleri *Bibliotheca* p. 43. Gerard. Joan. Voſſii *de Hiſtoricis latinis* L. III. Cap. IIX. p. 564 ſqq. Paul. Freheri *Theatrum viror. eruditione claror.* p. 1432. P. Baile *Dictionaire hiſtorique & critique* Tom. III. p. 2340 ſqq. *Giornale de' letterati* d'Italia Tom. VI. pag. 255 ſqq. Tom. XIIX. p. 255 ſqq. Iſaac Bullart *Academie des Sciences* Tom. I. p. 276 ſqq. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. I. p. 390 ſqq. Tom. II. P. III. p. 817 ſqq. Tom. IIII. P. I. p. 52 ſqq MS. Menage *Antibaillet* Tom. I. p. 51 ſqq. Adolph. Clarmundi *vitae clariſſimorum in re litteraria virorum* P. III. Viteb. 1710. p. 163 ſqq. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & inf. latinit* L. I. p. 263 ſqq. Thom. Crenii Praefatio *de claris* Angelis, quae praemittitur Angeli Caninii, angelarenſis, *Helleniſmo* p. 19 ſqq. edit. *Amſtelod.* 1700. in 8. Daniel. Guil. Molleri *Diſſertatio de* ANGELO POLITIANO *Altorf.* 1698. in 4. Werner. Iacob. Clauſii POLITIANVS, *ſive de* ANGELI BASSI POLITIANI *Canonici olim* florentini *vita*, *ſcriptis*, *&* *moribus liber*, *Magdeb.* 1718. in 8. Abbatis Pierantoni Seraſſi *vita del* POLIZIANO, quae praefixa eſt libro hetruſco, hoc titulo, inſignito: *le elegantiſſime Stanze di* M. ANGELO POLIZIANO *& la Ninfa* Tiberina *del* Molza, *Bergamo* 1750. in 4. Omnium vero optime, & luculentiſſime, de ANGELO POLITIANO, & *ſcriptis* ab illo editis, eorumque variis editionibus egit, quem iam honoris cauſſa nominauimus, Vir ampliſſ. Frideric. Otto Menckenius in *Hiſtoria vitae & in litteras meritorum* ANGELI POLITIANI, *Lipſiae in officina gleditſchiana* 1736. in 4.

CCLII.

Opera JOANNIS PICI MIRANDVLE *Comitis Concordie: litterarum principis:* nouiſſime accurate reuiſa (addito generali ſuper omnibus memoratu dignis regeſto) quarumcunque facultatum profeſſoribus tam iucunda quam proficua. JOANNIS PICI MIRANDVLA. vita: per Joannem Franciſcum Illuſtris Principis Galeotti Pici Filium elegantiſſime conſcripta. Heptaplus de opere ſex dierum geneſeos Fo. I. Deprecatoria ad Deum elegiaco carmine Fo. XX. Apologia Tredecim quaeſtionum Fo. XXI. Tractatus de ente & vno cum obiectionibus quibusdam & reſponſionibus Fo. LXII. Oratio quaedam elegantiſſima Fo. LXXXIIII. Aepiſtolae plures JOANNIS PICI MIRANDVLAE. & aliorum famoſorum. Fo. XCII. Diſputationum aduerſus aſtrologos libri duodecim Fo. CXV. Teſtimonia eius vitae & doctrinae. In principio. Caecilii Cypriani epiſcopi Carthaginenſis de ligno crucis carmen Fo. I. Hoc in volumine ſcribunt epiſtolas hi viri clariſſimi. JOANNES PICVS MIRANDVLA. Jo. Fran. Miran. Gal. comitis filius. Hermolaus barbarus. Angelus politianus. Frater Baptiſta carmelita. Matheus Boſſus Veronenſis. Hieronymus donatus. Robertus ſaluiatus. Philippus beroaldus. Baptiſta guarinus. Chriſtophorus landihus. Alexander corteſius. Bartholomaeus fontius. Marſilius ficinus. Baccius vgolinus. Junianus maius parthenopeus. Hieronymus Emſer. in folio form. minor. folior. 216. ſi praemiſſa folior. 12. exceperis.

Tertia

Tertia, quod nos quidem ſciamus, haec eſt omnivm, JOANNIS PICI, mirandulani, in vnum corpus collectorum operum editio, ſatis hodie rara & infrequens. *Prima* prodiit *Bononiae*, vbi illam typis *impreſſit* Benedictus Hectoris bononienſis *die XX. Mart.* 1496. in fol. *Secundum* cenſemus, quam Bernardinus Venetus *d. XXIIII. Aug.* excudit *Venet.* 1498. in fol. vid. Mich. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. I. p. 611. & 664. Noſtra *tertia*, de qua vid. Michael. Maittaire *Annal. typogr.* Tom. II. p. 171. hanc in fine refert typographi ſubſcriptionem: *Diſputationes has* JOANNIS PICI MIRANDVLAE, concordiae *Comitis, litterarum Principis aduerſus Aſtrologos: diligenter impreſſit Induſtrius* Joannes Prüs *Civis* Argentinus. *Anno ſalutis M. CCCCCIIII.* (1504) *Die vero XV. Marcii.* Praemittitur ipſis JOANNIS PICI *operibus.*

1) Hieronimi Emſeri *presbyteri ad* Joan. Prüs argentinum *ciuem, atque Calcographum accuratiſſimum,* Epiſtola, quam, quia breuis illa eſt, adſcribimus integram: *Conueniſti me nuper* Joannes *amantiſſime rogitabundus: quatenus tibi: ex* JOANNIS PICI *illuſtris olim* MIRANDVLAE *comitis ac litterarum Principis, elucubrationibus, (quas acre conaris exprimere) ſumma eorum. quae lectu iudicarem pulcriora rarioraque excerperem: atque in ordinem: ſiue regeſtum aliquod (vt vocant) redigerem: quo lectores confuſa prolixitate perplexos, nouus inuitaret labor. atque rerum breuis (laconico more) annotatio: Ego vero tametſi hoc tempore prae valitudine litterario ocio minus ſum idoneus: tibi nihilominus: Libenter & obſecundabo & obſequar: tum quod honeſtum imprimis eſt tibi viro grandaeuo atque in aedendis ad communem litterariae Reipup. vtilitatem voluminibus: operam atque aetatem omnem conſumenti: ferre ſuppetias: tum quod eum librum in manus ſuſceperis: cuius aetas noſtra: non dico praeſtantiorem: ſed ne ſimilem quidem vidit. Quicquid enim apud veteres ſiue*

 iunio-

iuniores omnes Hebraeos: Chaldaeos: Arabes: Graecos: *ſiue* Latinos: *abſtruſum diu latuit: homo ille tam in* Heptaplo *quod reliquis operibus adeo coegit: elucidauit: atque ingenii ſui altitudine propagauit: vt inter vetuſtos recens inter recentes vero videri poſſit antiquiſſimus. Accipe igitur mi* Joannes *quem petiiſti laborem ab* Italis: *quorum vetus imprimendi cura hodie friget: neglectum: daque operam: (vt ſicut* Germani *noſtri: impreſſoriae artis inuentores extitere) ita bene caſtigateque premendo palmam aliis aeripiant. Id autem poteris conſequi eo facilius: quod tibi ſunt caracteres quos vel* Nicoſtrata *ipſa laudare: aut* Dedalus *admirari queat Accedit ad hoc exemplar quod habes non vulgare: ſiue (vt plerumque fit) mendoſum: ſed* Bononienſe *illud caſtigatiſſimum: ex vero & primo* mirandulanae *manus archetypo percuſum: cuius poteſtatem mihi fecit doctiſſimus ille communis noſter amicus & benefactor* Thomas wolphius iunior *iuris pontificii inſignibus decoratus: muſarum ſacerdos: &* Ciceroniana *quadam facundia* germanos *omnes: non tam decorans quam exuperans. Tu vale atque communi vtilitati inſerui: Mercede apud deum Op. Max. non cariturus: Ex* Argentina.

Tetraſticum Eiusdem (ſcil. Emſeri).
Crede mihi lector Picana *volumina ſcrutans*
Facundus: Doctus: Relligioſus eris.
Haec tria ſi vili non praeponenda monetae
Duxeris: infoelix iure putandus eris.

Sequitur 2) *Regeſtum omnium voluminis opuſculorum*, quod, vt ex *epiſtola* adlata patet Hieronymum Emſerum auctorem habet. Excipiunt illud

3) Joannis Franciſci Pici Mirandulae *epiſtola ad veritatis amatores*, &

4) Jacobi Wimpfelingi Sletſtatini *ad Lectorem nobiliſſimorum operum* JOANNIS PICI MIRANDVLAE, *epiſtola*. In vtraque, inſignis & plane ſtupenda

da PICI eruditio, & *operum*, quae conſcripſit, praeſtantia lectoribus commendatur. Illis adiicitur

5) JOANNIS PICI MIRANDVLAE *viri omni diſciplinarum genere conſummatiſſimi vita. Per* Joannem Franciſcum *Illuſtris Principis* Galeotti Pici *Filium edita.* Eius in fine repoſitum eſt

6) Caecilii Cypriani *epiſcopi* Carthaginenſis *carmen de ligno crucis*, vna cum duobus PICI *epitaphiis:* alterum hoc eſt

JOANNES *iacet hic* MIRANDVLA. *Caetera norunt*
Et Tagus *&* Ganges *forſan & Antipodes.*

alterum *a fratre* Baptiſta Mantuano *conditum* dicitur

PICVS JOANNES *caelos elementa deumque*
Doctus adhuc iuuenis ſanctificatus obit.

Prius vt Jo. Georg. Keyslerus adnotauit in den *neueſten Reiſen* P. I. Br. XLIII. p. 539. hodie ſupereſt, in templo S. Marci florentino, vbi hac ratione ſepulcro eius inſcalptum conſpicitur

D. M. S.

JOANNES IACET HIC MIRANDVLA: CETERA NORVNT
ET TAGVS, ET GANGES FORSAN ET ANTIPODES
OBIIT ANNO SAL. M. CCCC. LXXXXIIII.
VIX. AN. XXXIII.

HIERONYMVS BENIVENIVS, NE DISIVNCTVS POST MORTEM LOCVS OSSA TENERET, QVORVM IN VITA ANIMOS CONIVNXIT AMOR, HAC HVMO SVPPOSITA PONEND. CVR. OBIIT ANNO MDXXXXII. VIXIT LXXXVIIII. MENS. VI.

Quod ad JOANNIS PICI *opera* adtinet, quae in hac collectione reperiuntur, verbum non addimus amplius, cum iam Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. med.* *&*

& infim. Latinit. L. VIIII. p. 334 ſqq. & Niceron in *Memoires* Tom. XXXIIII. p. 139 ſqq. illa longa ſerie recenſuerunt, & eorum argumenta expoſuerunt.

Natus fuit JOANNES PICVS anno 1463. patre Joanne Franciſco Pio, Comite Mirandulae & Concordiae, & ob inſignem, quam iuuenis prodidit, ingenii & doctrinae praeſtantiam, *ingeniorum* ſui ſeculi *Phoenix*, & a Scaligero *Monſtrum ſine vitio* adpellatus fuit. Omnium optime illius dedit *vitam*, Joannes Franciſcus, Joannis e fratre Galeotto filius, quae noſtrae collectioni praemittitur, & a Guil. Bateſio, *vitis ſelector. aliquot virorum qui doctrina, dignitate aut pietate inclaruere, Londin.* 1681. in 4. inſerta fuit p. 90 ſqq. Exſtat etiam, in Joannis Fichardi *vitis illuſtrium virorum Francof.* 1536. in 4. p. 58 ſeqq. Conf. *Leven van* JOANNES PICVS *Prinſe van* Mirandola *en* Concordia, in *Levensbeſchryving van beroemde en geleerde Mannen* P. III. num. IIII. pag. 499 ſeqq. Werner. Jacob. Clauſii *programma de eruditione cum ſolida pietate in* JOANNE PICO, mirandulano *Principe conſpicua. Hal. Magdeb.* 1707. in fol. Adr. Baillet *Enfans devenus celebres par leurs etudes & par leurs ecrits*, qui liber conſtituit Tom. V. P. I. des *Jugemens des Savans* edit. *Amſterd.* 1725. in 8. p. 78 ſqq. Reliqui ſcriptores, qui, illius memoriam ſcriptis, ad poſteros transmittere ſtuduerunt, commemorantur a Joanne Albert. Fabricio & Nicerono ll. citt. vbi etiam recentiores *operum* editiones, & eorum verſiones adferuntur. Fallitur vero Fabricius, cum *Operum* JOANNIS PICI collectionem, per Hieron. Emſerum *Baſileae* 1557. editam ſcribit. Hieron. enim Emſerus iam anno 1527. d. IIX. Novembr. mortuus fuerat; editio vero *baſileenſis* an. 1557. ad Emſeri editionem recuſa tantummodo fuit.

CCLIII.

CCLIII.

POGGII FLORENTINI Oratoris Clariſſimi Ac Sedis Apo. Secretarii OPERVM Primae Partis Contenta. Hiſtoria diſeptatiua de AVARICIA. Hiſtoriae diſceptatiuae CONVIVALES tres. De NOBILITATE liber diſceptatorius. De humanae conditionis MISERIA libri duo. RVINARVM vrbis ROMAE Deſcriptio. ASINVS LVCIANI per Poggium e graeco in latinum verſus. Liber INVECTIVARVM contra Foelicem Antipapam, Franciſcum Philelphum & Laurentium Vallam. Liber ORATIONVM variarum.

Secundae Partis Contenta. Liber EPISTOLARVM pluribus epiſtolis familiaribus, antea non preſſis, ac lectu iocundiſſimis auctus. In quibus notatu digniora ſunt haec. De laude RVRIS ſive rei ruſticae. Balneorum BADENSIVM prope Thuregum deſcriptio. HIERONYMI haeretici obitus & ſupplicii enarratio. De TRAIANI Caeſaris excellentia. Philippi Mariae Ducis Mediolanenſis epiſtola ad Poggium, & reſponſiua eiusdem ſuper laudibus FLORENTINORVM. In LASCIVE ſcribentes POETAS. Diſceptatio pulchra ſuper praeſtantia SCIPIONIS aphricani, & C. JVLII Caeſaris. Quam dialogus notabilis apte ſequitur de INFOELICITATE PRINCIPVM. Finem his omnibus FACETIARVM Sales ponunt. Particulares praedictorum manuductiones ſtudioſus lector quaerat poſt finem operum INDICE ſpeciali deſuper confecto: quae prioribus addita ſunt quotatione ſua clarius ſecer-

nente 1513. in 4. form. maior. vel ſi mauis fol. form. minor. folior. 185.

De inſigni editionis raritate, vid *Catalogus* Mayerianae *Biblioth.* p. 782. *Catalog. Biblioth.* Daniel. Salthenii p. 308. vbi haec editio minus recte *Baſileae* euulgata dicitur. Nam in fine noſtri exemplaris haec leguntur verba: Argentinae *Impenſis prouidi* Joannis Knoblouchi: *litterario praelo* Joannis Schot *preſſum hoc opus.* POGGII *ſub annum Domini MDXIII.* (1513) *Kalen. Septembris.* Quae in collectione inueniantur, titulus ſatis ſuperque indicat. Verba illius quae litteris maiuſculis exprimenda curauimus, praeter omnem fere iſtorum temporum conſuetudinem, characteribus typorum rubris exſcripta adparent. Eſt autem haec editio, non prima ſed *tertia.* *Prima* prodiit *Argentorati* 1511. in fol. quam excepit *ſecunda pariſienſis* eodem anno in 4. in lucem emiſſa. Curauit iſtas editiones Thomas D. Aucuparius, poeta laureatus, cuius epiſtola dedicatoria, ad Sebaſtianum Brant, Argentorati *XXVIIII. menſ. Januar.* anno 1511. ſcripta, editioni, qua vtimur, praefigitur.

In *hiſtoria diſceptatiua conuiuali, de auaritia, & luxuria, & de fratre* Bernardino, *aliisque concionatoribus*, quam ad Franciſcum Barbarum ſcripſit, colloquuntur Antonius Luſcus, Cincius, Bartholomaeus de Montepulciano, aliique.

In *hiſtoria tripartita*, quae *tres* continet *hiſtorias diſceptatiuas conuiuales*, ad Proſperum Cardinalem de Colonnà ſcriptas, eiusmodi pertractantur quaeſtiones. 1) *vter alteri gratias debeat, pro conuiuio impenſo: isne qui vocatus eſt, ad conuiuium, an qui vocarit?* 2) *Quae ſit res ad doctrinam praeſtantior, generique humano vtilior, iuris ne ciuilis, an medicinae?* 3) *latina ne lingua priſci* Romani *vulgo ab ipſa infantia vterentur, an alia quidem eſſet doctorum virorum, alia plebis oratio?*

Liber

Liber *de nobilitate* Gerardo Cumano dicatus eſt; Cum POGGIVS, in hoc libello, paullo acrius in Venetos inueheretur, eadem animi contentione illi reſpondit Laurus Quirinus Patricius Venetus, & Leonardus Chienſis, qui *tractatum* conſcripſit *apologeticum*, *de vera nobilitate*, qui manuſcriptus olim adſeruabatur in bibliotheca Jacobi Facciolati, vid. Joannis Baptiſtae Recanati Patricii Veneti *vita* POGGII mox memoranda p. XXI. Niceron *Memoires* Tom. VIIII. pag. 148. In epiſtola POGGII manuſcripta, ad Thomaſium, philoſophum & medicum venetum, quam apud Clariſſ. viros Abbates Saluinios exſtitiſſe ait Recanatus, omnem rem in nobiles quosdam venetos confert, quorum opera italicum bellum excitatum putabat.

Librum I. & II. de miſeria conditionis humanae nomine illuſtriſſimi Principis Sigismundi Pandulphi Malateſtae inſcripſit. Henricus Bebelius illis *argumentum*, nouem diſtichis comprehenſum anteire iuſſit.

* *Deſcriptionem de fortunae varietate vrbis* Romae, *& de ruina eiusdem*, inſeruit Albertus Henricus de Sallengre Tom. I. *noui Theſauri antiquitat.* romanar. *Hagae* 1716. p. 497 ſeqq. & Joan. Godofr. Clauſingius *Juri publico* Romanorum, *id eſt Arcanorum ſtatus reipubl.* romanae Faſcicul. IIII. *Lemgou.* 1737. in 8. Tituli ſimilitudine inductus fuit Joan. Albert. Fabricius, vt Libr. XV. *Biblioth. med. & infim. Latinit.* pag. 898. pleniorem libelli crederet editionem, POGGII opus, plane diuerſum *de varietate fortunae Libr. IIII.* quod primum hoc titulo in lucem editum fuit: POGGII BRACCIOLINI, florentini, *Hiſtoriae de varietate fortunae Libri IIII. ex MS. Bibliothecae* ottobonianae, *nunc primum editi*, *& notis illuſtrati a* Dominico Georgio. *Accedunt eiusdem epiſtolae LVII. quae nunquam antea prodierant. Omnia a* Joanne Oliua Rhodigino *vulgata*, *Paris.* 1723. in 4.

Conf.

Conf. Niceron Tom. VIIII. pag. 158 ſeqq. *Acta Eruditor.* lipſienſ. 1725. pag. 229. & 1726. pag. 220. *Emendationes e codice* barnſtorfiano, inſeruit Chriſtoph. Auguſt. Heumannus Tom. II. *Poecil.* Libr. I. *Hal.* 1726. in 8. p. 95 ſqq.

Luciani *aſinus*, *e graeco in* latinum *conuerſus ſermonem*, Coſmae de Medicis conſecratus eſt.

In *orationibus inuectiuis* Amadeum, Sabaudiae Ducem, qui a Concilio baſileenſi, ſub Felicis V. nomine, Pontifex romanus electus fuerat, Franciſc. Philelphum, qui eius amicum Nicolaum Niccoli, binis *ſatyris* laceſſiuerat, & Laurentium Vallam, tanta mordacitate, totque petiit conuiciis, vt nihil rabiem eius, in hoc genere ſuperare videatur. *Quintam inuectiuam* in Vallam, quae hic deſideratur, teſte Recanato l. cit. pag. XXII. MStam habuit Juſtus Fontaninus.

Oratio funebris I. recitata fuit in funere Franciſci Zabarellae, Cardinalis florentini, II. in funere Albergati Nicolai Cardinalis titulo S. crucis, III. in funere Nicolai Niccoli, ciuis florentini, IIII. in funere Laurentii de Medicis, V. denique *oratio* ad Nicolaum V. Pontificem ſcripta eſt. Et hiſce *orationibus* Parti I. collectionis imponitur finis. Dixit etiam in funere Leonardi Bruni, arretini, POGGIVS *orationem*, quam ex veteri codice manuſcripto, bibliothecae colbertinae, primus, cum orbe litterario, communicauit Stephanus Baluzius Tom. III. *Miſcellan. Paris.* 1680. in 8. p. 248 ſqq. & poſt Baluzium recudendam curauit Petr. Burmannus Tom. IIX. *Theſauri Scriptor.* Italiae. Inuenitur etiam in fronte *epiſtolarum* Leonardi Bruni, quas Jo. Alb. Fabricius euulgauit *Hamburg.* 1724. in 8. & in recentiſſima *epiſtolarum* Leon. Bruni collectione, quam vir clariſſ. Laurentius Mehus, etruſcae Academiae cortonenſis Socius, *Florent.* 1741. II. Tom. in 8. form. maior. in lucem edidit, & quidem in praemiſſ. pag. CXV. ſeqq.

Parti

Parti collectionis operum POGGII BRACCIOLINI ſecundae nouus praemittitur titulus. Initium faciunt *epiſtolae, ad varios*, quorum nomina reperiuntur in Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. XV. p. 899. Inter *epiſtolas* eminent, 1) ad Coſmum de Medicis *epiſtola, de laudibus ruris ſiue rei ruſticae*, cuius in initio conſpicitur Henric. Bebelii *epiſtola extemporalis*, ad Joannem Streler, vlmenſem, Juris Doctorem, *de laudibus & felicitate pagorum, ruris, & ſiluarum.* 2) *de Balneis prope* Thuregum *ſitis deſcriptio* ad Nicolaum Nicoli. 3) *de* Hieronymi pragenſis, *haeretici obitu, & ſupplicio deſcriptio*, ad Leonardum Brunum, arretinum. Variis in collectionibus haec *epiſtola* poſtea locum inuenit. Reperitur in collectione, quae ſine loci & anni indicio, in fol. pp. 349. prodiit, & hunc prae ſe fert titulum: *Commentariorum* Aeneae Syluii Piccolominei Senenſis, *de concilio* Baſileae *celebrato, Libri II. olim quidem ſcripti, nunc vero primum impreſſi. In quibus ſic illam ſynodum depingit, ſic quicquid illic actum eſt, bona fide refert, vt qui legerit, intereſſe, & infulatos illos heroas diſputantes, colloquentes, concionantesque coram videre ſe putet. Nec ſolum iucunda eſt hiſtoria, verum etiam vtilis. Vixque aliud Concilium extat pari fide & diligentia deſcriptum. Lege felix. Cum multis aliis nunquam antehac impreſſis: quorum cognoſcendorum gratia ne te pigeat ſequentem indicem aut epiſtolam percurrere.* p. 302 ſeqq. Rariſſima poſtea collectio titulo *Faſciculi rerum expetendarum & fugiendarum, Coloniae* 1535. in fol. edita fuit. In hac poſteriore editione POGGII *narratio de* Hieronymo pragenſi legitur fol. 152 ſeqq. Exſtat etiam in *Hiſtoria & monumentis* Joannis Huſs *atque* Hieronymi pragenſis *Confeſſorum* Chriſti 1715. in fol. Tom. II. pag. 532 ſeqq. in Joachim. Camerarii *Narratione hiſtorica de fratrum orthodoxorum eccleſiis, in* Bohemia, Morauia & Polonia. *Heidelbergae typis voegelinianis* 1605. in 8. p. 241 ſeqq. in Theodori Bezae *Iconibus*

nibus, id eſt veris imaginibus virorum doctrina ſimul & pietate illuſtrium, Geneu. 1580. in 4. & quidem inter *Anteſignanos patrum memoria inſtaurandi chriſtianiſmi martyres, ex diuerſiſſimis orbis terrarum regionibus*, Anglia, Bohemia, Italia, *diuinitus ſelectos*, vbi etiam in Simonis Goulartii verſione gallica, *Geneu.* 1581. in 4. locum inuenit. Gallice etiam legitur in Jaques Lenfant *Poggianis*, de quibus mox plura nobis erunt dicenda. In linguam conuerſa germanicam hoc prodiit titulo: *Wie* Hieronymus *von* Prag *ein Anhänger* Johannis Huſs *durch das Concilium zu* Coſtanz *für ein Ketzer verurteilt vnd verprent worden iſt, vnd wie er ſich zu ſterben berait hat* in 4. ſine loci, anni, & typographi facto indicio, pp. 11. Leonardi Bruni *epiſtola reſponſoria*, ad POGGII *epiſtolam* legitur in Joachimi Camerarii libr. cit. p. 249. & in *Epiſtolis* Leonard. Bruni L. IIII. Ep. VIIII. Tom. I. edit. Laurent. Mehus p. 119 ſeqq. 4) *Epiſtola Ducis* Mediolanenſis, ad POGGIVM, *cum eius reſponſione de laudibus* Florentinorum. 5) *de laudibus* Traiani ad Borinium bononienſem. 6) *Epiſtola* Antonii Panormitae, ad POGGIVM, in qua ſe exemplo veterum auctorum tuetur, quod paullo laſciuiora carmina ſcripſerit, & POGGII ad eamdem *reſponſio*. 7) *Vter praeſtantior fuerit Imperator* Julius Caeſar *an* Scipio africanus, *aduerſus* Guarinum veronenſem, qui priorem poſteriori praetulerat. *Epiſtolas* ſequitur

Dialogus de infelicitate Principum, ad clariſſimum virum Thomam, quem ſeorſum ex bibliotheca auguſtana, *cum notis* edidit Elias Ehingerus, *Francof.* 1629. in 8. vid. Jacobi Bruckeri *Commentatio de vita & ſcriptis* Eliae Ehingeri, *Auguſt. Vindelic.* 1724. in 8. pag. 116.

De *Facetiis* mox plura dicemus. Repetita fuit omnium *operum* POGGII collectio, *Baſil.* 1538. *in officina Henricpetrina* in fol. *Toutes ces éditions*, ait

Nice-

Niceron l. cit. p. 146. *ſont fort peu exactes, les fautes y ſont ſans nombre, & il n'eſt gueres poſſible de décider laquelle eſt la moins fautive.*

Poggii bracciolini, octo Pontificum roman. Secretarii, qui e Terra noua florentinae ditionis oppido, prope Aretium originem duxit & anno 1459. aetatis anno LXXX. diem obiit ſupremum Florentiae, vitam data, quod aiunt, opera deſcripſerunt Juſt. Chr. Thorſchmidius in *diſſert. de* francisci poggii florentini *vita, & meritis in rem litterariam, Vitemb.* 1713. in 4. Jo. Baptiſt. Recanati in poggii *vita,* quam praemiſit poggii *Hiſtoriae* florentinae *nunc primum in lucem editae, notisque & auctoris vita illuſtratae, Venet.* 1715. in 4. form. maior. pag. I-XLVI. inſerta poſtea poggii *Hiſtoria* florentina, cum Recanati *vita* fuit *Theſauro antiquitat. & Hiſtor.* Ital. Tom. IIX. P. I. Exſtat etiam vtraque in Ludou. Anton. Muratorii *Scriptoribus rerum* italic. Tom. XX. *Mediolani* 1731. col. 155 ſqq. Henr. Albert. de Sallengre in *vie du* pogge florentin, *avec des memoires ſur les Ouvrages du* pogge *& des corrections des fautes commiſes par divers auteurs ſur le Chapitre du* pogge, in *Memoires de litterature* Tom. I. P. I. pag. 1 ſqq. Mr. Jaques Lenfant in libello cui titulus Poggiana *ou la vie & le caractére du* pogge florentin, *Amſterd.* 1720. II. Tom. in 12. Niceron in *Memoires* Tom. VIIII. pag. 128 ſeqq. Inuenitur etiam in *de Levensbeſchryving van beroemde en geleerde Mannen* P. II. Num. VIIII. pag. 437 ſeqq. *Leven van* poggivs bracciolini. Conf. Joſ. Simleri *Bibliotheca* pag. 582. Gerard. Jo. Voſſii *de Hiſtoric. latin.* L. III. Cap. V. p. 502 ſeqq. Anton. Poſſeuini *Apparat. ſac.* Tom. III. p. 95 ſqq. vbi lectores praeter alia monet, vt meminerint, prohibitas eſſe in *indice* romano poggii *facetias,* cum tamen reliqua eius ſcripta non prohibeantur. Caſimir. Oudini *Commentar. de Scriptor. & ſcriptis eccleſ.* Tom. III. col. 2381 ſeqq. Henr. Wharton *Ad-*

pendix

pendix ad Guil. Caue *Hiſtor. litter. Scriptor. eccleſ.* pag. 98 ſqq. Giulio Negri *Storia degli Scrittori* fiorentini pag. 473 ſeqq. *Giornale de' letterati d'* Italia Tom. VIIII. pag. 167 ſeqq. Barthol. Facii *de viris illuſtribus liber* pag. 17. Paull. Freheri *Theatr. viror. eruditione claror.* pag. 1424. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. I. pag. 342 ſeqq. Gilles Menage *Antibaillet* P. I. XII. pag. 43 ſeqq. Jo. Alb. Fabricii *Bibliotheca med. & infim. Latinit.* Lib. XV. p. 894 ſeqq.

CCLIIII.

POGGII BRACCIOLINI, *florentini*, Facetiae, *editio perantiqua ſine loci, typographi & anni editio* in 4. formae minor. folior. 71.

Incredibile eſt, quanto adplauſu hoc *facetiarum* opus, multis obſcaenitatibus licet putidis & incončitis narrationibus, ſtiuam & rus redolentibus, refertum ſit, per vniuerſam Italiam, Galliam, Hiſpaniam, Britanniam, aliasque regiones exceptum fuerit. Teſtantur id praeter innumerabiles editiones, & verſiones, verba POGGII ipſa, quae leguntur in *inuectiua* in Laurentium Vallam *ſecunda*, *Operum* fol. 82. edit. *argentinenſ.* 1513. vbi ait: *Sed quid mirum* facetias *meas, ex quibus liber conſtat, non placere homini inhumano, vaſto, ſtupido, agreſti, dementi, barbaro, ruſticano? At ab reliquis aliquanto quam tu doctioribus probantur, leguntur, & in ore & in manibus habentur, vt velis nolis, rumpantur licet tibi* Codro *ilia, diffuſae ſint per vniuerſam* Italiam, *& ad* Gallos *vsque* Hiſpanos, Germanos, Britannos, *caeteraſque nationes transmigrarint, quae ſciant loqui latine.* Editio, quam manibus tractamus, ſine dubio, e primis eſt, & omnes vetuſtatis characteriſticas notas prae ſe fert. Litteris expreſſa eſt gothicis, & omni

omni deſtituitur titulo. In ſecunda primi folii pagina, *incipit tabula ſuper facias* (facetias) POGII quae *tabula* quinque & dimid. foliis abſoluitur. Liber ipſe his inchoatur verbis: POGII florentini, *oratoris clariſſimi, facetiarum incipit feliciter Prologus.* In fine libri haec leguntur verba: POGII florentini *ſecretarii apoſtolici facetiarum liber finit feliciter.* Per omnem librum nulla littera eſt initialis, nec foliorum numerus. Scribendi autem compendia, quae abbreuiaturae vocantur, parca, quod miramur, adlata ſunt manu. Alias *facetiarum* editiones, heic ſilentio praeterimus, cum omnes eruere, nemini facile licuerit, Gallicae tantum verſionis recentioris mentionem facere licebit, cum controuerſiae, quae inter duos viros doctos interceſſit, illa occaſionem dedit. Verſionis auctor eſt Jacobus Lenfant, qui *facetias* gallica ciuitate donatas, hoc in lucem emiſit titulo: Poggiana *ou la vie, le Caractére, lès ſentences & les bons mots de* POGGE florentin, *avec ſon hiſtoire de la republique de* Florence, *& un ſupplement de diverſes pieces importantes. A Amſterd. chez P. Humbert* 1720. II. Tom. in 12. Strinxit contra hunc librum, calamum Giovambatiſta Recanati, *Patrizio* Veneto *è della ſocietà reale di* Londra, & edidit *Oſſervazioni critiche, ed apologetiche ſopra il libro del Sigr.* Jacopo Lenfant *intitolato* Poggiana. *In Venezia* 1721. *per Giovambat. Albrizzi* in 8. pp. 248. except. dedicat. & indice. Edidit etiam in Jacobi Lenfant librum, Mr. de la Monnoye, *Remarques ſur les* Poggiana *à Paris* 1722. in 12. Conf. de POGGII *facetiis* Niceron *Memoires* Tom. VIIII. p. 153 ſqq. Mr. Sallengre *Memoires ſur leſs Ouvrages du* POGGE in *Memoires de litterature* Tom. II. p. 44 ſeqq. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. I. p. 345. Jo. Alb. Fabricii *Bibliotheca med. & inſim. Latinit.* L. XV. p. 901. Theophili Sinceri *Nachrichten von lauter alten und raren Büchern* p. 148 ſqq. die *Merkwürdigkeiten der koenigl. Biblioth.*

 zu

zu Dresden Tom. III. p. 570 ſqq. & auctores ibidem citati.

CCLV.

Opera ANTONII MANCINELLI, *veliterni*, in 4. folior. 249.

In fine voluminis litteris gothicis exſcripti, haec leguntur verba: *Opera* ANTONII MANCINELLI veliterni *in Grammaticam: quorum tituli in frontiſpicio huius libri, continentur finiunt feliciter. per* Nicolaum Kesler *caractere nitido & correctura exactiſſima* Baſilee *elaborata Anno a partu virginis Milleſimo quingenteſimo primo* (1501). Hiſce verbis typographus ſcuta ſua adpoſuit. Inueniuntur in hac collectione

1) *Donatus melior*, ad Quintum & Feſtum *filiolos* compoſitus 1487. quem librum ſaepius editum, Niceron in *Memoires* Tom. XLIIX. in catalago operum ANTONII MANCINELLI omiſit.

2) Marci Catonis *Carmen*, *de moribus per* ANT. MANCINELLVM *ex deprauato correctum*. Id etiam a Nicerono non memoratum fuit.

3) *de arte grammatica introductorius libellus.*

4) *Epitomata ſeu regulae conſtructionis* ad Nicolaum Rubeum Patricium venetum 1492. Adiecit epiſtolae dedicatoriae laborum ſuorum catalogum, vt Rubeus noſcat, quid ad annum vsque 1492. ad puerorum eruditionem elaborauerit.

5) *Summula declinationis*, *nominis variationem docens.*

6) *Theſaurus variae conſtructionis*, Dominico de Bonis auguriis, iuris vtriusque doctori in gymnaſio romano, ideo dicatus an. 1499. quod illo duce, auctore, & auſpice ANTON. MANCINELLO tunc

tempo-

temporis, iam per quatuor annos, in gymnaſio romano profiteri licuerat.

7) *Spica ſiue ariſta in grammaticam, ſiue libellus voluminum quatuor de declinatione, de generibus, de praeteritis, de ſupinis*, carmine conſcriptus, ad Jacobum Sutrinum *iuris vtriusque doctorem eximium, Epiſcopumque* calacenſem *liberaliſſimum* 1491. Initium facit Antonii illuminati de monte nouo, ad ANTON. MANCINELLVM *epiſtola*, ſcripta eodem anno *kalend. ſextilibus.* vbi inter alia de *Spica* haec leguntur: *Spicam percurri quae mihi frugifera viſa eſt, vt nihil hactenus ad puerorum eruditionem (abſit omnis liuor) compendioſius ac vtilius editum intuear. Nihil namque mancum aut prauum: ſed omnia dextima & rectiſſima ſapit. Abeat iam barbarus* Alexander (Alexander de villa dei Aremoricus dolenſis ex ordine Minorum) *& barbaram cum ſua barbarie repetat patriam. Et vere* romanus *ac elegans* MANCINELLVS *vbique vigeat & decantetur. Gratulor ingenio tuo perſpicaciſſimo: quo latinus ſermo illuſtratur. Gaudeo mihi & ceteris grammatices profeſſoribus qui ſine labore & faſtidio, tua induſtria in tradendis artis grammaticae erudimentis proficere poterimus* &c.

8) *Verſilogus de ſyllabarum quantitate ad inclytum adoleſcentem* Joannem Michaelem de Bonis auguriis, *clariſſimi viri* Dominici *filium Vrbani quidem gymnaſii doctoris ſummi.*

9) *Carmen de floribus nominum & verborum*, Vrſo, vrſinae *domus heroi clariſſimo Epiſcopoque* theanenſi, *ac gymnaſii almae vrbis rectori quam optime* dicatum 1489. Romae *kalendis ſextilibus.*

10) *Carmen de figuris & earum originatione ad* J. V. *regis* Hungariae Bohemiae*que Oratorem.* Cauſſam, qua impulſus fuit, vt eius nomine libellum inſcriberet, hiſce verſibus expoſuit:

 Panno-

Pannonios *inter fama celeberrime Praeſul*
Romano *eloquio vel* Cicerone *prior*
Cum tibi ſint dociles pueri clarique nepotes
Pars quorum ſtudiis erudienda meis
Scripſimus haec valeant cultum quis noſſe poema
Quis veterum paſſim ſcripta referta notent
Cultior his etenim quecunque oratio fiet
Siue ſoluta meet ſiue notata modis
Vtque per ora virum poſſint audentius ire
Nec ſannas metuant auriculaſue ſibi
Eligo tutorem ſumma grauitate verendum
Eligo quem procerum pectora ſeua tremunt
Qui nulli ingenio, nulli virtute ſecundus
Quo nullus toto gratior orbe manet.
Hinc ad te properant noſtri monumenta laboris
Hinc velut ad numen miſſa libenter eunt
Sumito parua licet minimo quoque minima gaudent
Sumito: ſic voti ſpes tua compos eat.

Epigrammati ſubiicitur MANCINELLI *epiſtola ad generoſiſſimum adoleſcentem* Michaelem Pannonium, qui ſine dubio J. V. Oratoris filius fuit. Scripta eſt Romae *Nonis ſextil.* 1489.

11) *de virtute poetica ad bonum impellente libellus*, qui *titulis* quinquaginta abſoluitur, & excerpta tantummodo e veterum auctorum monumentis, in primis poeticis ob oculos ponit. Epiſtola praefixa eſt ANTON. MANCINELLI *ad artium & medicinae doctorem eximium, philoſophum item ampliſſimum* Antonium Petricam *Kalend. Aug.* 1486.

12) *Vitae* ANTONII MANCINELLI *ſylua.* Initium ſtatim, carminis argumentum ob oculos ponit:

Quae mihi terra parens, qui me genuere parentes
Cognomen fuerit qua ratione datum.

Quae

Quae mihi iuncta thero, quibus & comitatus alumnis,
Hinc ſtudia, hinc mores Calliopea *refer.*

Vnius diſtichi epigrammate quod initio repoſitum fuit, hoc carmen ornauit Aſcanius Quatraſſus Sermonetanus. Recudendum carmen elegiacum ex editione *romana* 1502. in 4. haud ita pridem curauit Jo. Gerard. Meuſchenius in *vitis ſummorum dignitate & eruditione virorum Coburg.* 1735. in 4. Tom. I. p. 40 ſqq. De antiquioribus *Syluae* editionibus, & de gallica verſione, quae *à Lyon chez Louis Lanchart* in 8. euulgata dicitur, vid. Niceron l.cit. p. 327.

13) Laurentii Vallenſis *Epitome portusque elegantiae per* ANTONIVM MANCINELLVM *ad amicorum filios*, Venetiis *idib. Martiis* 1492. Quatuor menſium laborem continuum, *libro* Laur. Vallae, *elegantiarum*, in epitomen redigendo ſe impendiſſe ſcribit.

14) *Lima decorationis in* Vallam *reuerendo aedis* geminianae *antiſtiti*, *diuique* Marci *canonico* Nicolao Rubeo, Veneto, conſecrata Venet. XIIX. *Kal. Jul.* 1497.

15) *In rhetoricam* Ciceronis *nouam*, *commentum*, *ad generoſiſſimum adoleſcentem* Hieronymum Omphredi Juſtinianum, *Patritium* venetum, *Prothonotarium apoſtolicum*, *Archidiaconum* concordienſem. Venetiis, IIX. *idus Nouembr.* 1493.

16) *Scribendi orandique modus*, *ad* Valerium Criſpinum, *iureconſultum eximium ciuemque* veliternum *quam optimum & generoſum* Venet. XVIIII. *Kal. Jun.* 1493.

17) *Vocum proprietates ex* Donato, Aulo Gellio, Aſconio Pediano, Macrobio, *rhetoricis* Ciceronis, tuſculanis *quaeſtionibus*, Vegetio *de re militari*, Capro, Pompeio Feſto, Nonio Marcello, Tullio *de*

natura deorum, de diuinatione, & Lactantio Firmiano. Et haec ſunt omnia, quae in collectione ſatis rara reperiuntur. Habemus aliam editionem, in cuius fine haec leguntur verba: *Opera* ANTONII MANCINELLI Veliterni *in Grammaticam quorum tituli in frontiſpicio huius libri continentur finiunt feliciter per* Nicolaum Keſler *caractere nitido, & correctura exactiſſima* Baſilee *elaborata Anno a partu virginis Milleſimo quingenteſimo tertio* (1503). Poſterior editio priori in omnibus admodum ſimilis eſt, & pari foliorum numero abſoluitur, quare vnam eamdemque editionem, & in poſteriore vltimum tantummodo folium recuſum eſſe cenſemus.

ANTONIVS MANCINELLVS, veliternus, natus fuit anno 1552. Originem duxit e familia di Palombo, MANCINELLI autem cognomen, ab auo, qui e leuinis erat, in poſteros propagatum fuit. Ipſe hanc cauſſam retulit, in *ſylua de vita ſua* his verbis:

Jam tibi cognomen dederit quae cauſſa, docebo
Cum dederit primis ante Palumbus *auis*
Dum Stephanus *puer eſſet auus: laeuoque lacerto*
Fortior, accepit quod tibi nomen ineſt.
Tu dexter: natique tui; fraterque, paterque
Sed MANCINELLVS *dicere ſicut auus*

In patria, Sermoneti, Romae, Fani, Venetiis, aliisque Italiae locis, grammaticam in ſcholis profeſſus eſt, multaque ſcripſit, quae ad grammaticam, veteresque auctores enucleandos ſpectant. In *ſylua de vita ſua*, operum quae ad annum vsque 1492. in lucem emiſit, hanc dedit notitiam.

Ordine cuncta modo referam quaecunque ſuperſunt
Vt ſtudia, vt mores, quae tibi Parca *dedit.*
Grammaticae in puerum docti docuere latini
Cura tui fuerat maxima namque patri.

Qui

Qui rector cuſtosque pius, venuſinus *ut olim*
Expulit omne nefas, contulit omne decus.
Conſilio cuius ciuilia iura petiſti
Ad logicam vertit, poſt medicina virum
At quoniam data ſunt mortalibus omnia caelo
Pierides *noluit reddere virgo tibi*
Praeteritis igitur ſeptem ter meſſibus aeui,
In patria doctor publicus eligeris.
Verborum regimen, variatio, ſchema, figurae
Theſaurus flores hic vigilata prius.
Gymnaſium poſt Roma *dedit, commenta* Maronis,
Tum Satyri, hinc Flacci, *verſiloguumque paris*
Pomponi *hortatu* venetas *deductus ad oras*
Laurenti *limam ſcribis, & inde modum.*
Somnia quis maior declaras Scipio *viſus,*
Rhetoricenque ſimul vel Ciceronis *opus.*
In patria ſpeculum de moribus officiisque
Sermonumque decus ſcribitur, hortus item.
Lexicon, Emporium, diuerſa epigrammata Perſi
Solini, Aeneidos, *gloſſaque ſit* Valeri.

Duo diſticha poſteriora in editione anni 1501. omiſſa ſunt, cum octo totius carminis poſterioribus, quibus munia, quae geſſit publica deſcripſit, & narrationem vitae ſuae ad annum 1502. perduxit. Leguntur in Jo. Gerard. Meuſchenii libro cit. p. 45. Quo tempore, quoue mortis genere diem obierit ſupremum, non conſtat. Legimus quidem in Flacii illyrici *Catalogo teſtium veritatis* Tom. II. L. XVIIII. p. 903. edit. Simon. Goulartii, *Lugdun.* 1597. in 4. haec talia: *De* ANTONIO MANCINELLO, *quidam celebris vir hanc narrauit, hiſtoriam:* MANCINELLVS *in ſolemni quodam feſto* Romae *ſub proceſſione, more ſolito, albo inſidens equo, publice coram omni populo elegantem habuit orationem, contra* Alexandrum ſextum *Pontificem: vbi omnes Papiſtarum & Antichriſti regni abuſus, impios mores, ſpurciſſimam vitam, inaudita ſcelera & ſcandala reprehendit ac*

 valde

valde acriter in eaſdem abominationes eſt inuectus: & in fine poſtquam perorauerat, orationem ſcriptam inter populum aſtantem ſparſit. Commotus hac oratione Pontifex, illum comprehendi, & vtramque ei manum abſcindi iuſſit. Sed conualeſcens ANTONIVS, *paulo poſt iterum in alio quodam feſto, ſimili modo multo grauiorem & vehementiorem habuit contra Pontificem orationem, qua ira accenſus* Alexander *linguam* ANTONIO *exſcindi curauit: quo dolore aggrauato, pius hic vir interiit. Huius rei fides penes autorem ſit.* Conf. P. Baile *Dictionaire*, Tom. III. pag. 1895 ſqq. vbi plures nominantur auctores, qui hoc commentum prodiderunt, quod Niceron l. cit. pag. 318 ſeqq. confutauit, qui, cum P. Baile, errorem forte ex nominis ſimilitudine enatum eſſe exiſtimat, cum nonnulli Italorum ſcriptores Hieronymo cuidam Mancioni, neapolitano, Caeſaris Borgiae, Alexandri VI. filii iuſſu, linguam eſſe praeſciſam referant, propterea quod ille aduerſus Borgiam aculeatis ſermonibus vſus fuerit. Conf. Jo. Gerh. Meuſchenii praefatio Tom. I. *vitar. Summor. dignitate & eruditione virorum.* De ANTONIO MANCINELLO conf. Joſ. Simleri *Bibliotheca* p. 52. Jo. Alberti Fabricii *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. I. p. 333 ſeqq. qui cum Nicerono l. cit. pag. 323. varias *opuſculorum* MANCINELLI editiones, & eorum collectiones, quae noſtra aetate obliuione ſepultae iacent, enumerat. De *commentario* in Horatium alio tempore dicemus. Nonnulla eius *epigrammata* inſeruit Janus Gruterus *Delitiis* italorum *poetarum* Tom. II. p. 6 ſeqq. Quae Franciſci Floridi Sabini de illo fuerit ſententia, e loco, ſupra p. 482. ex eius *lection. ſubciſiu.* Lib. II. Cap. XXII. a nobis producto, colligi poterit.

CCLVI.

Vocabularium PYLADE. in 4. folior. 43.

Tituli verbis ſuperimpoſitum eſt, inſigne typographicum cum hiſce verbis: *Jo. Jacomo. e fratelli de Legnano.* Verſibus conſcripſit PYLADES *vocabularium*, & praemiſſo carmine octo diſtichorum, nuncupauit Scipioni Tertio, *Patricio* brixiano, *mercatorum conſuli aequiſſimo.* Inſertum fuit carmen ab eminentiſſimo Principe ANGELO MARIA Cardinale Bibliothecario QVIRINO *Specimin. var. litteratur.* brixienſ. P. II. pag. 10. Verſibus PYLADIS, ſubiicitur *commentarius* proſaicus, qui eumdem habet auctorem. Vtriusque heic adiicimus ſpecimen:

Abigo, Abactor, abactus

Expellens abigit: *pecus & furatus* abegit
Hinc furto pecus abripiens dicetur abactor
Inde magiſtratu pulſusque vocatur abactus.

Abigere *eſt expellere, quaſi extra agere vt* abige *muſſcas a facie:* abige *capras a vitibus. Inde* abacti *dicuntur, qui coacti depoſuerunt magiſtratum, & ab eo expulſi ſunt: vt inquit* Feſtus. Abigere *etiam eſt furto tollere, vt latrocinari: ſed de pecuariis tantum animalibus, vnde* abactores *dicuntur pecuariorum animalium fures, quos* Vlpianus *& alii* abigeos *vocant.* Et hac ratione omne opuſculum compoſitum eſt. Sine dubio prima eſt editio, quam eminentiſſ. QVIRINVS l. cit. *Brixiae per Jacobum Britannicum*, anno 1498. impreſſam eſſe ſcribit. Noſtrae, quam ad manus habemus, editioni adiicitur Georgii Vallae *de orthographia* opuſculum. In fine illius haec oculis obiiciuntur verba: PYLADAE *vocabularium cum eiusdem interpretamento, &* Georgii Vallae *de orthographia opuſculum, quam accuratiſſime compilatum.*

Impreſſum Mediolani *per* Petrum Martirem de Mantegatiis. *Ad impenſam* Johannis Jacobi *&* *Fratrum* de Legnano *Anno Domini M. CCCCCV.* (1505) *Die X. Mai.* Michaeli Maittaire, vtraque editio incognita fuit. Num plures exſtent editiones, pro certo adſirmare non ſuſtinemus: quodſi vero exſtant, illas, vt PYLADAE ſcripta omnia, oppido raras eſſe, e ſcriptorum ſilentio coniicimus. Neque enim huius *vocabularii* a Joſia Simlero, neque a Chriſtiano Schoettgenio, nec in recentiſſima *lexici eruditorum* editione, mentio vlla facta fuit.

CCLVII.

PILADE in Alexandrum de Villa Dei Annotationes.

Alexandri de Villa Dei, aremorici, dolenſis, ex ordine Minorum, qui initio Seculi XIII. inclaruit, *doctrinale puerorum*, ſiue grammatica latina, e Priſciano excerpta, & verſibus leoninis compoſita, per ccc. & amplius annos, in ſcholis pertractata, & ſemel, iterum, ſaepiusque typis exſcripta fuerat, cum PYLADES BVCCARDVS inepti hominis nugis permotus, illas confutare adgrederetur, & *adnotationum* libellum, in eius *Doctrinale Brixiae ex officina Jacobi Britannici* anno 1500. in lucem prodire iuberet. Vid. eminentiſſimi QVIRINI *Specim. variae litteraturae* brixienſ. P. II. p. 1 ſqq. vbi etiam epiſtola PYLADAE dedicatoria, ad Heliam Capreolum, *Oratorem excellentem*, *&* lunatenſem *Praetorem* inſerta fuit. Editioni quae nobis eſt, haecce verba in fine adpoſita ſunt: *Impreſſum* Mediolani *per* Joannem Angelum Scinzenzeler, *Anno dni. M. CCCCC. II.* (1502.) *die II. menſis Decembris.* Michaeli Maittaire editio non innotuiſſe videtur. De Alexandro de Villa Dei vid.

vid. Joſ. Simleri *Bibliotheca* p. 25. Anton. Poſſeuini *Apparat. ſac.* Tom. I. p. 45. Caſimir. Oudini *Commentar. de Scriptor. & ſcriptis eccleſ.* Tom. III. col. 154 ſqq. Chriſtophor. Hendreich *Pandectae* brandeb. p. 108. Polycarp. Leyſeri *Hiſtoria poetarum medii aeui* p. 767 ſqq. *Giornale de' letterati d'*Italia Tom. XXIIII. p. 270 ſqq. vbi memorantur Alexandri *vita*, & *emendatio*, ac *ſupplementum doctrinalis*, a Pontico Virunio, conſcriptum. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. I. p. 177 ſqq. Eminentiſſ. Principis QVIRINI l. cit. vbi etiam aliorum virorum doctorum, Gregor. Lil. Gyraldi, & Joan. Deſpauterii, qui edita *grammatica* meliore, *doctrinale* e ſcholis expulit, de Alexandri ineptiis, exponuntur ſententiae.

CCLIIX.

PYLADAE *Brixiani* Carmen ſcolaſticum. in 4. folior. 38.

Opus, quod omnem grammaticam, metro adſtrictam exhibet, ideo PYLADES, in praefatione ad lectorem, *carmen ſcholaſticum* adpellari ait, quod in ſcholis doceri legique debeat. Editio, qua vtimur, talia, coronidis loco, adpoſita habet: *Impreſſum* Mediolani *per Magiſtrum* Petrum Martirem de Mantagatiis *Ad Impenſas: Filiorum Quondam Domini* Joannis de Legnano. *Anno. Domini. M. CCCCC II.* (1502) *Die XXIIX. Menſis Octobris.* In titulo Filiorum Joannis de Legnano inſignia, conſpiciuntur. Illam ad editionem tertiam *brixienſem*, *XV. Kal. Sept.* 1498. *per Jacobum Britannicum*, impreſſam, eſſe exſcriptam, non ſolum epigramma docet, quod in fronte conſpicitur, *ad generoſum magnificumque* veneti *nominis*

nis Patritium Lodouicum Martigenam, quod ex editione *tertia brixienſi*, inſeruit eminentiſſ. QVIRINVS P. II. *Specimin. litterat.* brixienſ. p. 9. ſed, haec etiam *praefationis ad Lectores* verba, iſtius rei, teſtes eſſe videntur: *qui tertiam hanc huius opuſculi impreſſionem viderint, a duabus prioribus differentem: tum ob pauca quaedam immutata: tum ob addita compluſcula: ne mirantur. Ita nam accidere ſolet: vt feſtinata nimium celeritas deficiat.* Brixianus *Impreſſor vix dum in vtero concaeptum foetum: atque immaturum educens: quid niſi abortiuum potuit efficere. At* Venetus *in ortu ipſo: neque lotum neque initiatum adhuc: primos vagitus edere incipientem; atque anonymum: ad immaturam virilitatem tollere feſtinauit. Nunc autem & prouectior: & ſuo cum nomine cultior exit.* &c. Epigramma ad Joannem Britannicum, quod eminentiſſ. QVIRINVS l. cit. adtulit, in noſtra editione non adparet. Tale autem carmen praefationem ad lectores ſequitur;

Ad Lectores PYLADES

Nomen in hoc caſum: genus: atque heteroclyſin albo
Et cum praeteritis verba ſupina tenent
Cernitur hoc reſidens epopoeia culta libello
Plura quid exoptas Pallada *noſſe volens.*
Non hic teutonico *prolatum gutture carmen*
Barbara nec latiis *verba coacta leges*
Non vana inſpicies; & non diſcenda puellis
Quaeque virum induti dedidiciſſe velint
Quanta ſit & cernes non ſyllaba quaeque docentem
Vix paucos recte condere lege pedes.
Sit duo verba ſatis verſu non apta locari;
Codice ſub toto digna fuiſſe nota:
Hunc eme quicunque es pater. hunc tua cara doceri
Pignora: dum PHOEBI *ſit tibi cura: iube*

Hunc

Hunc iuuenes: puerique parent: qui diſcere vera
Grammata Rhomulidum Ceropidum*que* (Cecropidum) *petunt.*
Hoc quoque diſcipulos ludi exercere magiſtri
Perteſi longo tempore barbariem:
Non grauis impenſa eſt, argenti proferet illum
Nun cupidus nummis bibliopoladecem.

In calce operis hi leguntur verſiculi:

Ad Lectorem PYLADES

Lector candide ne meum libellum
Hunc ſpernas rogo dum ſcholaſticorum
Non ſit peſſimus hic tibi librorum
Verum ſi magis vtilis videtur
Priſca barbarie. politiorque
Id quod iudicio tuo relictum eſt:
Hoc pacto tamen: vt ſoluta noſcas
Omni lege elementa: ſyllabasque
Solas carminis exuiſſe normam;
Dum mens altius explicat volatus:
Hunc amplectitor: & meos labores
Toto pectore: ſi libet: faueto.

Ex vltima recognitione auctoris, opuſculum *Mediolani* 1539. in 4. prodiiſſe, teſtatur Joſias Simlerus in *Biblioth.* p. 592.

CCLVIIII.

CCLVIIII.

PYLADAE Genealogia, in 4. fol. 30.

Antiquiores operis editiones, in ipſa Italia, in qua prodierunt, rariſſimas eſſe, ex eo coniicimus, quod eminentiſſimus QVIRINVS non aliam habuerit, quam quae duabus Heſiodi editionibus, in Germania typis exſcriptis, nimirum *baſileenſibus oporinianae* & *birckmannianae* adiectae fuerant. Habemus Heſiodi editionem graecolatinam, *ex officina voegeliana*, ſine loci & anni indicio, in 8. emiſſam, cui praeter Heſiodi *opera & dies* a Nicolao Valla, *Scutum* Herculis a Joanne Ramo de Goës, & *Theogoniam* a Bonino Mombritio, latino carmine redditam, PYLADAE etiam *Theogonia* acceſſit. Editioni in Italia euulgatae, quae iam ante oculos verſatur, neque loci, neque typographi, nec temporis indicium adpoſitum eſt, illam autem *Mediolani ſumtibus filiorum Joannis de Legnano* in lucem exiiſſe, initio Seculi XVI. iſtorum bibliopolarum docet inſigne, tituli verbis adpoſitum. Haud vero ſatis adcurate mihi agere videntur, qui hoc PYLADAE opus, *Theogoniae*, quam Heſiodus conſcripſit, verſionem nominant. In quinque enim carmen libros diuiſum, *Theogonia* Heſiodi nonſolum multo prolixius eſt, ſed ipſe PYLADES initio, Libri I. praeter alios auctores, qui hiſtoriam veterum mythicam, litteris conſignarunt, Diodori Siculi, & Joannis Boccatii de Certaldo libris, ſe vſum fuiſſe adfirmat:

Carmine concipimus geneas cantare Deorum
Quos pia gentiles turba vocare ſolet.
Quonam quiſque patre: & qua ſit genitrice creatus
Forſitan & clarum ſiquid in orbe dedit.
In quibus Aſcraei *pars eſt non vltima vatis:*
Multa etiam Siculus *quae* Diodorus *agit.*

Quid-

Quidquid & aggeſſit quondam Certaldus *in vnum*
Aut veteres ſcriptis, nos docuere ſuis.

Opus ſuum PYLADES nuncupauit Lucae Tertio *Patriciorum* Brixiae *ſplendori, & Maecenati* ſuo, hoc epigrammate:

Tertie *cura poli: Muſarum gloria* Luca
Carmine diuorum ſuſcipe quaeſo genus
Quod PYLADES *nuper fictum tibi dedicat vni*
Dum ſibi praeſidii te ſatis eſſe putat.
Nil habuit maius, quo te lux maxima vatum
Munere deuotus poſſet adire cliens.
Quidquid nam inconſtans homini fors addit: & aufert:
Argenti: & rerum: poſſidet ille nihil:
Contentus caſule & modici poſſeſſor agelli:
Si modo vix tenuis ſuppetat ore cibus.
Hunc tu iudicio poſtquam grauiore libellum
Terſeris: in populum, ſi volet: ire iube.

Conf. de hoc opere Jo. Alb. Fabricii *Bibliothec.* graec. L. II. Cap. IIX. p. 384. Chriſt. Schoettgenii *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & infim. Latinit.* L. XVI. p. 63. Joſ. Simleri *Biblioth.* p. 105. Eminentiſſ. QVIRINI *Specimen Litteratur.* brixienſ. P. II. p. 296 ſqq.

PYLADES BVCCARDVS, qui a nonnullis minus adcurate Burchardus PYLADES adpellari ſolet, brixienſis, criticus, grammaticus, & poeta non incelebris, patriam ſuam, exeunte ſeculo XV. & initio ſeculi XVI. illuſtrauit. Inter eos viros obtinet locum, qui, ſi corporis formoſitatem, membrorumque concinnitatem ſpectaueris, naturam non ſatis fautricem experti fuerunt. De Plauti in primis *comoediis*, vt eminentiſſ. QVIRINVS P. I. *Specimin. variae litteratur.* brixienſ. p. 1 ſqq. teſtatur, praeclare meritus fuit, qua-

rum

rum XIIX. correxit, quinque expoſuit, & a ter mille & amplius erroribus liberauit, quibus illas Georgius Merula alexandrinus ſtatielenſis, Euſebius Scutarius vercellenſis, Joannes Baptiſta bononienſis, & Bernardus Saracenus venetus, euulgatis Plauti editionibus, & ſcriptis in eum commentariis inquinauerant. Cum autem PYLADES nouam editionem meditaretur, mors illum a ſuſcepto negotio, deſiſtere coegit. Sed ſuſcepit in ſe editionis curam, rogatu & amicitia PYLADIS, permotus Joannes Britannicus, illamque in lucem exire iuſſit, *Brixiae apud* typographum ſibi cognominem *Jacobum Britannicum* 1506. in fol. Qua ratione poſtea PYLADES a Thadaeo Vgoleto, florentino, qui Georgium Merulam praeceptorem defenderat, impugnatus fuerit, in editione Plauti, quam curauit Lucas Panetius, olchinenſis canonicus, *Parmae* 1510. & *Venetiis* 1518. in fol. pluribus verbis expoſuit eminentiſſimus QVIRINVS libr. ſaepius laudato P.I. p.29 ſqq. Conf. die *Merkwürdigkeiten der königl. Biblioth. zu* Dresden Tom. I. p. 93 ſqq. vbi Fridericus Taubmannus, vehementer adnotationibus manuſcriptis, quae in Bibliotheca regia, Dresdae adſeruantur, in PYLADEM inuectus memoratur. Opera PYLADAE, ſeu vt illum perperam vocat, Pylactis, *Mediolani, ex officina Joan. Mariae de Ferrariis* 1512. in 4. prodiiſſe, teſtatur Joan. Nicol. Weislinger in *Catalog. librorum impreſſorum, in bibliotheca* S. Joannis hieroſolymitani, Argentorati *adſeruatorum* p. 34.

CCLX

CCLX.

Hoc in Volumine hec continentur LAVRENTII VALLENSIS Elegantie de lingua latina. LAVRENTII VALLENSIS de Pronomine Sui ad Joannem Tortelium (Tortellium). LAVRENTII VALLENSIS Lima quedam per Antonium Mancinellum. in fol. folior. 85.

Hiſce verbis in titulo adpoſitum eſt, ſcutum corona ornatum, in quo conſpicitur felis, quae glirem deuorat, his adſcriptis litteris J. B. S. quibus typographi Joannis Baptiſtae Seſſae, ſine dubio, indicatur nomen. Impreſſit ille librum, quod eius ſubſcriptio docet, in fine libri conſpicua: Venetiis *anno Domini M. CCCC. XCIX.* (1499) *Die IIX. Februarii.* Praeterea in fine libri, aliud inſigne typographicum inuenitur, quod easdem litteras initiales refert. Saepiſſime quidem LAVRENTII VALLAE libri, qui in hoc volumine reperiuntur, in lucem editi fuerunt, quod inſignem teſtatur adplauſum, quo excepti fuerunt, editiones tamen ſeculo XV. exſcriptae, ſua in primis ſe commendant raritate, omnes.

Elegantiarum libros ſex dicauit, Joanni Tortellio, arretino, *Cubiculario apoſtolico*, *theologo facundiſſimo.* Prima omnium editio prodierat *Romae* 1471. in fol. vid. Michael. Maittaire *Annal. typograph.* Tom.I. p. 308. qui editionem rariſſimam, per Vdalricum Gallum, impreſſam eſſe exiſtimat. Raritate illam aequat, editio *veneta* eiusdem anni *per Nicolaum Jenſon* in fol. excuſa. vid. Michael. Maittaire *Annal. typogr.* l. cit. p. 304. Reliquae editiones vid. in Chriſt. Schoettgenii *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & infim. Latinit.* L. XX. p. 787 ſqq. In Collectione omnium *operum* LAVRENTII VALLAE *henricpetrina Baſil.* 1540. quam alio tempore deſcribemus,

bemus, exſtant *elegantiarum libri VI.* p. 1-235. Fuerunt inter LAVRENTII VALLAE aemulos, inter quos Bartholom. Facius, & Poggius Bracciolinus eminent, quibuscum inimicitias VALLA geſſit, qui eius eruditioni inuidentes, merita eius in linguam latinam adlatrarunt, & verbis minuere aut plane tollere conati ſunt. Alii plagiarium LAVRENTIVM VALLAM eſſe, & in vulgus ſpargere non dubitarunt, *Elegantiarum libros* illum auctorem non habere, ſed *olim in* Germania *fuiſſe repertos; quodque ſcripti eſſent litteris fugientibus & fatiſcentibus, vix certis cognitum indiciis tandem fuiſſe*, Aſconii Pediani *opus eſſe.* Idem fere retulit Aldus Manucius, cum in *epiſtola ad* Marcum Muſurum *de orthographia* ſtatiana, quam Statio, a ſe edito ſubiunxit, ſcribit: *ſe puerum* Romae, *quum* Domitium (Domit. Calderinum) *audiret intellexiſſe*, LAVRENTIVM VALLAM, *bonam partem* elegantiarum *ſuarum accepiſſe ex* M. Fabii Quintiliani *libris XII. elegantiarum, quos*, verum ſub nomine Aſconii Pediani, *ſe eo tempore percupidum ex* Gallia *exſpectare*, ibidem addidit. Conf. Gerard. Jo. Voſſius *de Hiſtor. latin.* L. I. Cap. XXVII. p. 130 ſqq. Bernard. de la Monnoye *Remarques ſur les Jugemens des Savans d'*Adrien Baillet Tom. II. P. III. p. 70 ſqq. P. Baile *Dictionaire* Tom. IIII. p. 2792. not. (L). Arnold. Drakenborch *praefat.* ad Tom. VII. Tit. Liuii, *Lugd. Batau. & Amſtelaed.* 1746. 4. p. XI. De controuerſia, inter Andream Alciatum, Franciſcum Floridum Sabinum, & Jacobum Capellam, ob veterum Jureconſultorum latinitatem, quam Laurent. Valla in praefat. L. III. *Elegantiar.* ſummis laudibus extulerat, capitibus autem XXVIIII. vltimis L. VI. *Elegantiar.* aliqua ex parte vituperauerat, exorta, vid. Caroli Andreae Dukeri praefatio, quam virorum, quos nominauimus, opuſculis in vnum volumen collectis, & titulo: *Opuſcula varia de Latinitate Juriſconſultorum Veterum iunctim animaduerſionibus adiectis*, editis *Lugd. Bat.* 1711. in 8. pp. 490. praemiſit.

Libel-

Libellus de reciprocatione ſui & ſuus, a LAVRENTIO VALLA, eiusdem Joannis Torrellii, arretini, nomine inſcriptus fuit. Reperitur iam *elegantiarum libris* adiectus in editione *veneta* 1471. & in collectione *operum* VALLAE, modo memorata p. 235-249. In noſtra editione in libelli fine hoc legitur epigramma:

Calphurnius Antonio Pasqualino de Sancto Germano Campaniae S.

Reſtituit quondam patriae vexilla Camillus:
Et raptas Gallis *ſolus ademit opes.*
Rettulit eloquium noſtro LAVRENTIVS *aeuo*:
Et capitolinae *contulit arcis opem.*
Barbara cuncta iacent: ſunt hoc & vindice pulſi
Quicunque a gotthis *ſigna relicta colunt*
Quo tibi debebit ſemper ſtudioſa iuuentus
Campani Antoni *gloria magna ſoli*
Nanque tua impenſa totum vulgatur in orbem
VALLENSIS *notus qui fuit ante magis.*

Tertium in collectione occupat locum LAVRENTII VALLENSIS *lima quaedam*, *per* Antonium Mancinellum, veliternum, *ad reuerendum aedis* geminianae *Antiſtitem*, *diuique* Marci *Canonicum*, Nicolaum Rubeum, *Patricium* venetum, *omnium bonarum artium & virtutis cultorem.* Excipit Mancinelli *limam*.

Tabula in VALLAE *libros elegantiarum* alphabeti ordine diſpoſita.

Vid. de LAVRENTIO VALLA patricio Romano, & S. Joannis lateranenſis Canonico, litterarum elegantiorum, in Italia, inſtauratore, Gerard. Joann. Voſſius de *Hiſtoric. latinis* Lib. III. Cap. VII. pag. 528. Barthol. Facius *de viris illuſtribus* pag. 23. Adr. Baillet in *Jugemens des Savans* loc. cit. & Tom. II. P. I. pag. 348 ſeqq. Tom. II. P. III. p. 293 ſeqq. Chriſt. Schoettgenius in *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & infim. Latinit.*

tinit. L. XX. p. 787 ſeqq. Reliquis autem in exponenda LAVR. VALLAE vita praeripuerunt palmam Joann. Antonius Vigerinus Abbas in *elogio* LAVRENT. VALLAE, quod e codice vaticano in lucem edidit Dominicus Georgius N. III. Adpendicis *Monumentorum*, quae *diſquiſitioni de* Nicolai V. *Pont. Max. erga litteras, & litteratos viros* pag. 204 ſeqq. adiecit. P. Baile in *Dictionaire* Tom. IIII. pag. 2790 ſeqq. Arnoldus Drackenborch in *vita* LAVRENTII VALLAE, quam praefationi ad Tom. VII. Liuii inſeruit, & compilator anonymus *de Levensbeſchryving van geleerde en beroemde Mannen*, qui P. II. pag. 577 ſeqq. exhibuit *Leven van* LAVRENS VALLA. Ob veritatem, cuius erat ſtudioſiſſimus, iuſto liberius prolatam, Pontificis, aliorumque virorum, in ſumma dignitate conſtitutorum, ſibi contraxit odium, vid. P. Baile l. cit. not. (D). Inter viros doctos etiam inventi fuerunt, qui illum peterent inuectiuis, & occaſione quauis oblata, perſtringerent. Principem inter eiusmodi aemulos LAVR. VALLAE obtinent locum, Antonius Panormita, Benedictus Morandus, Antonius raudenſis, & quos iam nominauimus Poggius Bracciolinus, & Bartholom. Facius. Poggius ſane ob voces quasdam, quae LAVRENTIO VALLENSI, in eius *epiſtolis* diſplicuerant, *quinque orationes* conſcripſit *inuectiuas*, iniuriis & conuiciis pleniſſimas. In omni fere pagina occurrit *beſtia*, *latrator furibundus*, *inſanus*, *conuiciator demens*, *haereticus*, *monſtrum* &c. *Quatuor* tantummodo eiusmodi *orationes* impreſſae fuerunt, quae reperiuntur in Poggii *Operibus* fol. 71 b. ſeqq. edit. *argentinenſ.* 1513. in 4. & in editione *ex collatione emendatorum exemplarium recognita*, per Henric. Bebelium *Baſil. ex officin. henriepetrina* 1538. in fol. p. 188 ſqq. *Quinta* lucem nondum vidit, ſed Msta tantum exſtitit in Bibliotheca Juſti Fontanini, vid. Niceron *Memoires* Tom. VIIII. p. 150 ſeqq. Conf.

Jaques

Jaques Lenfant Poggiana, *ou la vie de* Pogge Florentin pag. 212. & quae ad illum locum ſcripſit Giovambattiſta Recanati in *Oſſervazioni critiche ed apologetiche ſopra il libro del Sigr.* Jacopo Lenfant *intitolato* Poggiana p. 108 ſeqq. De controuerſia, leui ex cauſſa, cum Barthol. Facio exorta, inſignique animorum contentione agitata, vid. V. Cl. Laurentius Mehus, in *vita* Barthol. Facii, quam praemiſit Facii *de viris illuſtribus libro*, p. XXV. ſeqq. Exſtant Facii *inuectiuae* in LAVRENT. VALLAM in *Miſcellaneo di varie operette* Tom. VII. *Venez.* 1743. in 12. pag. 331 ſeqq. Qua ratione vero LAVRENTIVS VALLA his, & aliis ſuis aduerſariis reſponderit, vid. in *Dictionaire de Mr.* Baile l. cit. p. 2790 ſeqq. not. (c) & in Arnold. Drackenborch *vita* LAVR. VALLAE l. cit. paſſim. Illum anno 1457. aetatis anno quinquageſimo, diem obiiſſe ſupremum praeter alios teſtantur Paull. Jouius in *Elogiis Doctor. viror.* p. 18. Arnold. Drakenborch l. cit. p. XXVIII. & Mr. de la Monnoye in *Remarques ſur les Jugemens des Savans* d'Adrien Baillet Tom. II. P. I. p. 349. quamuis alii, qui ſententiam ſuam tuentur, inſcriptione ſepulcrali, quae, in templo S. Joannis lateranenſis, romano, legitur, annum 1465. illi fuiſſe emortualem contendunt.

CCLXI.

In preſenti libro continentur Libri ſex Elegantiarum LAVRENTII VALLENSIS *Oratoris Clariſſimi.* Tractatus de reciprocatione Sui & Suus *eiusdem* ad Johannem Tortellium cubicularium apoſtolicum. Inuectiua in errores Antonii Raudenſis. LAVRENTII VALLENSIS

de libero arbitrio dialogus ad Garſiam Illerdenſem Epiſcopum.

P. Paulus Senilis cunctis bonarum litterarum cultoribus S. P. D.

Rhetora quisquis amas: vates linguamue latinam:
LAVRENTI hoc VALLE perlege ſemper opus,
Nanque docet verum: quo ſunt ſermone locuti
Tullius heroicum virgiliusque pater
Et docet: vt fuerint variis erroribus vſi
Multi: quos doctos inſcia turba putat.
Hunc igitur legito iuuenis ſtudioſe: ſenexque:
Si recte queris verba latina loqui:

in fol. form. minor. folior. 124.

Et antiquitate & raritate hic codex ſuperiorem ſuperat. Vidimus illius exemplar, charactere litterarum gothico admodum inconcinno, exſcriptum, in Bibliotheca ſcholae prouincialis portenſis publica. Manu illi adſcripta erant haec verba: *Liber ſancte* Marie *virginis in* porta. *hunc frater* balthazar *ſuo proniſu anno domini 1485. comparauit.* Typographus autem talia in fine codicis ſubiecit: LAVRENTII VALLENSIS *oratoris diſertiſſimi: ornatiſſimus de libero arbitrio dialogus Per me* Johannem Koelhoff de Lubeck *Ciuem* Colonie *accuratiſſime Impreſſus Anno gre. M. CCCC. LXXXII.* (1482) *die vero XIX. menſis Maii feliciter explicit.* Editionem, ad illam, quam curauit, qui in titulo nominatur, Paullus Senilis, *Paris.* 1476. exſcriptam eſſe, ex eius epiſtola ad Joannem Heynlin de Lapide, & huius ad Paullum Senilem chriſtianiſſimi

niſſimi Francorum regis Secretarium reſponſoria colligimus. Vtraque initio ſtatim voluminis repoſita eſt. Paulli Senilis epiſtola talis eſt: *Cum his proximis diebus mecum ageres vir humanitate, litterisque excellens vt clariſſimi viri* LAVRENTII VALLE *quem merito latine lingue reſtauratorem dixerim: elegantias caſtigarem librariorum vitio corruptiſſimas: recepi tandem me id eſſe facturum. Non quod ego me tanto oneri parem eſſe crediderim (quippe quod vix doctiſſimi homines ferre queant) ſed quod tantum tua apud me autoritas valet. vt fatear, nihil a me tibi poſſe ſine maxima ingratitudine denegari. Eſt profecto res iſta & digna, & pernecesſaria: ſed que doctum virum & ocioſum poſtulat: Quorum mihi neutrum adeſſe tu optimus teſtis es. Nam & magnorum principum aule non ex imperitis litteratos, ſed ex litteratis imperitos facere conſueuerunt. Et hec procelloſa tempora non chartam, aut calamum, ſed equos ſibi gladiumque depoſcunt: Accedit etiam ad has difficultates: quod ego in hanc vrbem me furtim (vt ita dixerim) ob comparanda mihi quedam neceſſaria ſurripui, regem verſus ilico rediturus. Inter has tamen tantas loci temporisque anguſtias geſſi tibi morem: vt potui melius, &* LAVRENTIVM *noſtrum non me auſim dicere emendaſſe: ſed celerrime percurriſſe & quidem ſtomachabundum: tum quia non latini viri: qualis ipſe fuit, ſed legere barbari hominis ſcripta videbar: tum quia moleſtiſſimum mihi erat: ad emendandos pro tenui ingeniolo meo tot librariorum errores omnino mihi otium denegari. Tuum igitur nunc officium eſt, vt poſteaquam ego te iubente hoc negotium: quod ſupra meas vires eſſe intelligo: aggreſſus ſum: tu optima lima tua: tuoque grauiſſimo iudicio perſequaris plurima: que adhuc corrigenda ſuperſunt: vt ego agellum hunc ſpinis lapidibus loliique mundaſſe, ac ſarculo coluiſſe: tu vero plantis & variorum florum genere exornaſſe iudiceris. Poſtulat hoc a te ſtudioſorum iuuenum cetus: quibus hic liber maxi-*

maxime vtilitati futurus eſt : poſtulat LAVRENTIVS *noſter : qui cum ad extirpandam ab hominibus noſtris hoc ſuo aureo libro barbariem incredibiles pene labores vigiliasque ſubierit : committendum non eſt : vt noſtra culpa ipſe fuiſſe barbarus videatur. Poſtulat denique* Senilis *tui honor : in quem multos impetum facturos eſſe non dubito : preſertim in hac preſtantiſſima vrbe* Lutetia *vbi nonnullos eſſe audio, qui* Ciceronis *latine lingue omnium iudicio parentis ſcripta caſtigent. Que res certe non mediocri mihi voluptati eſt. Nam ſi forte ad me reprehendendum grauiſſimi cenſores iſti deſcenderint : Ego ad* Ciceronem *confugiam : vt quo ipſe olim vrbem* Rhomam *a* Catilina: *eodem nunc ſe meque ab iſtorum morſibus enſe defendat, Vale.*

Reſpondit Paullo Senili, & illi gratias, ob librum transmiſſum egit, Joannes de Lapide, epiſtola, in qua inter alia, haec digna nobis viſa fuerunt, quae heic adſcribantur: - - - *Vtinam ea ſit aliquando facultas : qua pro mea voluntate gratum tibi facere poſſim : qui mox a me rogatus, tam frugiferum laborem ſuſcepiſti : ſuſceptum quoque conſummaſti. Neque ſane quicquam reliqui fuit a me repertum : a quo vel minutiſſimam ſcabram, obtuſa mea lima (quam deceptus amore optimam dixiſti) poſſem excerpere. Sed ne* laurentianum *quidem agrum tantum (vt ſcribis) ſpinis, lapidibus, lolioque mundaſti, & ſarculo coluiſti : verum etiam (quod incaſſum mihi reliquum eſſe voluiſti) plantis & vario florum genere, plurimum exornaſti. hec enim a me tantum exhorrent : quantum vni tibi maxime ſunt honori. Non enim ego (vt tu) in* latio: *ſed alias in* germania: *alias* pariſii: *in nudo quodam, & barbaro pene ſermone florem etatis conſumpſi. neque tam oratoribus hic atque illic, quam philoſophis theologisque me addixi : in dies que magisque addico. vt me vix quidem ſi poſſem quod mones :* LAVRENTIO *tuo liceret temporis punctum impertiri. Bene itaque mecum egiſti : qui vsque adeo politum* LAVRENTIVM *reddidiſti :*

diſti: vt non a me: ſed ne a ſe quidem, ſi viueret: expolitior reddi poſſet. Obſequar tamen monitis tuis opera qua maxima potero. morem ſecutus quorundam famulantium, qui magna cum nequeant, in minimis quod ſummum ipſi habent libenter pollicentur, ac faciunt. Laurentianum *ſiquidem opus nonſolum ſingulis capitulis annotaui: ſed vnum (etiam vocabulum) quodque per alphabeti ſeriem in tabule modum diſtribui quo quisque poſſit: quod ſibi volet vocabulum, ſine labore deſumere. Que res ſi forte cuiquam fuerit commoditati: non is mihi gratias habeat: at vero tibi quam maximas & agat vt referat: qui me tuo beneficio, tuisque litteris vt opere quiddam* LAVRENTIO *preſtarem, obſtrinxiſti. Jam ergo nihil habeat hic noſter* LAVRENTIVS *quod non merito tibi ſit tribuendum, quem barbarorum faucibus eripuiſti: quem ſaucium reſtauraſti, quem ad vnguem politum nitidumque prodire iuſſiſti, quem denique ſingulorum membrorum, officiis diſtinctum, in noſtrorum hominum, & omnis poſteritatis vſum longe lateque mandaſti. Vale meque ama tui quidem amantiſſimum. Edibus* Sorbone *ſcriptum Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimo Sexto* (1476) *viceſima octaua die menſis Septembris.* A Michael. Maittaire neque editionis *pariſienſis*, neque *colonienſis* mentio facta fuit. Praeter duplicem *indicem*, alterum *materiarum*, alterum *vocabulorum*, quae in *elegantiarum libris* occurrunt, & ipſos *elegantiarum libros*, vna cum libello *de reciprocatione ſui & ſuus*, in hac collectione exſtant *Inuectiua in errores* Antonii raudenſis. Antonius Harena raudenſis, ſiue, vt a Philippo Picinelli quidem nominatur, in *Ateneo de' Letterati* milaneſi, *Milano* 1670. in 4. p. 48. Antonius Rho, mediolanenſis, ex ordine Minorum, & ex familiaribus LAVRENTII VALLAE fuerat. Cum vero is, *commentarium de imitatione*, a ſe conſcriptum, VALLAE, priusquam ederetur, ad legendum obtuliſſet, hic autem quaedam in eo, a ſe primum inuenta, deprehendiſſet, quae Antonius, a VALLAE diſcipulis re-

ſciuerat, & iam pro ſuis venditabat, VALLA indignabundus, ea quae ſua erant, iterum ſibi vindicauit, *elegantiarum libris* inſeruit, & hac ratione diſſidio illi occaſionem dedit. Nam cum hunc deinde raudenſis librum, poſt ſuos *elegantiarum libros*, in lucem emiſſum, &, Mediolano ad regem Alphonſum, qui tum Baroli degebat, dono miſſum intellexiſſet, Joannis Alzinae rogatu eum perlegiſſet, & non tantum quae furto ſibi ſublata eſſe, antea auctori indicauerat, reliquis immixta, verum ſe etiam ab hoc impudentiſſimo plagiario, in vltimum litterarii ludi locum, dictatorio ſupercilio relegatum vidiſſet, indignatione accenſus, hanc *inuectiuam*, ſiue *adnotationum in errores* Antonii raudenſis, quos plurimos admiſerat, conſcripſit *libellum*. Dicauit illum Joanni Lucinae, Alphonſi regis Secretario; *Praefatio* ad Joannem Lucinam, & initium ipſius *inuectinae*, in hoc noſtro exemplari deeſt, quod verbis: *A. Ab. Abs praepoſitiones ſunt*, inchoatur. Conf. de hac controuerſia LAVRENT. VALLAE praefat. in libr. II. *Elegantiar.* in *Operib.* pag. 42. & praefat. ad Joan. Lucinam pag. 390. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. I. pag. 352. Jo. Alb. Fabricii *Bibliotheca med. & infim. Latinit.* Lib. I. pag. 342. Arnold. Drakenborch *vita* LAVRENT. VALLAE pag. XII. ſeqq.

De libero arbitrio dialogus, in quo, ea confutare adgreſſus eſt, quae de arbitrii libertate, Boethius, L. V. *de conſolatione philoſophiae* ſcripſerat. Praemittitur *dialogo* praefatio ad Garſiam epiſcopum ilerdenſem. In *Operibus* VALLAE legitur p. 999 ſeqq. Arnoldus Drakenborch, l. cit. pag. IIX. opuſculum, a LAVRENTIO VALLA, in ſeceſſu neapolitano, conſcriptum eſſe exiſtimat.

Omni collectioni, in ſecunda vltimi folii pagina, finem imponunt *Alique abbreuiationes* Romanorum *more, quae plurimum in autenticis libris offenduntur.*

duntur. quas quidem vt ſcire pretium & neceſſarium eſt, ſic ignorare turpiſſimum.

Obſcurum inter viros doctos Paulli Senilis nomen eſt, omnisque opera noſtra, quam euoluendis ideo ſcriptoribus impendimus, vana atque irrita fuit.

Joannes de Lapide, ſiue Lapidanus, ſiue von Stein, patria Germanus, ordine carthuſianus, Doctorque pariſienſis, & Joannis Reuchlini praeceptor fuit, ſeculoque potiſſimum XV. exeunte, multis ſcriptis editis inclaruit. Cum eodem tempore, duae philoſophorum ſcholaſticorum orirentur in academia pariſienſi ſectae, quarum altera *Nominalium*, altera *Realium* inſigniebatur cognomine, a poſteriorum ille partibus ſtetit, primusque fuit, qui eorum doctrinam, in academiam baſileenſem, e Gallia intulit. Vid. Jo. Trithemius *de Scriptor. eccleſ.* Cap. DCCCXCIIII. pag. 213. vbi illum elogio *viri in diuinis ſcripturis eruditiſſimi & ſecularis litteraturae non ignari, ingenio excellentis, eloquio diſerti, vita & conuerſatione praeclari* ornauit. Conf. Joſ. Simleri *Bibliotheca* p. 389. Anton. Poſſeuini *Apparat. ſacer* Tom. II. pag. 210. Jo. Albert. Fabricii *Bibliotheca med. & infim. Latinit.* Lib. XI. pag. 718 ſeqq. Jacob. Bruckeri *Fragen aus der philoſophiſchen Hiſtorie* Tom. V. pag. 1325. Jo. Henric. Maii *vita* Joannis Reuchlini, *Francof. & Spirae* 1687. in 8. p. 152.

CCLXII.

JOANNIS TORTELII *Aretini* orthographia. JOANNIS TORTELII Lima quaedam per GEORGIVM VALLAM in tractatum de orthographia. in fol. folior. 187.

Editio

Editio libri, quam tunc temporis nondum videramus, a nobis iam adducta fuit, in *Analectis litterariis* p. 36. Curauit illam Pirrhus Pincius, mantuanus, qui, vt in epiſtola dedicatoria, *ad magnificum ac equitem ſplendidiſſimum* Franciſcum Capellum, *patricium* Venetum, refert, precibus ſtudioſiſſimorum & ornatiſſimorum iuuenum, qui in JOANNIS TORTELLII lectione adſidui erant, multaque in illo opere lituris potius, quam ſtudio digna, inter ſtudendum ſibi occurriſſe, aiebant, permotus, operi ſuccurrere non dubitauit, quod ob impreſſorum negligentiam; atque imperitiam, in tenebris, vileſcere iam coeperat. Impreſſoriae vero tantum artis errores ſe recognouiſſe profitetur, non auctoris, quem tamen cenſet alias optime recognitum, ac ſupremam manum ad vnguem perpeſſum. Emendatiſſimum autem impreſſoribus, ſe dediſſe exemplar adfirmat, lectoremque rogat, quod ſi ſecus euenerit, non illi, ſed ipſis adſcribatur, quos manuum celeritate falli ſaepe, probe ſciat. Ipſe TORTELLIVS, arretinus. Commentarios ſuos grammaticos *de orthographia dictionum*, *e* graecis *tractarum*, nomine inſcripſit Nicolai V. Pontificis romani. Perduxit illud opus, in quo, *omnem litterariam antiquitatem*, & *orthographiae rationem*, *cum opportunis hiſtoriis*, *pro poetarum declaratione*, *connectere* ſtuduerat, iam antea inchoatum, ob alia vero negotia, ac ſtudia relictum, ad finem, cum apud Alatrium, (*Alatri*) Campaniae oppidum, ex aeris romani moleſtia feceſſiſſet. *Ce Livre eſt diviſe*, ait Niceron in *Memoires* Tom. XXV. p. 302. *en deux parties*, *dont la premiere qui eſt fort courte contient quelques chapitres ſur l'invention*, *le nombre*, *la figure*, *la prononciation*. & *l'aſſemblage des lettres de l'Alphabet*. *La ſeconde qui eſt fort longue*, *contient un catalogue alphabetique des mots* latins, *la plûpart tirés du* grec, *deſquels l'Auteur enſeigne ou tâche d'enſeigner l'Orthographe*. Conrad. Samuel Schurtzfleiſchius in *introductione in notitiam*

tiam

tiam Scriptorum P. II. p. 295. JOANNEM TORTELLIVM, bono elegantique ingenio praeditum, hoc doctrinae monumento, quo rectam ſcribendi rationem, altiſſimis quaſi tenebris obrutam, denuo protraxit in lucem, ab obliuione hominum ſe vindicaſſe, ſcribit. De variis operis editionibus vid. *Analecta litteraria de libris rarioribus* l. cit.

Quod ad GEORGII VALLAE opuſculum adtinet, orthographicum, cuius in titulo codicis mentio facta fuit, illud perbreue eſt; Dicauit illud VALLA *magnifico adoleſcenti* Antonio Simonetae, qui *aſſiduis vocibus*, efflagitauerat, vt VALLA de ratione ſcribendi, qua poſſet breuitate, multa ſimul ad illum contexeret. Omne opuſculum ſex abſoluitur foliis. In fine illius, haec leguntur verba: *Impreſſum* Venetiis; *per* Joannem de Tridino *alias* Tacuinus. *Regnante inclito Principe* Auguſtinus (Auguſtino) Barbadico. *Anno ab incarnatione. M. CCCC. LXXXXV. Die vero XVIIII. menſis Decembris.* Hiſce verbis Typographus ſua adpoſuit inſignia, adſcriptis litteris Z. T. Conf. Michaelis Maittaire *Annal. Typogr.* Tom. I. p. 591. Vid. de GEORGIO VALLA, placentino, medico, & humaniorum litterarum Venetiis profeſſore Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. I. p. 422. Tom. II. P. III. p. 324. Chriſt. Schoettgenii *Continuat. Biblioth.* Fabric. *med. & infim. Latinit.* L. XX. p. 785 ſqq. P. Baile *Dictionaire* Tom. IIII. p. 2793. ſqq.

Scriptores, qui de JOANNE TORTELLIO aretino, commentati fuerunt, adduximus iam in *Analectis* l. cit. Illis accenſeri poterit Barthol. Facius *de viris illuſtribus* p. 25. Chriſtophor. Hendreich in *pandect. brandeburg.* p. 259. & Jo. Alb. Fabricius in *Biblioth. med. & infim. Latinit.* L. VIIII. p. 448 ſqq.

 CCLXIII.

CCLXIII.

In Hoc Libello Subiecta Continentur. VALERII PROBI interpretamenta litterarum ſingularium in antiquitatibus Romanis cum plerisque circa ſingulas litteras additionibus. *Idem* VALERIVS PROBVS de abbreuiaturis Nominum Ciuium Romanorum In iure ciuili de legibus, & plebiſcitis, de actionibus, de edictis perpetuis. de ponderibus. de numeris. POMPONII LAETI libellus de Romanorum magiſtratibus. *Idem* de Sacerdotiis Ro. *Idem* de diuerſis legibus Ro. in 4. folior. 39.

Euulgauit iſtam editionem ſatis raram, Theodoricus Greſemundus, ſpirenſis, Juris Doctor, Canonicus ad D. Stephani moguntinus, Electoris Jacobi, moguntini, in rebus ſpiritualibus vicarius, Protonotarius, & iudex generalis, & Collegii S. Stephani Diffinitor. Cleri minoris, & Scholaſticus. Merita illius in rem litterariam, praemiſſa epiſtola, ad ipſum Greſemundum, ſcripta, laudat Jacobus Wymphilingius ſchletſtatinus, illumque hortatur, vt praeter hunc VALERII PROBI, & POMPONII LAETI libellum in lucem edere properet *Antiquitates*, quas collegerit moguntinas, nec non *cathalogum & vitas Epiſcoporum & Archiepiſcoporum* moguntinenſium, imprimis cum ſimile opus *de Epiſcopis* argentinenſibus, in lucem edere Wimphelingus conſtitutum habeat. Edidit poſtea Joan. Huttichius *collectionem Antiquitatum, in vrbe & agro* moguntino, *repertarum*, cui collectioni ſymbolam contulerunt Theodor. Greſemundus & Balthaſar Geyerus, *Mogunt.* 1520. & 1525. in fol. Wimphelingi epiſtolam ſequitur, ipſius Theodori Greſemundi *ad lectorem*, & Petri Guntheri *ad lectorem indicatio*, ſiue epigramma ad lectorem, de libri argumento. POMPONII LAETI libris adiiciuntur *indices*, & Greſemundi *peroratio*, in qua, inter alia,

alia, in illos inuehitur, *qui inepte, inconcinne, barbare, multa ſcribunt, qui noua vocabula fingunt; ſuperuacanea cumulant; vt inſtrumenta vt libelli, paullo poſt ad laxandi ventris ſedem reponendi: vt cetera id genus in modum immenſum, ad exhauriendas pauperum crumenas, excreſcant.* Sed *non ſolum in ſtilo, peccari,* ait, *ſed etiam in litteris & characteribus, cum tamen exquiſitiſſime ſcripſerint veteres, & litteras & vocabula, non ſicut noſtrae tempeſtatis quidam ſcribae: praecipue in lingua vernacula: qui nullam prorſus inter M. liquidam & V. vocalem faciunt differentiam: Eadem figura vtramque litteram depingentes: tanquam non ſint litterae inter ſe diſtinctae. V. vocalem anteponunt conſonantibus, in dictionum principio quo loco in litteram F. reſolui non poteſt: N. geminam in medio vocabulorum frequenter vſurpant: cum vna ſimplex ſufficiat: Inter X. & G. & P. paruum diſcrimen faciunt: multaque alia inuertunt atque confundunt: contra omnes orthographiae leges: omnemque litterarum & ſillabarum natiuam conditionem, de hoc magno abuſu: aliisque multis in orthographia erratis & ineptiis pulcram congeſſit admonitionem* Nicolaus de Wyla, *ſcriptor & interpres latinae linguae elegantiſſimus.* De illo, & verſionibus eius alio tempore dicendi locus nobis erit. In fine *perorationis*, haec leguntur verba, litteris quadratis, ſolito maioribus, expreſſa: IMPRESSVM OPPENHEIM. ANNO DOMINI MILLESIMO. QVINGENTESIMO. DECIMO (1510). Quamuis typographus nomen ſuum non adpoſuerit, librum tamen, ex officina Jacobi Chobellii (Koebelii) prodiiſſe, patet ex Wimphelingi *epiſtola* citata, vbi Jacob. Koebelium *tam diligentem archigrammateum, quam induſtrium chalcographum* adpellat. In Michael. Maittaire *Annal.* editionem fruſtra quaeſiuimus.

De Theodorico Greſemundo, iuniore, vid. quae p. 453 ſqq. adtulimus, cum illius *dialogum de ſeptem liberalibus artibus* deſcriberemus.

De

De aliis & recentioribus VALERII PROBI, grammatici berytii editionibus, vid. Jo. Alb. Fabricii *Biblioth. lat.* Tom. I. L. IIII. Cap. VI. p. 774 ſqq. Tom. III. p. 668.

De JVLIO POMPONIO LAETO, vid. praeter ſcriptores in *Analectis litterariis de libr. rar.* p. 508 & 1134. nominatos Jo. Fichardi *vitae viror. illuſtr.* p. 73. ſqq. & Chriſt. Gottlieb. Buderi *vitae clariſſimor. hiſtoricor.* p. 1 ſqq. vbi M. Anton. Sabellici epiſtola *de vita* POMPONII LAETI legi poterit. Conf. Paull. Freheri *Theatrum viror. eruditione claror.* p. 1427. Adr. Baillet *Jugemens des Savans* Tom. II. P. I. p. 369 ſqq. Bernard. de la Monnoye *Diſſertation touchant* POMPONIVS LAETVS, quae legitur in Adr. Baillet *Jugemens des Savans* l. cit. p. 371 ſqq. *Leven van* JVL. POMPON. LAETVS *en van zyn geletterdt Gezelſchap*, exſtat in *Levensbeſchryving van beroemde en geleerde Mannen* P. III. N. III. p. 337 ſqq.

inv. 12551

UNIVERSITA' DEGLI STUDI - ROMA
ISTITUTO DI FILOLOGIA CLASSICA

Digitized by Google